Anno enim domini 1452[1] | de mense Septembri constitutis[a] tunc in Bohemia et Praga reverendissimis in Christo patribus et dominis Friderico archiepiscopo Magdeburgensi, Germanie primate et Caspare episcopo Misnensi nec non illustribus principibus Wilhelmo duce Saxonie et lantgravio Thuringie et Frederico[2] lantgravio Hassie, cum pluribus aliis militibus, comitibus, baronibus et militaribus cum illustrissimo et christianissimo rege Ladislao presente contigit domino volente, quod quidam de familia domini lantgravii Hassie egrotare cepit et egritudine invalescente diem suum clausit extremum. Et[b] ageretur de loco sepulture et modo sepeliendi, heresiarcha Rackiczanus sic defunctum ad sepulturam nequaquam admittere volebat cimiterii cum suis sacerdotibus et capellanis, sed allegabant defunctum sepultura in loco sacro indignum, quia sub utraque specie non communicasset nec communicare voluisset et esset alterius fidei. Sicque princeps inclitus nuperrime eciam defunctus cogebatur secrete suo familiari providere de sepultura et forte nocturno tempore apud fratres Minores in sancto Jacobo silenter sepeliebatur. Idem fertur nobili domino Henrico de Gera factum fuisse. Nam cum expugnato per Bohemos opido Gera[3] abductus fuisset captivus | et ad castrum Poydibrath presentatus atque inturrizatus, peste epidimie percussus peciit sibi dari in ultima sua necessitate salutis sue medicum videlicet ydoneum confessorem. Querebatur ab eo, si vellet sub utraque specie communicare. Sed cum responderet, quod non, sed sufficeret sibi sacra sub una specie, in quo[c] totus Christus et vivus cum suo sanguine integraliter contineretur, pro salute anime sue et viatico iuxta ritum ecclesie Romane, communio, fuit sibi confessor denegatus, qui cum iuste ad mortem facinoribus

1450 Oct. 15. fol. 75[a]

Rokaniste (!) negant christiani defunct ecclesiam cum sepulturam

[a] In diesem Satze ist an Stelle des Ablativs überall — mit alleiniger Ausnahme des Wortes reverendissimis — der Nominativ, eine unmögliche Construction, die nicht viel besser geworden wäre, wenn man nach constituti tunc ein Wort wie erant eingeschoben hätte, denn dann wäre noch das reverendissimis zu ändern gewesen und die Verbindung mit contigit nicht hergestellt. Ich habe daher von vornherein überall den Ablativ hingesetzt. [b] Erg. cum. [c] Recte: qua.

[1] Ladislaus zog erst am 24. October 1453 in Prag ein, das Ereigniss ist in den September 1454 zu setzen. [2] Wohl Ludwig II., der 1458 (nuperrime) starb. Friedrich † 1462. [3] Ueber die Eroberung Gera's s. den Bericht Peters von Sternberg bei Palacky, Gesch. v. Böhmen IV, 1. 245.

exigentibus non denegatur. Ut cum[a] crudeles homines crudelitatem suam sicut veri heretici in dictum nobilem dominum Henricum crudelius extenderent, sicut in vita sibi confessorem, ita post mortem sepulturam denegarunt et ulterius in corpus sevientes sub turri crudeliter tumularunt.

Fertur quoque illo tempore, quo dicti episcopus, dux, lantgravii anno supradicto starent in Praga, cum super factis suis hinc inde diverse fierent et agerentur placitaciones inter dominum regem ex una et Wilhelmum ducem Saxonie ex altera partibus Jorszikone tunc gubernatore se mediatori[b] cum quibusdam aliis baronibus constituente, cum dedicacio ecclesie beate Marie virginis ante letam curiam dominica ante festum s. Wenceslai in mense Septembri celebrari deberet heresiarcha Rackiczanus | auctoritate usurpata et propria non sibi per superiores commissa omnibus sibi adherentibus per totam civitatem Pragensem mandavit, ut eadem die dominica festum dedicacionis ecclesiarum suarum peragerent, cuius mandati intuitu in ecclesiis eiusdem fidei vel pocius secte visa fuerunt vexilla erecta dedicacionis festum signancia. Quod factum ipse heresiarcha in signum obediencie sibi fieri reputabat pro magna gloria. Cum autem quidam frater ordinis Predicatorum in monasterio et ecclesia sancti Clementis publice predicaret, non esse simplicis sacerdotis officium, dedicacionis ecclesiarum festa ad libitum transferre, sed bonus monachus, si vivus vel interfectus nescitur mox altera die deperditus fuit vel ad minus propter veritatem repulsus.

1454 Sept. 22. fol. 75b

Quibus aliis et infinitis casibus crudelissimis per malos istius male fidei homines maliciose absque rubore et verecundia perpetratis, quibus eciam[c] nec deum timent nec homines nec regem nec principes, nec hospites extraneos verentur aut verebantur — oculacius attentis manifestissime apparet regnum illud Bohemie suspectum extensive multo forcius fore infectum et fuisse quali regali auctoritate usurpata in sensum magis reprobum prolapsum | ad veritatem assercionis.

fol. 76a

[a] Ist wohl autem gemeint.
[b] Recte: mediatorem.
[c] Vielleicht ist ein quia zu ergänzen.

Assercio duodecima.

Regnum Bohemie post regis Ladislai clare memorie decessum manet irreparabiliter[a] quasi heresi infectum et scismate suspectum.

Hec assercio probacione aliqua non indiget, nam omnia mala sive scismatica[b] sive heretica a sexaginta annis vel ultra incepta et ultro sine interrupcione continuata hodie periculosissime predicantur et practicantur in hoc regno. Ab antea enim licet regnum in se esset divisum propter hereses, cuius pretextu hodie alii de una fide, alii de alia fide dicuntur, alii de fide nostra scilicet Romana, alii vero de fide Rakiczana predicantur, tamen monarchia regni videlicet rex pro tempore existens fuit de fide catholica, in cuius manum catholici Bohemi regni incole cum terris circumiacentibus videlicet aliqui Moravi, Slesite, Lusati, Misati, seu de sex civitatibus tamquam in ipsorum regem dominum et defensorem sperantes respexerunt. Nunc vero post mortem dicti regis Ladislai nulla est spes heresim revocandi, ex quo qui se regem fore arbitratur, eadem heresi notatur esse maculatus, cum in illa secta nedum ipse, sed sui parentes extant nutriti et de fide illa, quod communio sub utraque specie | sit de necessitate salutis, se esse publice profitetur. Ex practica qua[c] sic eciam post intrusionem suam ad regimen sive regnum publice in derogacionem suam fidei orthodoxe sine ulla erubescencia communicat. Et sustinet iste intrusus tirannus pocius quam rex omnem heresim a sexaginta annis et usque in presens practicatam. Supremus eciam ille heresiarcha Johannes de Rackiczano cum omnibus adherentibus per ipsum redditur tutus, per ipsum datur libertas predicandi, quecunque voluerit. Huic tiranno placet ecclesiarum destruccio, altarium dirucio, sacramentorum vilipensio, parvulorum communio, rituum ritibus Romane ecclesie adversancium adinvencio sanguinis humani effusio, sacerdotum expulsio, monachorum prophanacio et communiter mali perpetracio. Nec mirum cum ex practica istius heresiarche tyrannus iste dominium, quod in regno habere pretendit, sibi usurpavit. Ob quod eciam inter supremos suos

[Margin: fol. 76b]

[Margin: Post mort[e] regis Lad[is]lai non [est] spes red[i]cionis Bo[he]morum pr[e]ter regim[en] heresiarch[e] qui defen[dit] hereticos fovet.]

---

[a] In cod. irreprobabiliter. [b] Ibid. scismata. [c] Dürfte wohl sua heissen müssen.

consiliarios ipse maior predicatur et honoratur. Laboraverunt etenim, practicaverunt predecessores reges Sigismundus, Albertus et Ladislaus possibiliter ad regni reformacionem, incolarum reordinacionem, bonorum ad cameram regalem pertinencium recuperacionem archiepiscopalis | dignitatis restauracionem, monasteriorum et ecclesiarum reedificacionem, censuum et reddituum ad eos spectancium restitucionem, personarum utriusque status expulsarum revocacionem etc. huiusmodi.

fol. 77[a]

Nunc autem per tyrannum intrusum ab ecclesia violenter abstracta a monasteriis per spolium recepta quasi licita fuerint approbantur, privilegia et littere alienacionum innovantur, elecciones archiepiscopi et prelatorum impediuntur, heretici in omnibus suis erroribus per ipsum foventur, tuentur, promoventur et manutenentur et singula contra fidem catholicam et Romanam ecclesiam excogitata sub dissimulacione per ipsum acceptantur, propter quod ut dicit assercio regnum Bohemie manet nunc temporis irreparabiliter . . infectum . .

Assercio decima tercia.

fol. 77[b]

Quid nomine obediencie sit intelligendum?[1]

Assercio decima quarta.

Non omni electo prestanda est obediencia.[2]

Assercio decima quinta.

fol. 78[a] bis 79[b]

Non valet eleccio, ubi ad aliquam dignitatem sive ecclesiasticam, sive secularum eligitur inabilis.[3]

Assercio decima sexta.

Non valet eleccio, ubi[a] . . . eligitur infidelis.

---

[a] Formel wie oben.

[1] Enthält wie alle folgenden Assertionen nur allgemeine Sätze. [2] Patet hec, quia eleccio modicum vel nichil iuris tribuit electo, nisi in quantum eleccio fuerit rite et canonice celebrata. [3] Durch das Beispiel von dem hochzeitlichen Kleid erläutert.

Assercio decima septima.

fol. 80[a] Non valet (eleccio),[a] ubi . . . eligitur scismaticus.

Assercio decima octava.

fol. 80[b] Non valet eleccio, ubi . . . eligitur apostota a fide.

Assercio decima nona.

fol. 80[b] bis 87[a] Non valet eleccio, ubi . . . eligitur hereticus.

Assercio vicesima.

fol. 87[a] bis 88[b] Non valet eleccio, ubi . . . eligitur publice excommunicatus.

Assercio vicesima prima.

fol. 88[b] bis 89[b] Non valet eleccio, ubi . . . eligitur infamis.

Assercio vicesima secunda.

fol. 89[b] bis 90[a] Non valet eleccio, ubi . . . eligitur (ali)quis per impressionem.

Assercio vicesima tercia.

fol. 90[a] bis 90[b] Non valet eleccio, ubi . . . eligitur (ali)quis per importunum populi clamorem.

Assercio vicesima quarta.

fol. 90[b] Non valet eleccio, ubi . . . ubi (ali)quis eligitur eis, qui eleccioni de iure vel consuetudine debent, possunt aut volunt interesse, legitime non vocatis.

Assercio vicesima quinta.

fol. 91[a] Non valet eleccio . . . forma debita eleccionis non servata.

---

[a] Fehlt.

Assercio vicesima sexta.

l. 91ᵇ
s 92ᵇ . . Racioni consentaneum esse videtur . . simplices ab eligencium congregacione penitus segregare . .

Conclusio responsiva ad questionem propositam videlicet, quod nunc temporis in regem Bohemie electo cum bona consciencia nequaquam potest prestari obediencia tum primo, quia est infidelis.

Hiis itaque assercionibus quasi quibusdam tituli questionis terminis declaraturis premissis ad questionem propositam respondetur, quod nunc temporis in regem Bohemie electo de regno heresi et scismate infecto cum bona consciencia nequaquam potest prestari obediencia, sic quod pars negativa questionis sit vera, hec conclusiva responsio ex assercionibus satis claret supradictis. Nam inabilis est electus in persona ymmo ineligibilis tam active quam passive, hoc est eligi non potuit nec eligere nisi de facto, tum primo quia infidelis, prout importat obicem contra fidem et eciam contra fidelitatem; quomodo enim hic potest esse fidelis, qui nec fidem Christi, nec fidem sancte
Bl. 93ᵃᵇ Romane ecclesie, que una et unica fides est non (sic) habet . . | . Unde ob infidelitatem istius hominis ex operibus suis demonstratam plures opinantur, ymmo quidam tempus iuventutis et conversacionem parentum suorum scientes asserunt, ipsum nec baptizatum, nec confirmatum nec matrimonialiter iuxta ecclesie ordinacionem proclamatum seu copulatum; hinc non mirum, si infidelitatis vicio continuando laborat . . .

Bl. 94ᵃ Tum secundo, quia scismaticus, nam quantum in eo est, nititur scindere Christi tunicam inconsutilem, dum ecclesie Romane non vult subesse nec unitatem ecclesiasticam sustinere. Iudicat laicaliter sicut clientem sic et clerum, iurisdiccionem ecclesiasticam sibi usurpat, iudices laicos eciam supra clerum in Praga constituit, censuras non curat, distinccionem plebium quoad subieccionem iuris parrochialis non admittit, rectorum ecclesiarum pauca sub eo est differencia, sacramenta omnia preter eukaristiam vilipendit, omne quod est contra dicta sanctorum et ecclesie determinacionem promovet et tuetur, ymaginem Christi et sanctorum non suffert nec patitur sanctos

Jersziko non potest esse rex nec sibi debet prestari obediencia, quia scismaticus.

ab ecclesia dei canonisatos et sanctorum kathologo asscriptos deridet, sanctum vero novum abusive loquendo videlicet Johannem Hus ab ecclesia dampnatum et demeritis suis exigentibus incineratum maledicte memorie colit et festum eius cum aliis celebrat et veneratur, Romanam curiam detestatur, fol. 94[b] facta | sanctissimi domini nostri pape et suorum cardinalium pessime interpretatur. Que omnia et singula ad ecclesie Romane tendunt ruinam et finaliter scissuram. Nec in hiis superest probandi ulla necessitas, cum ipse tamquam verus scismaticus in regno Bohemie per se duplicem fidem sive duas fides profitetur, unam fidem suam, aliam fidem contrariam, fol. 95[a] unam fidem Bohemorum, aliam Theotonicorum unam[a] | fidem Bohemicam, aliam fidem Theotonicam, unam fidem in Bohemia noviter inventam, aliam fidem Romanam diutine servatam et predicatam, similiter unam fidem novam, aliam fidem antiquam et unam fidem partis sue et aliam fidem partis adverse nominare permittit et oris organo proprio in publico sic eloqui non erubescit. Ymmo et amplius clarius et manifestius se duas fides unam scilicet partis sue et aliam partis nostre manu tenere et defensare confessus est in anno presenti, quo electus est de mense Decembri circa finem mensis. Nam cum quedam grandis in presencia eiusdem Jorszikonis in Praga suborta fuisset dissensio occasione literarum apostolicarum per venerabilem dominum decanum Pragensem[1] a curia Romana apportatarum in suo tenore continencium eundem dominum decanum per summum pontificem administratorem ecclesie Pragensis iam sede vacante motu proprio constitutum, quibus scriptis proconsul Pragensis cum aliis multis Rakiczano heresiarche adherentibus publice contradixerunt, Jorszik ipsum tamquam regem implorantes, quatenus eos iuxta iurata et promissa in fide sua et ad eam pertinencia conservare dignaretur, sed domino Zdenckone de Sternberg nomine alterius partis et eorum, qui esse volunt de fide sancte Romane ecclesie contra dictum proconsulem et sibi assistentes satis dure replicante[b] ad hoc deventum fuit, ut Jorsigk cum modestia et bono moderamine interloqueretur. Sub qua interlocucione

Marginalia: Jorsziko [duplicem fidem] profitetur [et] defendere promisit [—] scisma [...]. — 1458 Dec. 31. — De litteris apostolicis per dominum decanum Pragensem allatis.

[a] Eine halbe Seite leer. [b] In cod. replicans.

[1] Wenzel von Krumau, s. Voigt, Enea Silvio III, 438. Das Datum daselbst ist nach der obigen Darstellung zu berichtigen.

dominus Zdencko predictus cepit absque timore aut ulla trepidacione similiter Jorszickonem tamquam regem invocare, quatenus partem illam, que se Romane conformaret ecclesie eiusque fidem teneret iuxta dudum et repetitis vicibus promissa manutenere atque defensare dignaretur.[a] Sub quo conflictu partibus indicto silencio Jorsigk iste manifestissimus scismaticus totum sui scismatis cunctis audientibus effudit venenum in hec et similia verba prorumpens: *Fateor domine de Sternbergk, me manutencionem, tuicionem, defensionem et libertatem vobis et parti de fide vestra promisisse, cum hoc tamen non nego, ymmo fateor me hiis, qui de alia fide sunt, manutencionem et defensionem promisisse, quodquod promissum tamquam in debitum cadens, volo hiis, qui de ista partě sunt, possibiliter servare.*

Ecce scisma formale, ecce quomodo scismaticus ille multis et extraneis astantibus et intendentibus publice professus est se | utramque fidem vel saltem utriusque partis adeo contendencium fidem velle manu tenere. Hec autem confessio mala, erronea, scismatica, heretica et tantum perniciosa videtur, ut eciamsi in illo scismatico aliud mali non lateret, omni officio, dignitate et beneficio iuste veniret privandus, si que haberet. Unde et virtute huius perverse confessionis dudum habite, sed nunc in publico iterate ac eius obtentu atque consideracione vix est civitas, vix villa, vix castrum, vix domus, vix familia, in qua hec duplex fides non practicaretur, licet una fides scilicet Bohemica absque rubore et in publico alia vero Theotonica cum timore et in privato frequencius per alios et aliquos teneatur. Unde et scisma in regno propter scismaticos esse demonstratur; nec pretereundum reor, quod hic scismaticus pretensus scilicet electus post eleccionem suam nulliter et de facto celebratam visus est pluribus vicibus sub dupplici specie communicare de tenore continencia compactatorum confisus . . .

(l. 95b)

Jorsziko communicavit sub utraque specie.

(f. 96a) Nulla nova doctrina est autentica nisi sit a Christo data aut ab eius ecclesia approbata.

(96b) Jorszyk est apostota a fide et dubitatur si est baptizatus.[1]

(97ab) Bohemi Hussite fatentur se sentenciis excommunicacionis innodatos.

---

[a] In marg. Nota scisma formale.

[1] Der Autor ergeht sich in diesem und den folgenden Abschnitten in weitschweifigster Weise in Dinge, die er bereits früher abgehandelt hat, oder in hohlen Phrasen, weshalb nur die Ueberschriften oben angeführt werden.

Apostasia Bohemorum hic ostenditur iterum per eosdem facta.

fol. 98[a] A fide iterum Bohemi apostotaverunt pertinaciter.

fol. 98[b] Ecclesie determinacionem spernunt Bohemi pertinaciter.

fol. 99[a] bis 100[a] Contra Rokyczanum et Jorszikonem reprehensio dura, quia non servaverunt compactata.

fol. 100[b] Dispensacio qualis sit Bohemis in compactatis exhibita.

fol. 101[a] Jorsziko hereticus et excommunicatus denunciatur multipliciter et declaratur et probatur.

Primo probatur per experienciam et famam.

fol. 101[b] Secundo probatur per experienciam, ab origine parentele ipsum fuisse hereticum.

Jerszik tenet errorém et opinionem Rokyczani de communione sub bina specie.

Jerszik posuit maculam in gloriam suam. [1]

Hereticus censetur et excommunicatus propter C. Excommunicamus et alia infinita iura. Idem senciendum dico de eo propter dupplicem fidem, quod illam admittit . . | . (fol. 102[a]) Has equidem excommunicacionum sentencias sapiens Jesus filius Sydrach multum convenienter describit esse maculam in gloria Eccl. 47° dicens: *Dedisti maculam* etc. Bene dicitur tibi o intruse: *Dedisti.* Tuo consensu et libera voluntate tua admisisti maculam hoc est excommunicacionis sentenciam in gloriam tuam, quam habuisses, si sentencias et censuras curavisses, ab erroribus te[a] reextraxisses et hereses prout in tua stetit potestate exterminasses. Propter quod prophanasti semen tuum, totam scilicet progeniem tuam, ymmo et quasi totam Bohemiam et Moraviam, quas propter tuas sentencias, quibus ligatus es, prophanare fecisti, quia censuras et sentencias contra te iuste illatas nichil advertisti . . . Induxisti preterea in ceteris stulticiam tuam, iam toti mundo notissimam. Certissime tu intruse tempore gubernacionis tue fecisti tibi nomen grande iuxta nomen magnorum tocius Bohemie. Rexisti prudenter, egisti sagaciter, gubernasti sapienter, ordinasti condecenter. Regi tuo Ladislao providisti habundanter, principes extraneos adve-

---

[a] In cod. et.

[1] Dieser Abschnitt wird wegen der Lobsprüche, die dem Könige an dieser Stelle zu Theil werden, angeführt.

nientes tractasti reverenter, pacem bonam tenuisti circulariter et quasi singula ad tuum imperium transierunt laudabiliter. In quo officio, si ordine debito stetisses, nec regem te postulare aut nominare subordinasses, profecto in omni gloria et honore, fama, sapiencia et gracia fol. 102 b coram optimis tocius Germanie profecisses, | omniumque principum oculos et signanter eius, qui debito ordine et canonice electus in regem Bohemie fuisset, in te respicere coegisses. Sed tu cum minoris genealogie et nobilitatis esse, ut dicitur, autumaris, cum alciora te querere decrevisti et qui vix procer aut baro fore potuisti te regem appellari rexque malis gratibus omnium fieri voluisti, sectamque hereticam tibi in ydolum erigere decrevisti, ymmo cum eis quos foves et manu tenes hereticus esse et propter hoc excommunicatus non erubuisti. In ceteros stulticiam tuam uberrime transfudisti atque maculam tibi et tuis indelibilem (!) infixisti. Sed unde hoc et quare certe congruum ponit et veram causam sapiens in auctoritate preallegata,[1] ut scilicet imperium faceres bipartitum. Quantum enim in eo est fateretur ille intrusus ad litteram: *Imperium bipartitum* hoc est in partes claudicantes divisum, ut ipse sic unus de principibus electoribus reputaretur et tamen in sua perfidia manens hereticus permitteretur manere per parcium sibi favencium scelestem adhesionem. Non autem est verisimile, quod imperialis celsitudo ad tantam unquam devenire videbitur demenciam, quod talem, contra quem est opinio vulgata veritasque tam probata, quam probabiliter opinata hereticum fore denunciat, pro principe electore unquam sustinebit. Idem eciam presumendum est de collegio sacri Romani imperii, principum electorum, fidei et ecclesie in genere suo columpnarum et alumpnorum gloriosorum, quod tantum tyrannum, de cuius iure dubitare et vacillare habet omnis racione preditus in suum consorcium eciam imperatore, quod absit iubente velint ut regem Bohemie et principem electorem quovis modo sibi connumerare seu ad connumerandum consentire non obstantibus astuciis, laboribus, subordinacionibus, subtilitatibus et adinvencionibus, quibus utitur et innititur, ut sacrum Romanum imperium in se faceret bipartitum . . .[2]

---

[1] Eccl. 47, 23.

[2] Die weiteren Ausführungen sind durchaus belanglos.

Jerziko fovet multas sectas hereticorum in Bohemia. Exemplum quomodo sutor in Bohemia ordinavit rusticum in sacerdotem de marchia

Probatur quarto. Claret enim ad experienciam in Bohemia et in Moravia multos, atque dampnatos fore hereticos, quorum quidam practicant communionem utriusque speciei non secundum moderacionem compactatorum, eciamsi viribus subsisterent, sed ad suam intencionem tanquam ad salutem necessariam, quod est heresis absolute. Quidam tenent opinionem Berengarii de remanencia[a] panis . . . quidam asserunt, quod sub speciebus panis et vini non sit sacramentum corporis Christi, sed illas species dumtaxat signare corpus Christi quod est heresis. Quidam affirmant sacramentum eukaristie cottidie sumendum absque tamen confessione previa, quodque per sumpcionem tollantur omnia peccata actualia tam mortualia quam venialia, quod est heresis. Quidam de sacramentalibus ceremonialibus et ecclesie ritibus nichil tenent, quod est heresis. Quidam predicant communionem parvulorum esse necessariam propter ipsorum innocenciam, quod est heresis. Quidam reprobant adoracionem ymaginum, ob hoc eciam ubique locorum ymagines Christi, beate Marie virginis et sanctorum inhonorare, maculare, mutulare et destruere non verentur, et hoc est heresis. Quidam confessionem sacramentalem vocalem reprobant et ipsum quoddam ficticum per sacerdotes adinventum populo predicant, quod est heresis. Quidam in solum deum adorandum nec sanctos invocandos laicos edocent, quod est heresis. Quidam dignitatem sacerdotis et probitatem laici quoad consecracionem et sacramentorum dispensacionem equiparant, quod est heresis. Huius heresis evidencia patet ex gestis et practicatis isto anno in opido Berlyn Brandenburgensis diocesis infra conductum Pasce, ubi iudicabatur ad ignem quidam hereticus illius terre, qui irreducibiliter asseruit se ordinatum in sacerdotem per imposicionem manuum cuiusdam Fredrici laici sutoris morantis in Satcz Pragensis diocesis magistri sui nec quovis modo potuit ad revocandum illum errorem reduci. Cuius opinionis et erroris idem fatebatur esse plures in pluribus mundi partibus. Quidam ordinacionem Christi et ecclesie quoad superioritatem et | subalternacionem prelatorum, ut quod alius sit episcopus, alius prepositus, alius decanus, alius canonicus, alius plebanus, alius capellanus vituperant asserentes omnes esse pares, quod est heresis. Quidam misse officium et

1458 April 9.

fol. 104[a]

---

[a] In cod. reverencia.

claves ecclesie tamquam negocium excogitatum vilipendunt, quod est heresis. Quidam iurisdicciones et censuras prelatorum sive pape sive aliorum non curant, quod est heresis. Quidam papam cum suis cardinalibus dicunt esse conventiculum dyaboli, quod est heresis. Quidam sacramentalia et ceremonialia ut benedicciones calicum, sacratarum vestium, altarium, aque, cinerum, novorum fructuum, frondium, candelarum, salis, baptisterii et si qua sunt similia, que ad divina spectant officia et hominum devocionem contempnunt et nequaquam admittere volunt et multos alios multis articulis erroneis a veritate deviantibus a ritibusque sancte Romane ecclesie discrepantibus esse infectos et maculatos. Hos omnes ipse intrusus ante institucionem suam ab gubernacionis officium sub officio gubernacionis et post fovet, nutrit, tenet, protegit, defendit, amat, recipit, promovet et contra ecclesiam et omnem viventem gubernat et tenetur(!). Nec contra hoc intruso erit ulla facultas replicandi sive se excusandi, sum tales in curia sua frequenter habuit et eis hodie plus aliis beneficia et officia concedit et stipendia cottidiana ministrat, et[a] quod amplius est ipse in humanis adhuc agente rege Ladislao bone memorie castra et dotalicia restituta, reempta aut alias quomodocunque ad nutum regis reducta ipse ut gubernator et superintendens non aliis nisi manifestis hereticis et de sua fide regenda commisit sub vera fide militantibus penitus reiectis et exclusis. Que castrorum disposicio machinacionem in necem regis predicti Ladislai preconceptum evidens inducit argumentum et multum probabilem coniecturam. Nam nisi sic fraudulenter egisset, resistenciam non parvam cum variis obstaculis perpessus fuisset ab hiis, qui in rebus gestis displicenciam conceperunt, quorum | 104b et aliorum occasione ipse iure hereticus venit estimandus. Nam nisi talium erroribus adhereret, vix eos hucusque sustinuisset aut sustineret. Et posito per possibile, quod non sit explicite aliquo heresis errore maculatus, quia tamen hodie contra compactata, de quibus vane gloriatur, communionem utriusque speciei practicat cum condicionem, sub qua data sunt compactata videlicet omnes ritus et fide(m) ecclesie Romane non recepit nec recipere curavit, credens illam communionem esse de necessitate salutis, et quantum in eo est, nititur inducere

---

[a] In marg. de castris hereticis commissis.

consuetudinem preter ecclesie Christi licenciam et determinacioni sacri concilii contrariam, adhuc omni via hereticus erit censendus. Pariformiter eciamsi bona quacunque intencione sic sub duplici specie communicaret, adhuc quia ipse perfidiam hereticorum sustinet, heresiarcham favet, promovet et tuetur, cum omnibus sibi adherentibus ipse secundum disposicionem iuris est ipso facto hereticus censendus . . . [1]

Excusaciones, quas posset facere Jerzik non relevant eunde

Si autem venenosus ille homo aut[a] sui in hac parte defensores aut sibi adherentes dicere vellent ad excusandas excusaciones in peccatis, quod nec excommunicatus sit nec hereticus nec pro tali teneri debeat vel haberi primo ex et pro eo, quia a tempore acceptacionis compactatorum nec ipse nec sui fuissent pro talibus puta hereticis et excommunicatis tenti et habiti, cum et dominus Philibertus episcopus, de quo supra fit mencio, per plura tempora stetit in Bohemia Prage moratus, ubi eciam deo volente diem suum clausit[2] extremum, ipsum pro tali non tenuerit nec sui in hac parte college[b] sacri Basiliensis concilii ambasciatores et nuncii similiter nec summorum pontificum ambasciatores et legati puta dominus cardinalis sancti Angeli et alii sic nec tunc, dominus Fredericus Romanorum rex modernus imperator nec alii principes seculares nec spirituales, ut episcopi, prelati nec alii inferiores sacerdotes sive seculares sive religiosi ipsum pro tali tenuerunt, sic nec rex Ladislaus sancte memorie nec sui principes nec prelati in Austria, Moravia, Slesia aut aliis suis terris ipsum prout hereticum vitarunt. In Praga eciam constituti plures visi sunt archiepiscopi et episcopi ymmo et in civitate et ecclesia Wratislaviensi ad munus consecracionis[3] domino Olomucensi proxime defuncto impensum ipse inevitabiliter fuit admissus, quod factum | non fuisset, si heresi maculatus aut sentenciis excommunicacionis a iure vel ab

1439 Juni 19.

1457 Juli 31.

fol. 105[b]

[a] In marg. Nota hic excusaciones in peccatis. [b] In cod. colligere.

[1] Der Verfasser ergeht sich noch in weiteren kirchenrechtlichen Bestimmungen, die indess nichts Belangreiches mehr bieten. Er beruft sich auf c. Sicut de sen. ex Later. concilio, die Stelle über die Häretiker: Haereticos, defensores etc. . . . Die weiteren Ausführungen finden sich unter dem Titel: Kalixtus papa excommunicavit hereticos. [2] S. die Staří letipisové čeští a. a. 1439: Umřel . . Filibert na den S. Gervasia, s. Palacky a. a. O. Bei Lenfant und Theobald findet sich der 20. Juni. [3] Im Jahre 1454, gemeint ist Bohuslaw von Zwola (1454—1457), am 5. Dec. zog Georg mit Ladislaus in Breslau ein.

honore[a] illaqueatus fuisset. Ad hoc obiectum respondetur et primo de legatis sive sacri concilii sive domini apostolici, quod hii frequenter in Alamaniam et principaliter ad terras et regna Ungarie et Bo(hemie) fuerunt missi pro tollendo scismate et heresibus extirpandis cum auctoritate plenaria apostolice auctoritatis tamquam legati a latere. Et hii poterant absolvere in privato et in publico pro bono pacis et concordie sive sentencias relaxare pro evasione et surrepcione periculorum, prout eis in tanto discrimine fuerat visum. De imperatore autem, rege Ladislao et principibus secularibus potest responderi, quod, ex quo seculares sunt, cause ecclesie et spirituales eis non sunt commisse . . .[1]

fol. 105b bis 106b Excusacio episcoporum et aliorum, qui coram Jerszikone[b] celebraverunt.

Jerszik denunciatus est excommunicatus per Christum dicentem: Attendite a falsis prophetis.

---

fol. 107a Hereticorum opera nephandissima et sceleratissime multiplicata.

---

fol. 107b Heretici reputant se martyres . . .

---

fol. 108a Item Jorsziko est denunciatus per apostolum Paulum excommunicatus.

Jorsziko denunciatus est per patrem Johannem de Capistrano excommunicatus.

Hic dico quarto, quod iste Jorszicko pretensus intrusus per nuncium sedis apostolice videlicet fratrem Johannem de Capistrano ordinis Minorum de observancia sufficienter et publice in sermonibus suis eciam in pluribus locis et civitatibus insignibus extat denunciatus eciam proprio expresso nomine in hec verba et similia in effectu: *Excommunicati sunt omnes heretici, Wiclefiste, Hussite, Jorszickiste, Rackiczaniste et eorum fautores, defensores, coadiutores* etc. Denunciacionem hanc eciam pluribus millibus hominum audientibus. Que eciam denunciacio eo regnum Bohemie gubernante et in suis erroribus approbante

---

[a] Ibid. homine. [b] In marg. Decretum concilii de vitandis excommunicatis.

[1] Die weiteren Ausführungen, auch die der nächsten Capitel, sind belanglos.

et confirmante usque ad sui scienciam et certam noticiam notissime pervenit, cuius sciencie et noticie probacio patet ex suis literis, quibus (!) certis scripsit civitatibus et signanter consulatui Budissinensi, quibus de hoc improperabat quasi minando, *quomodo ipsi talem sustinerent monachum et religiosum, qui ipsum in publicis sermonibus et coram plebis multitudine auderet hereticare aut excommunicatum pronunciare.*[1] Utinam ipse intrusus ostenderet vel ostendere auderet, responsum Budissinense sibi super scripto suo datum! Et clare videret, quod bonus ille monachus divine memorie ista et alia nomine summi pontificis et sancte Romane ecclesie predicando denunciavit, sub cuius obediencia eciam plenaria populus iste, cui predicavit et quem docuit irremurmurabiliter domino annuente stetisset et semper stare proponeret nec liceret eis sermonibus suis tamquam autenticis in aliquo contradicere vel adversari ob fidei favorem etc.

fol. 108b Hic dico quinto, quod omnium denunciacionum maior est ista, qua iam a multorum annorum circulis tamquam hereticus speciali nomine, quia Wiclefista extat per summos pontifices denunciatus hereticus et excommunicatus, cuius denunciacionis tenor isto anno per dominum Calistum papam proxime defunctum organo cuiusdam sui referendarii in Bona quinta feria facte sequitur in hec verba:[2] *Anathematizamus et excommunicamus omnes et singulos, cuiuscumque status, gradus, condicionis aut preeminencie existant, eciamsi pontificali, regali, reginali aut quavis alia ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, qui perfidis hereticis Wiclefistis, qui in huiusmodi dampnata Wiclefistarum heresi pertinaciter permanserunt arma, equos, ferrum, plumbum, ligna, sal, oleum, vinum, vestes, victualia et alia quecunque ad usum hominum pertinencia aut quevis alia presidia publice vel occulte subministrant aut per se vel subditos suos afferri faciunt vel permittunt, cum quibus dicte Wiclefiste dictos Christi fideles et katholicos quomodolibet impugnant seu offendere possunt, nec non omnes et singulos Wiclefistarum eorundem adherentes fautores, defensores et receptatores, cuiuscumque status nobilitatis, excellencie et condicionis existant eciamsi pontificali, regali, reginali*

Item[a] denunciatus per papam Kalistum, hereticus et excommunicatus.

[a] In cod. Idem.

[1] Das betreffende Schreiben scheint noch ungedruckt zu sein, wenigstens findet es sich nicht in Palackys Urk. Beiträgen. Dasselbe gilt von dem unten folgenden Schreiben. [2] Vide Raynaldi Ann. eccl. a. a. 1456, VI, pag. 57.

aut quavis alia ecclesiastica vel seculari sint prediti dignitate aut consencientes vel prestantes eisdem in premissis quomodocunque et qualitercunque auxilium, consilium vel favorem ipsosque omnes et singulos continuatores et fautores heresis atque defensores ab omni beneficio dignitate et honore ecclesiastico vel mundano denunciamus fuisse et esse privatos. Hec ibi. Ecce quam manifeste Wiclefistam istum omni honore et dignitate tamquam hereticum et excommunicatum papa denunciavit esse privatum.

Item denunciatus est sepe coram suis ambasiatoribus et nunciis.

Hic dico sexto, quod hic intrusus eciamsi omnis alia cessaret denunciacio, sufficienter denunciatus est coram suis ambasiatoribus et nunciis in Wratislavia, pro requirendis omagio et obediencia legaliter transmissis magnificis videlicet et nobilibus dominis Zdenkone de Sternberg, Henrico Birka de Duba et Procopio de Rabesteyn cancellario suo, quibus per principes maioris partis Slesie tunc presentes et nomine civitatum ac omagialium ducatuum Wratislaviensis, Swidenicensis ac Iawrensis per eos, qui ad | istam dietam[1] erant transmissi, tale verbis et scriptis fertur datum responsum: *Quod licet ipsi omnes tam principes quam civitates spectarent et spectare deberent ad regnum et coronam Bohemie propter ipsorum ad regnum incorporacionem, quam transgredi nequaquam vellent, quia tamen per intrusum et Bohemos ex una et eos scilicet principes et civitates ex altera partibus magna propter fidem esset discrepancia, hinc sine cognicione cause et nisi per summum pontificem aut alium iudicem competentem de iure suo debita et canonica fieret declaracio, ipsi de omagio intruso prestando recepcione eius et obediencia facienda vellent supersedere* etc. ubi isti principes et viri preclarissimi una cum toto clero ecclesie et dyocesis Wratislaviensis manifeste responderunt de fidei discrepancia sufficienter ipsum tamquam suspectum de heresi denunciantes et aliis pessimis actibus[a] per ipsum practicatis satis intelligere dederunt, quod tamquam scismaticus hereticus et excommunicatus iuste veniret recusandus.

fol. 109a
1458 April 17.

Eadem eciam denunciacio facta est generaliter in primis per civitates Moravie et postea et magis expresse per proconsulem, consules, magistros artificiorum et totam communitatem

---

[a] In cod. canibus.

[1] S. Eschenloer, Hist. Wrat. pag. 20 ff. Unter den böhmischen Gesandten befand sich auch Otto von Sparneck.

opidi Yglaviensis, qui ut viri famosi, fideles et strenui ipsum manifestum hereticum et excommunicatum denunciaverunt, quorum occasione ipsum in regem et dominum recipere recusaverunt. Licet postea intervenientibus tractatibus timidi homines a proposito eorum sancto eterneque memorie commendando pusillanimiter recesserunt.[1] Similis eciam denunciacio iterato facta est ambasiatoribus ipsius intrusi videlicet generosis dominis Johanni de Rosenberg, Zdenkoni de Sternberg predicto et Johanni de Colditz regni baronibus in quadam dieta,[2] que Sittavie de mense Octobris tenta est in effectu per sex civitates Budissinensem, Gorlitz, Sittaviam, Lubau, Lobow et Camentcz et vasallos eorundem districtuum et terrarum inibi congregatos, qui eciam petiverunt terminum ad deliberandum, quousque melius informati facere possent iuxta status et honoris sui decen|ciam et absque fidei katholice lesione allegantes in tractatibus aliam fidem practicari et aliam esse ac obedienciam in Bohemia et aliam fidem et obedienciam in partibus ipsorum, magnamque fore discrepanciam inter prelatos spirituales Bohemie et prelatos ipsorum propter conformitatem rituum et fidei Romane ecclesie, quam conformitatem intrusus nondum acceptavit.[a] Admirande sunt hec denunciaciones ex sinceritate fidei contra intrusum facte iam quasi per totam Germaniam notificate, sed amplius, forcius et cordialius admiranda est istius intrusi tam grandis obstinacio, indurataque pertinacia, quod huiusmodi denunciacionibus clare ad sui noticiam perductis a via sua mala non vult converti. Et tanto plus admiranda est eius obstinata presumpcio, quanto a magnis gravibusque personis multa nobilitate, dignitate et superioritate refulgentibus dinoscitur sibi denunciata. Non enim videtur habere locum in isto heretico aliqua legalis denunciacio, quomodocunque et per quemcunque iuridice facta seu executa. Ex quo denunciaciones principum, procerum, nobilium, militum, militarium, consulatuum et civitatensium per ipsum frivola quadam autoritate repelluntur,

1458 Nov. 15.

fol. 109[b]

Obstinata indurata p[…] tinacia ips[…] Jorszikon[…] perpendit[…]

[a] In cod. noch: pape, das aber in dieser Verbindung sinnlos ist.

[1] S. Palacky, Gesch. v. Böhmen IV, 2, pag. 54; nach dem Widerstande, den die Iglauer dem Könige entgegensetzten, wird man von timidi homines nicht sprechen dürfen. Vgl. dessen Urk. Beiträge pag. 163 und die Hist. Wratisl. pag. 35. [2] Ueber diesen Tag findet sich in den übrigen gleichzeitigen Quellen nichts.

verissime inantea timere habent omnes hii, qui de sua conversione aut extirpacione hucusque confidenter speraverunt et revera si propter bona temporalia tantaque terrarum dominia ut sunt ducatus et civitas Wratislaviensis cum dependentibus, ducatus et civitas Swydnicensis cum dependentibus, ducatus et civitas Jawrensis cum dependentibus, marchionatus Budissinensis et Lusacie cum dependentibus ab impietate sua et heresi inveterata non resiliet[a] errores et scismata Bohemie submoveat et gremio sancte matris ecclesie se reconciliet, quod hec ob alicuius amorem, induccionem aut promissionem faciet, donec peccatori fovea fodiatur et per ignem et gladium exterminium pacietur. Possunt sibi sinceriter alii satellites, fautores aut familiares sui bene obicere et dicere hoc quod scribitur de servis Naaman 4. Reg. 5. *Pater et si rem grandem dixisset tibi propheta, certe facere debuisses, quanto* fol. 110[a] *magis, quia nunc dixit | tibi: Lavare et mundaberis.* Dicit nempe, optat et requirit hunc intrusum propheta, hoc est sancta katholica ecclesia que semper optat et optavit, prophetat et prophetavit sibi bonum, ut lavetur a scismatis macula et mundetur a lepra heresis contagiosa. Sed adhuc forcius admirandum ymmo et stupendum putant nedum extranei sed et intranei et sibi faventes ipsumque possibiliter excusantes cordis[b] sui duriciam frivolamque pertinaciam, quod causam iuris, quod habere pretendit apud ceteros dubiosam, apud alios autem disperatam et prophanam, dudum vel apud sedem apostolicam, dominum nostrum sanctissimum Pium papam aut eius antecessorem Calistum, collegium cardinalium, dominos de rota vel apud illustrissimum principem Fredericum Romanum imperatorem aut sacri Romani imperii principales electores aut alias iudicem in re tam ardua atque inusitata competentem decidi fecit et determinari ut sic conscienciarum scrupulis evulsis quilibet in ordine et genere suo faceret aut facere posset, quod deberet, cessarentque[c] motus et metus non parvas perplexitates timorosis in suis conscienciis incucientes. Sic itaque obiecciones tales et similes de denunciacione contra eum non executa intrusum hunc non relevant necque relevare possunt, alias enim cessante denunciacione cessare deberet excummunicacio, quod

[a] Dem folgenden entsprechend sollte man resiliat erwarten. [b] In cod. cordius. [c] In cod. cessaretque.

non videtur verum, cum multi ex timore, malicia aut alias denunciaciones tam hereticorum quam excommunicatorum ommittunt; ymmo aliquociens pro eo, quod clerus a denunciacione[a] noluit sed nec debuit, per potenciam beneficiis suis sunt spoliati et miserabiliter expulsi, prout in Bohemia et Moravia lucidum habetur exemplum nec propter hoc hii, qui denunciati non fuerunt, minus redduntur excommunicati seu alias absoluti.

Infamis nunciat Jerszik pter ma nacionem mortem r Ladislai De proc cione m regis La lai.

Tum quia infamis. Sufficienter enim fama et infamia sua ex predictis infertur, nam omnis scismaticus et hereticus | excommunicatus est et infamis, ut clare profitentur communiter doctores tam divini, quam humani iuris, unde et merito sibi clausa est ianna dignitatis regalis, quam de facto et illicite sibi usurpavit et usurpat, ut nequaquam ad illam dignitatem valeat pervenire, nec solum in illis et propter illa infamis esse dinoscitur, sed propter alia, que extensive multo peiora sunt. Nam quasi ubique locorum famatur et diffamatur, in necem quondam illustrissimi principis et domini domini Ladislai Ungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. regis sicut terribiliter, ita et subtiliter machinatum esse pariter et laborasse, nec non et in mortem suam conspirasse, quod quidam asserunt adimpletum, cum nobilis ille princeps dominus Ulricus comes Cilie in Nandovalba Ungarie fuit crudeliter vulneratus et per incisionem et decisionem sui capitis miserabiliter interfectus, ut sic occasione istius per ipsum intrusum dudum practicatum discidium ipse rex perderetur in mortem.[1] Nec abesse potest vehemens, ingensque ab ista machinacione contra Jorszickonem presumpcio, ex hiis que post facta sunt et acciderunt in Buda eiusdem terre Ungarie, ubi conspiracione plurium baronum dominorum et officiatorum regni Ungarie horrendum practicatum fuit tradimentum[2] literis et sigillis. Et forte corporalibus simul prestitis iuramentis confirmatum quod rex prefatus tocius terre dominus vel captivus adduci vel ad exilium vel mortem damnari debuit vel alias interitum vite sue subire violentum. Sed deo non permittente, quin pocius volente tradimentum istud una cum confederacionis

fol. 110[b]

1456 Nov. 9.

---

[a] An dieser Stelle scheint ein Wort ausgefallen zu sein. [b] In cod. morte.

[1] So lautet schon die kürzere Darstellung Tempelfelds in dem bei Jordan abgedruckten Tractate. [2] Gemeint ist die Catastrophe des Ladislaw Hunyadi.

et conspiracionis autentico scripto sic prodierunt in lucem, ut gubernator istius regni Ungarie unus inter conspiratores et traditores de principalibus iusto dei iudicio demeritis suis exigentibus truncato capite penam sibi reciperet talionis, cuius conspiracionis tradimenti | atque machinacionis in necem regis intrusus, de quo questio, famatur esse et fuisse conscius litera et scripto suo apertissimo, de quibus pluribus constat fidedignis realiter illud probantibus et finaliter attestantibus, que eciam sua litera similiter famatur per ipsum intrusum morte regis nequiter consumata furtive abstracta. Que autem gesta et facta post hec secuta sunt, manifestum est orbi, in quibus quidem gestis et factis dum rex Ladislaus predictus ad persuasionem et inducciônem intrusi in Bohemiam et civitatem Pragensem reduceretur, non multo post tempore veneno crudeliter est interemptus. Cuius interempcionis et venenose procuracionis ymmo et corpus regium subtilis induccionis ipsum intrusum esse adinventorem et cooperatorem principalem, clamat iam quasi totus mundus. Cuius eciam licet non sit demonstrativa probacio, est tamen ex coniecturis probabilis presumpcio. Quis enim sciens sive audiens finem huius nostri quondam regis Ladislai et mortis eius interitum de Jorszikone, qui de successione quasi legitima esset in regno se intromittit, aliquid mali non suspicetur. Quid enim sibi vult hoc, quod singulariores sui camerarii a iuventutis tempore secum enutriti alii pro medicis, alii pro medicinis, alii pro aliis excogitatis negociis, quasi alii mittendi non essent fuerunt destinati. Et tamen expeditis per eos hiis pro quibus missi erant nequaquam ulterius clanculo vel patulo ad regem infirmum patuit accessus. Quid sibi hoc vult, quod tanto principi in agonis certamine constituto nullus, qui vel ad contricionem vel ad iniuriarum remissionem vel ad rememorandam Christi passionem vel dei et matris sue benedicte sive aliorum sanctorum invocacionem inducere seu ad orandum, implorandum aut de peccatis oblitis rememorandum aut in confessione vere fidei persistendum aut lumen ad manus decedentis tradere valuisset aut voluisset[a] admitti | Jorszickonis et sibi in crimine participancium presencia realiter obsistentibus nequaquam potuit morientis regis pro salute. Enimvero hee et alie suspiciones

1457 März 16.

Bl. 111a

De littera tradimenti et conspiracionis in mortem regis Ladislai.

Sept. 29.

Nov. 23.

Regis Ladislai mortis procuracio et condiciones necis eiusdem et intoxicacione et interempcione.

Bl. 111b

[a] In cod. der Plural.

ex gestis multipliciter suborte contra intrusum excellenter bene veniunt retorquende. Nam revera si in causa mortis huius sanguinis generosi regis Ladislai non fuisset, infinitam hominum multitudinem ad videndum finem bene admisisset. Scribunt hinc inde plures magniviri et nobiles, Jorszikonem Ladislaum veneno mortificasse, offerentes se hoc in caput suum more nobilium probaturos. Accusantur dictis et scriptis plures alii huius sceleris conscii, ex quibus unus Jorsziconis consocius sibi quadam affinitate coniunctus Czalta nomine in convocacione generali Prage, dum eleccio ista pretensa taliter qualiter preordinata esset in foribus dudum conceptis (!) verbo prout valuit et voluit, non prout debuit et decuit et multum tepide se nitebatur excusare.

Quoniam autem Jorszicko de huius sceleris enormitate se nondum excusavit, nec excusare querit, merito de machinacione in necem domini sui et inde secuto nephando opere redditur suspectus tamquam reus criminis lese maiestatis. Hinc sequitur tanta et talis infamia, quam eciam tocius maris lavacrum non sufficit verisimiliter expiare et sic minus se valet excusare, unde nec eleccio nec coronacio nec confirmacio quomodocunque de persona sua facte et celebrate locum habent nec legitimari nec canonisari possunt unde eciam nec porte quarumcunque dignitatum ei patere possunt, aperiri debent sive quandoque in posterum aperiri debebunt.

fol. 112ª bis 112ª Jorsziko non servavit fidem Basiliensi concilio, ergo infamis.

fol. 112ª bis 113ª Item de baptismo et aliis sacramentis per eundem non perceptis.

Electus Jorsziko populoru vulgariu clamorem per Rokyc ni subordi cionem

Tum quia per impressionem et populorum vulgarium clamorem electus. Patet hec ex opere operato et ex casu in terminis circa eleccionem fraudulenter practicato. Feb. 22. Fecit namque electus ille dolosus convocacionem generalem baronum, civitatum et regni procerum non expresse [1] ad eligendum regem, sed ad procurandam generalem pacem in regno et disposicionem regularem faciendam et ordinandum de hiis, in quibus staret difficultas circa regni gubernacionem, claret hoc ex

---

[1] S. Bachmann, Ein Jahr böhm. Geschichte, Arch. f. ö. G. LIV, pag. 89. Die obige Darstellung bringt zu dem bisher Bekannten eine willkommene Ergänzung.

litteris per ipsum intrusum aliis ad conveniendum in ista dieta Pragensi multipliciter et ad multos scriptis. Medio autem tempore cepit practicare cum heresiarcha Rakizano et per Rakizanum cum aliis tam in civitate Pragensi quam extra in aliis locis, opidis et castris. Cepit eciam tunc practicare cum notabilioribus regni baronibus de Rosis, de Stellis, de Monte s. Michaelis et pluribus ceteris de votis sibi prestandis per eosdem ad regalem dignitatem asserens se pro sua adhesione habere numerum popularium nedum Thaboritarum et aliorum de parte et fide sua,[a] sed eciam de parte alia scilicet de fide Theotonicorum, sed cum responsum optatum obtinere nequiret, precibus instetit et minis[b] postulans, ut isti nollent sibi esse impedimenti, quin pocius sibi favere istum honorem, ad quem a deo tamquam vocatus presumeretur populo proclamante: *Volumus habere Bohemum et hunc quasi pre aliis regere scientem in regem nostrum,* et casu si utique vellent sibi esse impedimenti, sufficere deberet sibi, ut eos sciret et nosceret in personis et condicionibus, per quos in assecucione tante dignitatis ipse impediretur. Illis autem bonis modo et zelo evadere querentibus dicere habuerunt in effectu: *postquam ad* fol. 113[b] *processum eleccionis fuerit deventum, nos aliis auditis | circumstanciis attentis quod racionis fuerit et cedere poterit in regni profectum faciemus.* Adiunxerunt eciam plures ex eis, racionis esse et congruencie, quod pro eligendo capite regni bona procederet deliberacio nec precipitandum et accelerandum esse in hoc facto regni maximo generalem honorem et profectum omnium regnicolarum tangente (!). Attento quod super eleccione regis Bohemie multa haberentur privilegia et quod ne quid contra privilegia et in eorum preiudicium aliquid fieret seu attentaretur, caute previderetur. Cum autem per hec et consimilia persuasionum genera barones excusacionis remedio ad tempus licet breve se libertassent, cepit medio tempore Rakiczanus, qui potens est et heresiarcha, pro viribus laborare, ut gubernatorem sibi ab inicio gubernacionis et ante firmissime adherentem intrudere posset et de persona sua efficere eleccionem proxime fiendam, misitque ad domos civium mechanicorum, mercatorum, maystros czecharum et artificiorum et alios, ad quos potuit, in practica et avisamentis persuadens, rogans et

De Rokyczani subordinacione in eleccione facta.

---

[a] In cod. suis. [b] nimis (?).

precipiens, ut cum votis suis in eum concurrerent variis ex motivis. Misitque idem Rackiczanus ad alias civitates, castra, fortalicia et opida sue intencionis et sibi nota capellanos suos et sacerdotes sibi adherentes ad idem faciendum allegans ad hec terre et linguagii gloriosum profectum diversosque respectus expediencie, ut hic et non alius eligeretur in regem eo signanter attento, quod si ille non eligeretur, quod tunc eleccio indubitanter caderet super unum de principibus Theotonicis noticiam linguagii Bohemici non habentis. Cuius electi frequenter maior veniret respectus super Theotonicis et eorum factis, quam super factis Bohemorum deputarenturque officia regie camere aliaque officia publica pocius Theotonicis quam Bohemis. Sic pariformiter fieret in aliis regni civitatibus, quod communius per regem fol. 114ª Theotunicum promoverentur ad consulatum et officia | fructuosa Theotonici quam Bohemi, sic de officiis aliis, ut advocaciis, capitaneatibus et beneficiis in regno et extra regnum, a quibus frequenter Bohemi reicerentur et Theotonici promoverentur. Presertim eo considerato, quod in terris regni circumiacentibus ut in Austria, Moravia, Slesia, Sex civitatibus, Lusacia et Misacia Theotonici sunt et Bohemis ex odio quodam inveterato infesti sunt, nec quisquam Bohemorum ob defectum intelligencie lingue posset facere verbum seu tractare aliquid in secreto cum rege tali venirentque conspiraciones, tradimenta, insidie et maleficia contra totam nacionem Bohemicam possetque inferri hoc consequens dudum concupitum et ut Theotonici asserunt prophetatum ut lingwagium Bohemicum omnino extingueretur vel saltem quod tamquam flammingi [1] et sclavi inter Theotonicos reputarentur. Pro cuius veritate allegaverunt practicam regis Ladislai, quibus viis et modis ipse Bohemis repudiatis Theotonicos ad se traxit et pretulit alciusque protulisset, si ausus fuisset et indubitanter si pleno regimine usus fuisset, plura mala et inconveniencia Bohemis intulisset, qui tamen scivit et novit lingua Bohemica se in omnibus factis suis expedire. Si ergo tanta contra regem, qui novit et scivit linguam, de opprimendis

[1] S. Diefenbach Gloss. lat. germ. unter flamin-gus. Sie — die Eingeborenen würden als fremde (Vlämen) und Sclaven angesehen werden. Cochlaeus hat den obigen Bericht im Auszuge in seine Husitengeschichte aufgenommen.

Bohemis fuit presumpcio timorque de malo futuro, qualis fieret presumcio timorque incuteretur terrigenis, si princeps Theotonicus linguagium nostrum minus intelligens eligeretur in regem. Quidam eciam de persuadentibus maioris intelligencie reputatus diversissime allegabat oppressionem fidei et fundamentale exterminium eiusdem, si Theotonicus princeps eligeretur in regem, declarans se in intencione sua tali in effectu:[1] *Ecce domini gloriosi, viri optimi, gestis et factis multum famosi, oportet in hac re multum ponderare summaque diligencia considerare,* fol. 114b *quid | et quomodo facturi sumus nec solum facienda, sed et que facta sunt, oculacius masticare. Novit namque totus mundus, nostis et vos, quomodo regnicole terrarum domini barones milites et militares, cives et vulgares a multis iam annis, quibus ipsi rexerunt et regimentum in manibus suis tenuerunt per universa mundi climata sic sublimati sunt et elevati, ut nulla eis undecunque veniens nocere potuit adversitas aut consurgere notabilis resistencia, timuerunt enim nos et audaciam nostram quasi omnes principes regionum et terrarum circumiacencium imperatores et reges Romanorum principes potestates, castra et civitates nec fuit cui non essemus formidini aut qui nostre comprobate resisteret fortitudini. Quesierunt eciam nos et adiutorium subsidii nostri undecunque pro iure suo strenue agentes et agere volentes postularunt undequaque favores nostros, primates terrarum proceresque potentes consolaciones eciam singulares a nobis receperunt, in iuribus suis oppressi a propriis repulsi aut alias contra deum et iusticiam vexati et ad yma reiecti. In curiis principum et magnatorum (!) convencionibus grati ymo gratissimi recepti sumus et pre aliis plus honorati. Concilium Basiliense et Romane ecclesie summi pontifices plures eorum eciam reputatissimi oratores vota nostra placide acceptarunt, facta regni promoverunt et omnem humanitatem nobis exhibuerunt. Sed unde nobis hec, unde nobis tanta gracia, unde nobis tam affluens preveniens et subsequens instabile infortunium. Certe non ab alio, quam a fide nostra sancta, quam a Christo recepimus et a supernis de ea informati sumus, quam defensamus, quam manu tenemus, quam practicamus, quamque servamus pro qua res et corpora exponimus et sanguinem nostrum effundere non horremus, a qua eciam fide gloriam et magnum* fol. 115a *honorem reportamus. Ecce in unitate stetimus et | permansimus*

Rokiczanus recommendat perfidiam suam et pertinaciam.

[1] Seine Meinung in solcher Weise ausdrückend.

famamque pre cunctis tocius Germanie adlethis et bellicosissimis pugnatoribus ubique locorum victoriose recuperavimus, quibuscunque machinacionibus contra nos et conspiracionibus non obstantibus. Consulendum ergo voto meo et sano intellectu hortor clamans, ut nullus eligatur nobis in regem, nisi sit Bohemus, nisi sit nativus et nisi sit moribus nostris et fidei conformis nisi in fide nostra sancta tritus et peritus, nisi de firmitate fidei notatus nisi ad defendendum fidem ydoneus et promptus, nisi ad resistendum contra fidem nostram molientibus audax et imperterritus et nisi talis, cuius conversacio, sapiencia, strenuitas, modestia, sollercia et providencia nobis nota sit et ad rem visa et practicata et ad quem confidencia per nos et omnes nostros geratur continuata. Constat autem, quod non erit talis aliquis de principibus aut magnatibus terrarum exterarum, quibus nulla cura de nobis aut fide nostra sancta, sed duntaxat de fructibus colligendis, oppressionibus faciendis, thesauris abstrahendis, iuribus derogandis et pecuniis abducendis. Ex quibus nobis eveniet vilipensio liguagii virium destitucio, paupertatis occasio et tocius nostre glorie et magnifice potencie suppeditacio, nec non fidei nostre, in qua vivimus, movemur et sumus irreparabilis oppressio pariter et ruina omnibus nobis irrecuperabiliter damnosa. Concludendum ergo puto, adhortor et persuadeo pro domino Jorszickone de Podiebrath gubernatore regni Bohemie dudum instituto, qui regere novit et gubernare, cuius legalitas quasi per totam Germanicam nacionem undique diffluxit. Hic Pragensem civitatem in bono ordine tenuit, hic populum vulgarem sub debita obediencia direxit, hic magistrum nostrum magistrum Johannem de Rackizano cum suis optime manu tenuit, hic in fide nostra Bohemica enutritus eandem potenter defensare poterit, prout actenus fecit, hic | *cura pervigili tempore Ladislai regis sollerter laboravit ne fides ista periclitaretur aut ab ipso rege aliisve Theotonicis aliquam pateretur offensam. Sub cuius eciam regimento et gubernacione factum est regnum nostrum famosum pariter et gloriosum, per quem et a quo articuli fidei nostre dudum per antecessores nostros concepti tuti fuerunt et illesi, nec per aliquem passi sunt repulsam seu legitimam contradiccionem. Utile ergo erit toti communitati, utilius reipublice, sed utilissimum fidei nostre sancte, ne ista succumbat aut ab emulis inficiatur, ut ipse tamquam Bohemus, tamquam reipublice conservator, tamquam fidei nostre ferventissimus zelator, tamquam articulorum nostrorum apertissimus*

Rokiczanus recommendat Jorszikonem persuedendo ipsius eleccionem fiendam.

fol. 115[b]

defensor et tamquam optimus iurium regni et incolarum protector in regem nostrum omnium consensu unanimique voto concorditer eligatur, ne quod absit, si princeps eligeretur Theotonicus, omnem honorem nostrum per interemcionem et enervacionem fidei nostre qua usque huc crevimus viliter perdamus et rerum corporumque, nisi nos Theotonicis et fidei eorum conformaverimus, maximis periculis stare cogemur. Seclusis hiis quod si regem Theotonicum habebimus, nec privilegia nostra conservare nec alienata a regno recuperare nec iniurias sive illatas sive inferendas vindicare nec fidem nostram ampliare valebimus in futuro.

Effeceruntque isti de parte et opinione illa tantum, quod nullus ex baronibus regni absque gravi periculo potuit exire civitatem Pragensem. Tandem die[1] et hora signatis pro convencione in pretorio habenda pro eleccione regis affuturi, sed antequam populus congregabatur disponebantur clam in cameris et habitacionibus secretis plura centena armatorum, disponebantur eciam iudex cum famulis et aliis officia publica tenentibus ad palacium pretorii extra tamen stubam pro eleccione fienda deputatam, inter quos erant homines vinculorum | et carcerum custodes, captivorum ductores et detentores, iudicis[a] executores. Immo et affuit inter eos siccarius sive tortor nedum unus sed et plures, ut hii asserunt, qui huic spectaculo presentes erant et hec videntes. Fuerunt eciam stipendarii et armati plures numero in cellariis et aliis de prope[b] locis dispositi ad perficiendum ea, que sibi per Jorszick et heresiarcham Rakizanum fuerunt commissa. Congregato tandem populo, dum tractatus eleccionis inciperentur, fuerunt qui dilacionem ad melius deliberandum postulabant, fuerunt eciam, qui volebant, ut ad eleccionem istam secundum privilegiorum tenores et regni ordinacionem desuper confectorum procederetur, affuerunt eciam, qui se super eleccione regis non esse deliberatos asserebant, cum tenor convocacionis de eleccione regis nullam faceret mencionem. Fuerunt eciam, qui pocius extra civitatem quam in pretorio sub quocunque eciam rerum periculo protinus stetissent, fuerunt et alii qui exitum a loco et fuge presidium expetebant, sed spe fraudati ex preclusione vie manere coge-

Eleccionis tempore et loco affuerunt multi terrores, mine et clamores armate turme et tortores.

116a

[a] Recte: iudicii. [b] Ueber de steht a: a prope.

[1] Der Landtag trat, wenn nicht früher, so doch sicher am 27. Februar 1458 auf dem Altstädter Rathhause zusammen; s. Bachmann a. a. O. pag. 91.

bantur, eciam maiores tocius terre. Quid plura? Dum de eleccione sermo fieret, cepit populus tamquam pro voto primo clamorosa voce intonare dicens: *Nolumus alium habere in regem nisi Bohemum.* Cum autem certi de baronibus ad tractandum vel saltem ad interloquendum seu melius deliberandum vellent exire stubam pretorii, pauci sequebantur timore concussi, alii autem ut negocium eleccionis protelacionem acciperet, inceperunt persuadere, ut saltem regni privilegia super forma et modo eleccionis a dominis imperatoribus antecessoribus, regibus graciosius et deliberatissime data palam omnibus legerentur, si forte ex eisdem privilegiis ordo dari posset canonice eleccionis, quod votum quia racionabile erat, pluribus placuit. Fueruntque certa apportata privilegia, sed dum ad modicum legerentur, magnus inter congregatos incepit strepitus | clamorque indomitus et inter alios affuit, qui alta clamaret voce dicens: *Sit dominus gubernator rex noster.* Et invalescebant voces ceterorum vulgarium et plebeiorum, quorum clamoribus alii per subordinaciones inducti annuentes clamores auxerunt clamoribus. Hunc una voce quasi divina inspiracione preordinatum et electum barones autem regni maiores natu cognito, quod magnus armatorum numerus latitaret in pretorio et extra, compertoque quod siccarii atque tortores sanguinem humanum fundentes et sicientes ad decollandum, si qui forent negocio resistentes, prope ianuam loci eleccionis paratissimi expectarent, attento eciam, quod non longo elapso tempore quidam Castrensis nomine Smersziczki repente de pretorio et eodem eleccionis loco eductus per ipsum Jorszikonem nulla defensione iuris admissa iussus est decollari et absque misericordia idem capite privabatur et vita.[1] Nec fuit qui diceret: *Cur hec et cur ita facis,* timore perplexi et iusto metu qui[a] bene cadere potest in constantem virum, multipliciter concussi contradicere non audebant, sed in eandem quam populus stultus et insipiens protulit senterciam eleccionem clamoribus excitatam suo firmaverunt verbali consensu et approbaverunt solemnitatibus adhibitis in talibus fieri consuetis, licet *forte longe esset cor eorum.*[2]

März 2.

fol. 116b

1453 Sept. 7.

Ex quibus sic ymmo multo deformius peractis plane habetur fraudulenciam, dolum et impressionem huius eleccionis

Eleccion[e] pretensam validant[i] multe cau[sae] hic epyl[o]gantur.

[a] In cod. que.

[1] S. Palacky IV, 1. 333.   [2] Nach Isaiae 29, 13.

maledicte causam fuisse et occasionem de dolo et fraude satis patet:

primo quia dies et terminus, in quo eleccio celebrari debebat non fuit specialiter assignatus; patet [a]

secundo, quia modus agendi, scilicet clamandi, insultandi et strepitandi fuit subordinatus. Patet

tercio quia nec iuris processus nec ordo privilegiorum dudum per divine memorie reges et imperatores datorum fuit observatus: fuit ergo hec eleccio fraudulenta et omni dolositate plena.

De impressione autem et coaccione patet:

fol. 117[a] primo de tortorum ad inter|ficiendum preparatorum presencia. Patet

secundo ex armatorum tam in pretorio quam extra latacione. Patet

tercio ex pacto inhabitatorum, quibus preceptum erat, ut starent parati ad preliandum adversus eos, qui contra gubernatorem verbo aut opere facere viderentur. Ecce cause et occasiones eleccionis, unde prout sui specialiores referunt postea fuit compertum, quod nisi sic transivisset eleccio, suborta fuisset natalis dissensio guerraque sic incepta, ut eciam plures vel armatorum crudelitate preconcepta vel tortorum immanitate preordinata fuissent interfecti. Si itaque intrusus iste de tanto incomodo comodum reportare debet, diffiniat humanorum actorum diffinitor. Censetur revera impressio hec tanto minus commendanda, ymmo tanto magis vituperanda, quanto non pro alio ut moris est, sed pro se ipso ambicionis intuitu extat imperata, unde et ipsa eleccio errore intolerabili et metus causa infecta penitus esse nulla relinquitur et coacta etc.

Eleccio eciam non valet, quia non est facta per eos, ad quos de iure spectare dinoscitur. Eleccio regis non spectat ad vulgares.

Tum quia per eos ad quos eleccio de iure, consuetudine et privilegio spectare dinoscitur, non est electus. Manifestissima est hec racio et omni excepcione maior. Non enim spectat eleccio regis Bohemie ad mechanicos, plebeyos et vulgares civitatis Pragensis. Nam hii racionem non secuntur, sed faciunt passionibus et inexperiencia ducti, quod volunt, propter quod vulgi nomen conquisierunt, et sic minus videntur habere ius populares de aliis civitatibus Bohemie quam vulgus Pragense. Sic nec spectat eleccio regis Bohemie ad proconsulem et

---

[a] In cod. post.

consules civitatis Pragensis ex eodem fundamento, quia quoad hec inter consulatum Pragensem et consulatum aliarum civitatum seu opidorum regni non videtur maior aut minor alicuius racio diversitatis, que tamen partes in ista eleccione fuerunt numero maiores. Nam inter populares mechanicos unus cuius omnia sua bona demptis vestimentis vix se extendunt in valore ad unum florenum Ungaricalem, primus dicitur clamasse et clamorem inchoasse: *In regem Bohemie volumus habere Jorszick gubernatorem* etc. | Sic nec spectat eleccio ad militares, satellites et omagiales regni tantum, quia eis singulariter congregatis consurgit populus mirabilis, qui vulgus dicitur a volo, unde facit quod vult sive sit bonum, sive malum absque verecundia. Sic nec spectat eleccio ad barones immediatos regni Bohemie tantum, cum et plures barones sint ad regnum Bohemie immediate non spectantes, ut ducatuum Slesie, marchionatuum Moravie, Lusacie, Sexcivitatum et Misacie, qui pari racione videntur habere ius eligendi regem Bohemie ex fundamento predicto, nisi de contrario ostensive probetur. Sic nec spectat eleccio ad omnes illas partes simul congregatas ab ultimis incipiendo usque ad primos dominos videlicet et barones immediatos Bohemie milites, militares, proconsulem et consules ac mechanicos Pragenses, cum hii soli aliis exclusis ius eligendi vel quasi non habent, nec unquam habuerunt ab inicio, quo reges esse ceperunt. Hee autem partes et alii huic eleccioni non vocati, prout decet et iuris est, interfuerunt omnibus aliis interesse debentibus eleccioni ex proposito malo simpliciter spretis, revera decuisset, licuisset et expedivisset primum regno providere de archiepiscopo ecclesie Pragensis et tanti populi pastore, eleccione capituli Pragensis et summi pontificis atque sedis apostolice, prout iure debuit confirmacione precedentibus, qui archiepiscopus adminiculo sedis apostolice de reformacione cleri et ordinacionibus ecclesiasticis adiutorio eorum, qui adhuc fidem tenent katholicam, licet suppresse baronum, militarium et civium ita negocium preordinassent, ut canonice fuisset celebrata eleccio et eorum ad quos spectat eleccio, vocacio oportuna alias periculose ommissa. Habetur hec congruitas ex eo fundamento, quod status spiritualium in personis archiepiscopi, abbatum, abbatissarum, prepositorum | et aliorum plurium prelatorum eleccionis regie non debent esse

fol. 117b

Archiepisco[illegible] provisio de buisset fuis[illegible] ordinata an[illegible] regis elecci[illegible] nem.

fol. 118a

expertes, inter quos singularius nominantur et enumerantur archiepiscopus Pragensis, abbatissa sancti Georgii in castro Pragensi, et prepositus Wissegradensis sedi apostolice immediate subiectus. Interpretare igitur sedem Petri regens et possidens beatissime pater Pie, interpretare sacrum collegium dominorum Romane ecclesie cardinalium, interpretare principum sive temporalium, sive spiritualium venerandum consorcium, interpretare christianorum quorumcunque statuum felix contubernium, interpretamini dico omnes et singuli. Numquid sine ministerio damnoso et vicioso in hac eleccione impiissima eleccio et provisio pastoris spiritualis et ecclesiastici ecclesie Pragensis archiepiscopi ommissa est et male postergata. Numquid subtilitate mala abbatissa sancti Georgii monasterii et prepositus Wissegradensis, qui tunc sicut hodie in humanis egerunt, quoad personas et dignitates spreti fuerunt et officia eorum ab evo dignissima viliter refutata, numquid venerabile capitulum ecclesie Pragensis sede vacante vel tamen ecclesie administratores ad eleccionem sepedictam dumtaxat pro bono pacis et concordie ad tollendam omnem suspicionem de congruo in tali discrimine poterant admitti, certe si katholice, si sobrie, si iuste interpretabimini remoto scrupulo dicere habebitis, quod male, quod incaute, quod maliciose, quod fraudulenter, quod dolose sit actum, gestum, et factum. Dicite inquam vos practici Jorszicko, Rakiczane et tibi compar utriusque semper, ut quid statum ecclesiasticum in personis supra designatis tam frivole et acerbanter excludere voluistis; in veritate dicere[a] oportet, quod obprobriose, quod sinistre, quod adulatorie atque minus | ydonee in ista eleccione sit processum, nec obstat motivum quo dicitis: Quod debuerit eleccio regis precedere eleccionem archiepiscopi, ut sic ordinatis in regno necessariis facilius ordinaretur de archiepiscopo, prelatis et clericis, aut quod inter spirituales fuit defectus in capite scilicet archiepiscopo unde et de membris et de eorum iuribus minus fuit in processu ad eleccionem cogitatum. O excusacio non excusans sed incusans: Excusatis revera excusaciones excusandas non virtuose sed pocius maliciose et in peccatis. Nonne archiepiscopum vestrum adhuc tempore regis Wenceslai

118b

Archiepiscopum Pragensem expulerunt Bohemi et castra cum bonis ecclesiasticis abstulerunt.

[a] Recte: dici.

de ecclesia sua proiecistis, cui umquam episcoporum vel archiepiscoporum a tempore mortis eiusdem regis et post tempore Sigismundi imperatoris et regis obedivistis aut quem episcoporum eiusve officialium aut sede vacante capitulum seu administratores deputatos ad ecclesiastica bona et mensam episcopalem spectancia admisistis. Quo[a] eciam et quo iure castrum cum opido Rudenicz et aliis ecclesie bonis vos pro libitu vestro et vestrates occopatis? Creditis vos qui castrum predictum cum aliis bonis nedum episcopi, sed et aliorum ecclesiasticorum monasteriorum et ecclesiarum tam cathedralium quam collegiatarum indifferenter et violenter detinetis, vos benefacere aut obsequium prestare deo? Certe non. Ymmo de certo vos scire oportet, vos in posterum non evadere divinam ulcionem, cum res iste et bona ecclesiis et viris ecclesiasticis iure proprietatis perpetue sint donata atque propter deum et eius cultum collata atque legata nec ullo iure mundi huiusmodi res, castra, bona, dotalicia, fructus, redditus et emolimenta ecclesiarum et monasteriorum potestis occupare aut cum bona consciencia possidere? Ex quo notissimis factis scitur, quod huiusmodi occupaciones et possessiones | vestre frivole sunt iniuste, procaciter et cum violencia conquisite. Abstracte quidem sunt res iste et ecclesiarum dominia principaliter deo et sanctis eius, quorum propria sunt et secundario per spolium, rapinam, furtum, tyrannidem, suppressionem et expulsionem personis ecclesiasticis, episcopis, prelatis secularibus et religiosis ablate eis invitis, quorum erat eorundem bonorum iusta, legalis et divina administracio. Nec excusat te possessor male fidei castri Rudenicz bonorum, rerum, villarum, opidorum, censuum, reddituum aut emolimentorum archiepiscopi aut ecclesie Pragensis, abbatum monasteriorum aut aliorum spiritualium iniqua possessio,[1] quia te pro bono christiano geris, quia communionem sub utraque specie non practicas, nec practicare sinis, quia errores Rackiczani et suorum complicum non approbas, quia fidei et ritibus ecclesie

fol. 119a

Bohemi ... rentes se christia... nichilom... iniuste ... am detin... bona ecc... siastic...

[a] Sc. modo.

[1] Raudnitz gelangte (als Pfand) in den Besitz des Joh. Smiřicky, s. Cont. Pulkawae bei Dobner IV, 145, später ist es im Besitz Zdeneks von Sternberg, auf den Tempelfeld hier zielt. S. Cont. Pulk. Dobner IV, pag. 184: Georgius obsedit castra domini Sdenek de Sternberg Rudnicz . . (anno 1467).

Romane te conformas, et quia facta Bohemorum hereticorum reprobas et detestaris. Racio quia quod heretico non licet, minus licet christiano katholico, si enim talia bona Jorszicko, Rakiczanus aut alius quicunque sit ille de secta fidei orthodoxe contraria, iusto titulo retinere non potest, multo minus facere, occupare aut possidere potest christiane professionis homo . . Quomodo similiter aut quando tu Jorszicko a tempore gubernacionis tue, *super cuius regimine bono plus debito te extollis*, | de archiepiscopi aut cleri revocacione seu reformacione cogitasti, aut quos modos pro rehabendo archiepiscopo, clero recuperando in domini cultus augmentum tempore regis *Ladislai*, regis tui, cuius eciam regimentum in manibus tuis stetit, excogitasti, cum tamen ad id faciendum videlicet archiepiscopum instituendum, ecclesias instaurandum, clerum exulantem revocandum, spoliatum restituendum et hereticam pravitatem eradicandum multifarie multisque modis per ipsum dominum tuum regem *Ladislaum* licet adhuc in annis puerilem, in animo tamen virilem requisitus fuisti. Frequenter te excusasti, tempus nondum esse declarasti, opinionem et mentem semper contrariam intus conservasti, negocium hoc pium et sanctum frequenter protelasti, te tenere viam hereticam in hac declarasti et finaliter ne tibi quis foret impedimenti, mala malis cumulasti, quousque dominium regium et archiepiscopatus officium tibi reservasti generaliter et usurpasti. Sed quia hec omnia sicut fraudulenter sic et violenter egisti, pro certo habeas, te ad hec perpetuari non posse, sed videbis non post longa tempora finem tuum sine honore et post hec alii videbunt omnium tuorum et eis adherencium exiciale dispendium cum universali ruina iusto dei iudicio superveniente, nisi conversus fueris a via tua mala, penitenciamque receperis pro tantis sceleribus tibi debitam et convenientem. Nequaquam ergo super eo, *quod non episcopum antequam regem eligeres, aut prelatos ecclesiasticos ad eleccionem regis nulliter tamen factam admitteres*, aliquam tibi credas excusacionem suffragari. Racio huius approbatissima est non noviter excogitata, non breviter ymaginata sed tuis ex forefactis dudum et viriliter per plura annorum curricula practicata.

Bl. 119b

Reformacionem fidei et ecclesie Jorsziko diu sub simulacione agere a proposito neglexit.

fol. 120ᵃ bis 121ᵇ

Bohemi heretici spreverunt omnes prelatos, doctores et sacerdotes predicatores et omnes, qui ab erroribus eorum eos revocare potuissent. [1]

Sed adhuc ultra: Si archiepiscopus, si abbatissa, si prepositus, si capitulum, si clerus deputatus una cum predictis regni baronibus, militaribus, consulatibus, popularibus aut communitatibus eleccioni predicte interfuissent, adhuc eleccio ipsa claudicasset, nec canonica dici valuisset pro eo et ex eo, quia alii, qui iure, consuetudine et privilegio interesse debuerunt, legitime vocati non fuerunt puta archiepiscopus Pragensis, Olomucensis, Wratislaviensis et Lutomusselensis episcopi nec non illustres Karinthie, Tirolis et Goricie comites, Rathiborie et Oppavie duces; principes, | proceres et nobiles cum baronibus et proceribus, satrapis, militibus, militaribus, consulatibus, civibus et communitatibus (eciamsi) huic eleccioni interfuissent, adhuc eleccio ista invalida, minus canonica, cassa et irrita fuisset ex fundamento et defectu, quia post clarissime memorie regis Ladislai obitum inopinatum lugubremque et deflendum ab hac luce decessum regnum Bohemie minime vacavit ymmo nec vacare potuit proter uterinas eiusdem regis Ladislai superstites Elisabet reginam Polonie et Annam Wilhelmi ducis Saxonie lantgravii Thuringie et marchionis Misnensis legitimam conthoralem germ(an)as et filias quondam Alberti Romanorum, Ungarie, Bohemie etc. regis, ducis Austrie, Stirie, Karinthie et comitis in Tirol, predictorum regis Ladislai, Elizabet, regine Polonie et Saxonie ducisse patris naturalis et genitoris legitimi, in quarum sororum personas regnum Bohemie extat devolutum ex privilegiis plurimis super hiis confectis et omagio dicto regi Alberto Elizabet sue conthorali et utriusque liberis utriusque sexus in Bohemia, Wratislavia et aliis locis hinc inde prestito et ex actis et gestis brevibus temporibus in Johanne ceco et Alberto regibus predictis Bohemie manifestissime practicatis.

fol. 121ᵇ (margin, at "Rathiborie")

Quod eci femelle cedunt in giam dig tatem B mie Histo exemplai (marginal note, cut off at edge)

---

[1] In den folgenden Erläuterungen zu diesem Titel findet sich eine allgemein gehaltene Invective gegen die gens Bohemica, ohne irgendwelche specielle Angaben.

Narrant enim historie et Bohemorum cronica, quod post mortem Ocktakari regis Bohemie, de quo fit mencio[1] in privilegio inferius annotato, cum Wenczeslaus filius suus heres ad regnum esset parvulus et minorennis et sub tutela Ottonis marchionis Brandenburgensis viveret pluribus annis tandem circa annum domini 1293[2] coronatus est in regem Bohemie sextum estque Wenczeslaus secundus nuncupatus sub Thobia episcopo ecclesie Pragensis. Hic Wenczeslaus fundavit Aulam regiam notabile monasterium ordinis Cisterciensium, scripsit se regem Bohemie, ducem Cracovie et Sandomivie | atque marchionem Moravie primo et postea regem Polonie. Hic reliquit post se heredem, cuius nomen erat Wenczeslaus et tercius appellatus et hic coronatus est in regem Bohemie primo,[3] postea autem circa annum domini 1304 in regem Polonie et hic fuit ultimus rex Bohemie ex successione paterna et hereditate, non relinquens post se heredem masculum, sed unicam et solam filiam,[4] ad cuius personam regnum Bohemie divolvebatur, que iure hereditario in regno succedens Johannnem comitem Lucemburgensem duxit in virum legitimum et conthoralem et hic Johannes comes nomine uxoris successit in regno Bohemie. Coronatus est in Praga et postea coronatus est in regem Polonie[5] anno domini 1310. Et hic post decursum temporum genuit Karolum et Karolus Wenczeslaum et Sigismundum Bohemie reges successive. Ecce quomodo filia regis Bohemie Wenczeslai tercii successit in regno, quam Johannes comes Lucemburgensis postea et per eam rex Bohemie in etate excecatus duxit in uxorem. Pariformiter cum rex Bohemie Sigismundus postea Romanorum imperator decessisset sine liberis masculis, dominam Elizabet filiam Alberto duci Austrie matrimonialiter copulatam post se reliquit. Hic imperator Sigismundus cum finem vite sue clausurum (se) conspiceret, solennem ambasiatam tunc misit in

1278 Aug. 26. — 1297 Juni 2. — 1292 — fol. 122* — 1311 Febr. 7. — 1316 Mai 14. — 1361 Febr. 26 — 1368 Febr. 14.

[1] Der Verfasser verwechselt Ottokar II. mit dem ersten dieses Namens.

[2] Recte 1297. [3] Das ist unrichtig, es wird wohl Ungarie lauten sollen; die Krönung in Ungarn fällt auf den 26. August 1301. Auch die Angabe von der Krönung Wenzels III. zum Könige von Polen ist unrichtig.

[4] Das ist gleichfalls falsch; Elisabeth, Johanns Gattin, war die zweite Schwester Wenzels III. [5] Das ist ebenso unrichtig. 1311 wurde er zum König von Böhmen gekrönt, als solcher übernahm er Ansprüche auf Polen nach den Königen Wenzel II. und III.

Pragam ad regni proceres, dominos et barones cum supplicacione debita quatenus generum suum Albertum Austrie ducem assumere in regem dignarentur filiamque Elizabeth eiusdem ducis conthoralem in reginam, inter alia allegans per hunc modum regem Johannem avum suum ad regnum Bohemie devenisse, quia filiam regis Wenczeslai duxisset in uxorem, fol. 122[b] que peticio | tamquam iusta, racionalis et iure debita fuit admissa, prout hec pluribus regni Bohemie baronibus, qui eleccioni pretense, de qua nunc est sermo, interfuerunt, notum existit. Sicque hec Elizabet quia heres fuit ad regnum Bohemie, ipsa in reginam, dominus vero dux Albertus dux Austrie maritus est legitimus in regem iusto titulo et iure legitime divolucionis fuerunt assumpti et eleccio regis propter filiam regis superstitem tunc non habuit locum. Hic Albertus coronatus in regem non diu vixit, sed reliquit post se filium Ladislaum Bohemie regem et Ungarie cum duabus filiabus, de quibus in presenciarum est sermo. Non ergo videtur equum, Bohemos ad eleccionem aliquam regiam processisse, hiis duabus sororibus regina videlicet Polonie et ducissa Saxonie superstitibus heredibus ad regnum tam perniciose tamque frivole nulla racione sive probata sive allegata repulsis. Quod autem heredibus eciam feminei generis seu femellis filiabus regum Bohemie adhuc existentibus in humanis nulla celebrari debet regis eleccio, sufficienter apparet in privilegio dato per divine memorie Karolum Romanorum imperatorem et Bohemie regem, cuius tenor per omnia sequitur in hec verba:

fol. 125[b] *Karolus . . . Innata cordi nostro — prefati principes et barones. Datum Prage anno domini 1348 indiccione prima sexto Idus Aprilis* etc.[1] Hec ibi.

Ex cuius privilegii tenore luculenter habetur, quod dum superest aliquis heres ad regnum sive sit masculus sive femina, nullus vivens habet ius eligendi regem Bohemie nec tunc fol. 126[a] regnum censetur vacare ut patet recte intuenti . . | .

Ex quibus omnibus et singulis oculo consideracionis debite inspectis clarius intueri potest sensum habens et racionis motum hanc eleccionem pretensam esse et fuisse nullam primo racione processus habiti . . . secundo racione persone electe, que est

[1] Neuestens nach dem Original des Wiener Haus-, Hof- und Staatsarchivs, gedr. im VII. Bd. der SS. rer. Sil. pag. 21 ff.

fol. 126b bis 127a ad eligendum omnino inabilis . . | . tercio racione eligencium, quorum maior pars inabilis fuit ad eligendum . . . quarto racione heredum . . .

Porro circa hanc materiam unum esse necessarium reor nec silencio pretereundum, quod eleccio pretensa de intruso sic turpiter maculato et eius persona facta Prage celebrata eciam sicut improvise sic et minus deliberate et sicut per fol. 127b pre|iudicialem subordinacionem, ita per dolosam et fraudulentam acceleracionem in damnum, iacturam, gravamen et dispendium interesse habencium presumitur ex actis et gestis ibidem indefectibiliter probanda. Sciverunt optime, noverunt certissime, viderunt oculatissime et audiverunt pertinentissime magnates, proceres, domini et barones regni, oratores solemniter per regem Francie in negociis bene pregnatibus (?) destinatos, sciverunt nuncios Australes spectabiles nomine ducum Austrie pro iure suo coram eis proponendo legaliter transmissos, sciverunt, audiverunt, noverunt et viderunt proceres domini et barones predicti ambasiatores notabiles illustrissime domine Anne filie regis Bohemie suique conthoralis ducis Saxonie et lantgravii Thuringie Pragam advenisse atque ad declarandum omne ius successionis dicte domine iure et privilegiis sibi competentis coram tunc gubernatore et congregacione generali tam dominorum quam communitatum realiter et in effectu se obtulisse atque ad petendum dilacionem eleccionis, quousque de iure eiusdem domine coram quocunque iudice competenti esset declaratum ac sentencialiter diffinitum vel saltem ad videndum de modo sic agendi in hac re, ut nulli in derogacionem aut preiudicium aliquid quomodocunque ageretur.

Sed obstante subordinacione et intencione maleficis nec in gubernatore nec in baronibus nec militaribus nec civitatum communitatibus quoad audiendum eos fuit ulla vox aut sensus, unde et omnibus eis licet forte non verbo, tamen in facto scilicet pretense eleccionis audiencia fuit similiter denegata, sicque partes, ambasiatores et nuncii undequaque missi ad repetendum proprios lares fuerunt hinc inde dispersi.

fol. 128a Contra hereticos Bohemos exclamacio.

fol. 128b Nota hic de progenie et viciis Jorszik declaracio.[1]

---

[1] Ueber das Geschlecht Cunstadt wird nichts beigebracht, der Abschnitt enthält wie der vorhergehende leere ‚Exclamationen‘. Die bezeichnende

fol. 129a Jorszig horrenda vicia enumerantur et Bohemi reprehenduntur.[1]

Quomodo veritas vincit.

fol. 129b Heretici nituntur permanere in sua pretensa eleccione pertinaciter, de qua scribunt Slesitis epistolam minatoriam.[2]

De recommendacione responsi dati per Slesitas in hac materia.[3]

fol. 130a Reprehensio Bohemorum, quod persistunt in pretensa sua eleccione, que tamen defectuosa dinoscitur ex variis respectibus.

fol. 130b bis 131b Littera Bohemorum missa principibus, clero et communitatibus Slesie super requisicione omagii Jorszikoni prestando.[4]

fol. 132a Littere prefate exposicio et interpretacio elegans et pensabilis.

De ornatu corone Bohemie.[5]

fol. 132b bis 133a De fide et religione quam promittunt Bohemi servare aliis sed non sibi ipsis et inter se nec servant fidem.

fol. 133a bis 137b Jorszikonis enormia scelera recitantur.[6]

fol. 138a b Rokyczani eleccio ad archiepiscopatum Pragensem per Hussitas facta reprobatur multis racionibus.

Stelle ist: pater eius vexilliter exercitus Thaboritarum et Orphanorum duxque bellorum, que gessit Sischka fuisse narratur.

[1] Gleichfalls nur leere Exclamationen. [2] Findet sich abgedruckt in SS. rer. Sil. VII, pag. 30: ‚adhortantes eciam, ut regi sic electo parere debeant bona voluntate nec ullas ulterius facere dilaciones adiunctis minis, quod si non ea, que scribitis, fecerint non parva exinde pati damnorum detrimenta' . . [3] Ib. pag. 31. [4] Gedruckt ausser bei Cochlaeus (pag. 414) nach dem Original bei Eschenloer in Markgrafs Ausgabe SS. rer. Sil. VII, 36; oben ist insofern eine Aenderung, indem die Namen vorangesetzt, in der Orig.-Urkunde dagegen unterschrieben sind. Das Datum: Prage in nostra generali congregacione in die sancti Johannis apostoli et evangeliste anno etc. 59 ist hier ebenso falsch, wie bei Cochlaeus, der der obigen Quelle gefolgt ist. [5] Enthält nichts bemerkenswerthes. [6] Unter diesem Titel stehen noch einige Indices, die wir hinwegliessen, weil der Inhalt durch die folgende Bemerkung völlig erschöpfend angegeben ist; es finden sich nämlich die Actenstücke in diesem Capitel eingereiht, welche Cochlaeus pag. 349—353 ff. und pag. 357 abgedruckt hat. Im Uebrigen enthält dasselbe nur allgemeine Vorwürfe gegen Georg wegen dessen Ketzerei. Eine einzige Stelle ist herauszuheben: Nonne ipse est, qui notabilem regni vestri baronem dominum Meynhardum, cui per reges vestros officium vicariatus regii erat commissum captivavit, incarceravit, martirizavit, tandem et mortificavit.

fol. 138b bis 139b Inveccio contra barones regni Bohemie, qui fideles reputari volunt et tamen spolia ecclesiis violenter abstracta restituere nolunt.

fol. 140a Reprehenditur comparacio quam Bohemi faciunt inter regem Ladislaum et Jerszikonem pretensum.

fol. 140a Ladislaus rex declaratur verus heres fuisse regni Bohemie.

bis 141b Nota contra accusantes predicatores, qui predicant contra Jerszik et ipsius pretensam eleccionem et exorbitancias eiusdem et hereticam sectam, quasi de novo vellent excitare lites (fol. 142a) et sanguinis humani effusiones dicentes, quod sufficeret, quod quilibet in via sua permaneret contentus.

fol. 142b Quod in fide sua quilibet posset permanere eciam erronea, pessimus error est.

Cristianorum genera duo sunt unum clericorum, aliud laycorum.

fol. 143a Utrum ad genus laycorum vel clericorum assignari debeat supremum tribunal iudicii in ecclesia.

fol. 143b bis 144a Prelatorum spiritualium interest docere, corrigere, emendare, iudicare etc.

Vos estis lux mundi exponitur pulchre.

fol. 144b Prelatis doctoribus et predicatoribus precepit deus predicare contra hereticos et detegere eorum versucias.

Promittit eciam eisdem assistenciam.

fol. 145a Quod predicatores veritatis non poterint prohiberi per reges et principes aut tyrannos, ut non predicent.

fol. 145b Predicatorem non decet esse mollem et resolutum sed fortem.

fol. 146a Predicatorum constancia et fortitudo commendatur.

fol. 146b Predicatores catholicos heretici non poterint prohibere, ut non predicent fidem catholicam illibatam.

fol. 147a Ambicio Jorszickonis declaratur.[1]

fol. 147b bis 148a Barones Bohemie magis culpabiles censentur in illa pretensa eleccione et ideo multe reprehensiones contra eosdem ponuntur.[2]

---

[1] Auch dieser Abschnitt enthält nur leere Phrasen. [2] Von den Vorwürfen, mit denen die Barone überschüttet werden, eine Probe: Si ubique locorum quesitum fuerit, quis interfuit eleccioni tam nephande, non erit alia responsio nisi barones regni, sic cum queritur, cum quibus practicatus est hic modus eligendi iterum respondebitur, cum baronibus regni . . qui huic eleccioni prebuerunt consensum? barones regni. Qui

fol. 148b Quomodo Jerszicko intendit manere in heresi et tamen veros christianos vult habere omagiales promittendo eis, quod velit eos dimittere in fide sua. Huius reprobacio hic habetur.

fol. 149a Promissum quod Jirszicko debet manere sub sua fide et omagiales sub vera fide, non potest viribus subsistere et improbatur hoc factum multipliciter.

Correccio fraterna cadit sub precepto per declaracionem dicti Christi: *Si peccaverit in te frater tuus.*

fol. 149b Fraterna correccio sic describitur.

Lex dei de correccione fraterna includit tria . . .

fol. 150a De scandalo non dando habetur lex Christi . . .

fol. 150b Quomodo intelligitur: Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te etc.

fol. 151a Jirsick absque scandalo notabili non potest esse rex sub pacto sepe tacto.

Papa est executor legum divinarum et prelati sub eo.

fol. 151b Honorare patrem deum et matrem ecclesiam sanctam non possunt, qui heretico legibus et ritibus ecclesie inimico eciam sub pactis omagium prestassent.

fol. 152a Pacta talia tu sis vasallus meus et ego rex tuus et ego servabo fidem meam et tu tuam, sunt contra constituciones summorum pontificum et decreta conciliorum sacrorum.

fol. 152b Pacta sepedicta sunt contra bonos mores et contra condiciones fidelitatis ad omagiales pertinentes quarum sex recitantur.

fol. 153b Nota in pactis quibus christiani obedire deberent heretico latent multa venena. [1]

fol. 154a Nota quod ex hiis pactis christiani coguntur (pugn)are contra fideles pro hereticis.

fol. 155a De fidei firmitate notabilia et de defensione. Fidem christiani tenentur defendere usque ad sanguinem.

fol. 155b Fidem catholicam firmiter credere et corde tenere necessario pertinet ad hominis salutem.

---

poterant negocium eleccionis impedire vel saltem prorogare? barones regni . . Quis electum in regem pronunciavit? barones regni. Quis pulsum campanarum et quis ympnum Te deum laudamus decantandum ordinavit? barones regni . . .

[1] Behandelt die Gefahren der Ansteckung durch den Umgang mit Ketzern. Unter diesem allgemeinen folgen noch einige specielle Titel, die wir der Kürze wegen übergehen konnten.

fol. 156a Fides actualis habet gradus, nam aliqui credunt firmiter, alii firmius, alii firmissime.

fol. 156b Quod fides debet ore profiteri ad salutem.

fol. 158a Quod fides debet manu teneri et defendi eciam usque ad captivitatem et vinculacionem et mortem.

fol. 159a Fides Christi est defensanda usque ad corporis intericionem.

fol. 159b Errores tam diu practicati et compactata sepedicta approbabuntur.

fol. 160b Misera civitas in qua regnat hereticorum potestas.

fol. 161a Per pacta sepedicta commendabitur coronati et inuncti fatuitas et coronancium detestanda simplicitas.

fol. 161b Nota plura detestanda contra coronatores ipsum Jirsick(!). Coronati fatuitas apparet, quia post eleccionem invalidam ymmo nullam existens sacrilegus infelix excommunicatus et hereticus coronam contaminavit.[1]

fol. 162b Excommunicatus Jirsicko probatur fore per propriam confessionem et absolucionis postulacionem.

fol. 163a b Coronacio Jirsick fatua reputatur quia ipse reputatur tyrannus, fatuus, hereticus paganus.

fol. 163b bis 164a Contra coronatores[2] exorbitancie multe patent primo quia sine auctoritate eis concessa.[a]

Secundo quia examen tam eleccionis, quam persone electe, modique et forme pretermiserunt.

fol. 164b bis 165b Coronatores exorbitaverunt, quia magnum scandalum commiserunt et maiorem auctoritatem, quam papa haberet, sibi usurparunt nec privilegia data super munere coronacionis conspexerunt.

---

[a] Sc. practicaverunt coronacionem.

[1] Allgemeine Phrasen, von der Krönung selbst wird nicht gesprochen.

[2] Exorbitaverunt, quod a nullo inungendi seu coronandi habuerunt . . auctoritatem, si enim nullus episcoporum . . alicui in episcopum electo munus consecracionis impendere habet sine auctoritate superiorum . . . . minus hii episcopi auctoritate propria potuerunt hunc, eciamsi eleccio fuisset ydonea, in regem inungere, seu coronare, nisi dicere quis vellet, quod Rev.mus pater dominus Sancti Angeli in Ungariam (sic) legatus eis illam inungendi contulisset auctoritatem. Sed hoc non videtur, cum ipse dominus cardinalis incolis regni Bohemie maioribus non sit ita inclinatus propter ipsius a regno indirectam repulsam, de qua supra dictum est.

fol. 166[a b] Privilegium de modo coronacionis regis Bohemie, sed minime nunc servatum.[1]

fol. 167[a] Ex talibus pactis surgent communicaciones illicite inter fideles et hereticos, quia per tales communicaciones heretici poterint frequenter inficere fideles.

Pacta sepedicta infinita includunt animarum pericula et excessus contra iura canonica, propter quas(!) sentenciis excommunicacionis merebuntur innotari.

fol. 167[b] bis 168[a] Iura canonica multa recitantur contra participantes cum hereticis et non exterminantes eosdem.

Seculares potestates tenentur hereticos exterminare.

fol. 168[b] Mercatores denunciantur excommunicati propter contractus empcionum et vendicionum cum hereticis tractantes.

Excecabitur et communis populus seductus a superioribus.

fol. 169[a] Episcopi et inquisitores tandem nullam habebunt auctoritatem procedendi vel inquirendi contra hereticos.

fol. 169[b] Si ille pacta servare noluerit, quis eadem eum servare compellit . . .

fol. 170[a] Jirsick non tenuit fidem Pragensi civitati, postquam astute per muri effraccionem subintravit eandem.[2]

fol. 170[b] Jirsick fidei fractor est et infidelis domino deo, ecclesie sancte, pape, regi suo, episcopis coronatoribus suis, baronibus, civitatibus.

fol. 171[a] Pacta facere cum infidelibus prohibet Paulus apostolus . .[3]

fol. 171[b] Jirsick sicut violenter se intrusit in regnum, ita iusto dei iudicio privabitur regno.

fol. 172[a] Coronacio, inunccio, confirmacio nichil iuris afferunt sine legitima eleccione precedente, que in proposito non affuisse censetur.

Si corona regni imponeretur omnino inabili aut bruto animali num quid talis deberet rex reputari?

fol. 173[a] Quamquam imperator et terrarum principes hunc honorant ut regem ydoneum etc. tamen quia talis ipsorum conversacio est contra legem evangelicam apostolicam, canonicam et imperialem, ideo error scandalosus per ipsos committitur.

---

[1] Gedruckt im Cod. dipl. Moravie I, 267 f., wo auch die übrigen Drucke und das richtige Datum, denn oben findet sich dasselbe wie bei Cochlaeus, der es von hier entlehnt hat. S. auch Erben Regg. pag. 131.

[2] Enthält über das Factum nicht mehr, als im Titel angegeben ist.

[3] 2. Corinth. 6.

ol. 173b Principum errores corriguntur per prophetam dicentem: *Effussa est contencio super principes.*

l. 174a b Principes non habeant sperare suis conversacionibus hunc intrusum posse mutare in virum alium etc., quia intencio eius sicut et omnium hereticorum perversa est et obstinata.

ol. 175a *A fructibus eorum cognoscetis eos*, exponitur secundum Crisostomum de hereticis maliciam eorum detegendo.

ol. 175b De obstinacione huius heretici.

Prelati rectores doctores et predicatores tenentur contra hereticos vigilanter latrare usque ad mortem.

Conclusiva responsio cum conclusione devote oracionis pro fidei firmitate et eterna felicitate.

Latrans ergo pro veritate fidei correccione tamen et informacione omnium quorum interest presupposita ex predictis finaliter et conclusive sequens intencionem domini Innocencii in apparatu super c.[1] Nisi cum pridem de renunciacione infero, quod huic electo in regem in regno Bohemie infecto cum bona consciencia nequaquam dari potest obediencia, habeoque pro correlario indubitato et solido partem negativam questionis esse veram, orans et dicens publice flexo: *Domine Jesu Christe, qui patrem pro fide sancti Petri nomine tocius ecclesie fideliter exorasti, fac nos indignos famulos tuos sic in hac miseriarum valle pro tui nominis gloria proficere, ut in eadem fide tua fortes manere valeamus et virtutem tue oracionis senciamus, hereticorum insultibus tua potencia resistamus et ea que te revelante credimus in regno tuo eternaliter videre valeamus, qui vivis ac regnas cum deo patre in unitate spiritus sancti dei per omnia secula seculorum Amen.*

Anno 1458 in fine anni.

---

[1] Cap. Nisi cum 10. X. de renunt. (I, 9).

DIE

VÖLKER AN DER DONAU

NACH ATTILAS TODE.

EIN BEITRAG

ZUR

GESCHICHTE DER VÖLKERWANDERUNG

VON

DR. ADOLPH BACHMANN,

DOZENT AN DER K. K. PRAGER UNIVERSITÄT.

I. Die Theilung des Hunnenreiches.

Wir hätten hiemit im Grossen das wesentlichste über die Kirchenverwaltung Böhmens zur Zeit des Erzbischofs Arnest, soweit es mit unserem Formelbuch in Verbindung steht, angedeutet; über manche Einzelnheiten, deren hier nicht Erwähnung

geschehen ist, sowie über viele besondere Nachrichten, die unser Formelbuch bringt, werden wir nach Vermögen das Nöthige in den Anmerkungen erwähnen, auf welche wir hier im Allgemeinen verweisen.

Consilia salubria cuilibet salubriter vivere volenti.[1]

Primo timor domini omnibus antecedat.

Sobrius esse in cibo, potu, sompno, ioco et sermone valde utique (?) sit premeditatus et gravis in suis dicendis.

Irasci eciam si causa subsit non debeo, maxime membro lingue non cum furia seu vehemencia nec garulitate (?) nec mendacio nec incomposito seu inordinato motu corporis.

Membra corporis sint in suis agendis modesta et ordinata, quodlibet suum officium decenter et irreprehensibiliter exerceat.

Cum debilitas corporis, demonis temptacio, lascivitas carnis, delectacio temporalium seu cuiusvis peccati prosperitas, iniuria vel tribulacio, displicencia aut desidia seu quodcunque tale causale (?) aut extraordinarium te invaserit seu tibi evenerit, statim pro auxilio suppliciter recurre ad deum omnipotentem et virginem gloriosam, deinde ad racionem qua utatur recto iudicio et virtute fortitudinis ad habendam magnam pacienciam et mansuetam et hilarem maxime spiritualiter resistenciam.

Cave, ne proximis malum exemplum des ullo modo.

Rumina diligenter ea que ad tuum spectant officium ordinis et jurisdiccionis ut per te sciantur et expleantur.

Domus tua et familia tua sint ordinata et regulata, hospitalitas non desit.

Sis contentus quatuor portaturis cibariorum, in cenis vero unico, ex quo nullatenus ingurgitaris.

Ab hiis que dant materiam luxus aut lascivie precavere.

Humile sit cor tuum et ocia fuge, scripturis, contemplacioni aut piis actibus insiste.

---

[1] Vgl. die Einleitung. Hier wurde auch der — in Balbini Misc. IV, 89 gedruckten — Sentenzen gedacht.

Futuris periculis quantum secundum deum poteris occurre.

Monita salubria et mansueta eciam vindictas iuste inferendas frequenter precedant.

In verbis que audis sapiens sis in respondendo et in faciendo petito, ut non offendatur deus nec vituperetur ministerium tuum.

Non delecteris in muneribus recipiendis nec propterea ad offerentes ipsa favore te sinistre convertas.

In reddenda(?) justicia nulla sit personarum accepcio.

Verba tua et promissa licita non varientur et actus liciti constantes sint.

Elemosyna larga sit indigentibus et primo tuis egestatem et necessitatem pacientibus.

Injustos census, exacciones, subsidia non recipe nec pene exquisite racione culparum desiderentur.

Ubi sine peccato fieri potest gratus sis tuis benefactoribus et revolve que fuerunt(?).

Frequenter ubi dubietas seu difficultas loquendi, respondendi aut faciendi occurrit deliberatus sis et cum sapientibus et fidelibus tuis conferre.

Servientes tibi secundum ipsorum merita remunera.

Eciam cum solitarius es virtuosis et pudicis actibus insiste ac si totus mundus presens esset.

Des audienciam tibi loqui volentibus et rectum consilium petentibus.

Diligenter defectus tuos et vicia considera ut emendes et stude ut ipsa ab aliis tibi secreto nuncientur.

Ex animo increpaciones, sentencie et processus in subditos tibi non fulminentur.

Principibus tuis sis fidelis, commune bonum diligas.

In conviviis faciendis, in muneribus dandis sit discrecio.

In prandiis de leccione sacra legatur.

Certo tempore pedes pauperum per te limentur et infirmi et tribulati consolentur.

Premissa sunt extracta de libello domini Arnesti olim archiepiscopi Pragensis, in quo conscribebat sua gesta et facta.

I. Citationes.

Es sind zumeist Citationes ad residentiam. Die Statuta Arnesti enthalten diesbezüglich in dem Artikel ‚De clericis non residentibus in beneficiis' die Bestimmung, dass der Inhaber eines Beneficiums verpflichtet sei, bei demselben seinen steten Wohnsitz zu haben. Doch konnte die Bestimmung — da die kirchliche Zucht in den früheren Jahren stark gelockert war und die Missbräuche in dieser Hinsicht besonders bei reich dotirten Pfründen beinahe zur Regel wurden — auch unter Erzbischof Arnest nicht so leicht durchgeführt werden. Neben denjenigen, die von der steten Residenz bei ihren Beneficien den Statuten gemäss dispensirt wurden, gab es immer noch viele Priester, welche ohne Erlaubniss und ohne sich um diesbezügliche Ermahnungen der Decane zu kümmern, längere Zeit von ihrem Berufsorte sich absentirten, nachdem sie ihr Beneficium und die damit verbundenen Einkünfte an einen andern Priester als ihren Stellvertreter (conventor fructuum ecclesiae oder kurz conventor ecclesiae, bei Pfarrkirchen auch viceplebanus genannt) pachtweise überlassen hatten. Erzbischof Arnest, der die Beobachtung seiner Statuten strenge beaufsichtigte, trat auch gegen solche Priester mit Strenge auf, obwohl nicht immer mit Erfolg, wie man sich aus unseren Formeln überzeugen kann. Auch waren es nicht immer einfache Pfarrer, selbst Archidiacone mussten zur Beobachtung des betreffenden Artikels der Statuten gemahnt werden (v. N. 13). Wie strenge überdies Erzbischof Arnest darauf achtete, dass seine Statuten nach einer darin enthaltenen Bestimmung sämmtlichen Priestern seiner Diöcese bekannt gemacht und diese zu ihrer Befolgung ermahnt werden, sehen wir aus Nr. 12. Nach jener Bestimmung sollten nämlich alle Cathedral- und Collegiatkirchen je zwei, alle Archidiacone, Decane und Pfarrer je eine Abschrift der Statuten haben und drei Monate nach deren Kundmachung sollte sich Niemand mehr durch Unkenntniss

derselben entschuldigen dürfen. Diese Bestimmung beachtete der Archidiacon Przibik von Bilin nicht, wurde aber deshalb vom Erzbischof zur Verantwortung gezogen.

1. Forma citacionis primo ad residenciam (omnium plebanorum in decanatu Slanensi).

Arnestus dei et apostolice sedis gracia sancte Pragensis ecclesie archiepiscopus provido et discreto viro . . . decano Slanensi [1] salutem in domino. Licet sepius tam in sinodis nostris quam per literas nostras rectores ecclesiarum parochialium nostrae dioecesis monuerimus eisdemque preceperimus, ut aput ecclesiam suam residenciam facerent personalem officium incumbens faciendo in ipsis et circa ipsas, nonnulli tamen sue salutis ac nostrorum mandatorum immemores quod premittitur hactenus officium mancipare non curarunt neque curant. Nos igitur ipsorum inobedienciam ac negligenciam ulterius pati nolentes indempnitatique ecclesiarum et saluti subditorum nostrorum in quantum possumus volentes providere, discrecioni tue per presentes committimus sub pena excommunicacionis mandantes, quatenus omnes parochialium ecclesiarum rectores tui decanatus Slanensis, qui aput ecclesias suas residenciam non faciunt personalem, aput ipsas in presencia aliquarum fide dignarum personarum, quarum nomina aput te retineas, moneas, requiras et cites, quos et nos et ipsorum quemlibet monemus, requirimus et citamus, quatenus ipsorum quilibet a data presencium usque ad diem cinerum inclusive ad ecclesiam suam personaliter se recipiat, residenciam personalem facturus aput ipsam, vel cur hoc facere non debeat seu non possit nos sufficienter infra terminum eundem informet, quem terminum ipsis et cuilibet ipsorum pro canonica monicione assignes, nosque ipsis et ipsorum cuilibet eundem pro peremptorio termino et canonica monicione exnunc prout extunc assignamus, alias eum vel eos, qui infra terminum predictum quod premissum est

[1] Als decanus Slanensis wird 1357 der Pfarrer von Brzysuk (Brzesko?) genannt (Lib. confirmationum ed. Tingl I. 17). Die decani rurales hatten nicht immer ihren Sitz in dem Vororte, nach welchem das Decanat genannt wurde, es wurden öfters auch andere Pfarrer mit diesem Amt betraut, wie es bei den jetzigen Vicaren auch der Fall ist.

vere ac realiter officium non curaverit seu non curaverint mancipare, ad nostram cites presenciam, quem seu quos et nos extunc prout exnunc citamus, ut in crastino diei cinerum, si non fuerit dies feriata vel proxima sequenti juridica coram nobis vel nobis absentibus coram eo, cui in hac parte specialiter vices nostras commiserimus, Prage in curia nostra archiepiscopali hora terciarum compareat et compareant peremptorie sentenciam privacionis ecclesie sue seu ecclesiarum suarum alia citacione cessante auditurus seu audituri, diligenciam in premissis talem adhibiturus, quod proinde merito possis commendari, de qua et de ordine execucionis presentium nec non de rectoribus ecclesiarum parochialium decanatus tui, qui aput ecclesias suas residenciam personalem infra terminum memoratum non fecerint, nominatim et clare ante terminum prefatum per tuas patentes literas nos informare nullatenus pretermittas. Date . . .

2. Citacio cuiusdam presbyteri, qui altare habet pro derelicto.

Arnestus etc. . discreto viro . . . plebano in Lompnicz[1] salutem in domino. Ad nostram nuper pervenit audienciam, quod Petrus rector altaris omnium sanctorum in ecclesia parochiali in Wittinguaw[2] auctoritate temeraria a dicto se absentavit altari, quodque inofficiatum steterit per annum et ultra et sic ipsum altare pro derelicto censetur. Quare tibi committimus et in virtute sancte obediencie praecipiendo mandamus, quatenus ad praedictam accedens in Wittinguaw ecclesiam ipsum Petrum cites publice, quem et nos per praesentes citamus, quatenus infra sex menses a data presencium continue computando et eisdem sex mensibus elapsis prima die iuridica coram nobis aut . . . vicario nostro in spiritualibus Prage in

[1] Libri confirm. nennen als Pfarrer in Lomnitz: 1354 Venceslaus (I. 22), 1358 Voyslaus (I. 59), 1359 Andreas (I. 83).

[2] Die Praesentation dieses Altaristen gehörte den Herrn von Landstein; 1359 und zwar nach dem Tode des Altaristen Stephan wurde auf Praesentation des Melniker Probstes Johann und seines Bruders Lutold von Landstein der Priester Sebastian dazu confirmirt (Lib. conf. I. 105). Unsere Formel gehört also vor 1359.

curia nostra archiepiscopali compareat peremptorie allegaturus, cur se tanto tempore absentarit curque dicto altari privari non debeat ostensurus; interim eciam, quod dictum altare non stet inofficiatum, provideas quantum potes, fidem execucionis faciens presentes sigillatas tuo sigillo remittas. Datum Prage etc. . . .

3. Citacio interfectoris cuiusdam presbyteri (ut dicat, quare excommunicatus denunciari non debeat).

Arnestus etc. . . . Tibi . . plebano in Zabyehlicz in virtute sancte obediencie mandamus, quatenus Mathiam laicum dictum Machus[1] natum Blazye de Wyssicz, qui homicidium nuper in persona bone memorie Martini presbyteri dicti Malyska, prout ex inquisicione super hoc facta agnovimus, suadente dyabolo dicitur perpetrasse, si ipsius copiam habere poteritis personaliter alias in ecclesia in Wrssowicz infra missarum solempnia ad nostram cites presenciam, quem et nos presentibus citamus, ut feria sexta proxima hora terciarum Prage in curia archiepiscopali coram domino Stephano,[2] canonico ecclesie nostre Pragensis, nostro in spiritualibus vicario generali, per se vel ydoneum responsalem compareat contra inquisicionem huiusmodi ut cur excommunicatus publice denunciari non debeat si quid vult dicturus, fidem execucionis praesentibus remissis predicto nostro vicario facias, cui premissa expediendi presentibus committimus ad terminum memoratum. Datum Prage etc. . .

4. Citatio ad residentiam (plebani p.).

Arnestus etc. . . discreto viro . . . decano Styepan(ovicensi) salutem in domino. Quia discretus vir Olenus de Adlochouicz, rector parochialis ecclesie in Slapanow nostre diocesis, ab eadem ecclesia sua se temeritate propria absentando personalem residenciam aput ipsam hactenus facere non curavit

[1] Der Cod. capit. VI. 4 hat richtiger ‚Matuss‘.

[2] Stephanus canonicus und vicarius generalis kommt in unseren Formeln mehrmals vor. Er war (vor 1356?) mit Johann Paduanus Vicar; vgl. Cit. 5.

sicut nec adhuc curat, propter quod ecclesia sua iam dicta in spiritualibus et temporalibus prout nichilominus non modicum passa est et patitur detrimentum. Nos vero, qui ex debito nostri officii talibus debemus occurrere, discrecioni vestre committimus per presentes, quatenus predictum Olenum, si ipsius copiam personaliter habere potestis, personaliter, alias vero aput ecclesiam suam iam dictam proximo die dominico seu alio festivo publice infra missarum solempnia auctoritate nostra citetis, quem et nos presentibus citamus, ut infra hinc et festum omnium sanctorum ad ecclesiam suam iam dictam se peremptorie conferat facturus aput ipsam residenciam personalem, quodque ab eadem se absentare non posset citra nostram licenciam specialem, qui si secus fecerit, extunc ipsum iterum si ipsius copiam habere poteritis personaliter, alias vero aput prefatam suam ecclesiam in Slapanow publice infra missarum selempnia, dum populus ad divina convenerit citetis, quem et nos presentibus citamus, ut quarta die iuridica post festum omnium sanctorum Prage in curia nostra archiepiscopali hora tercia peremptorie compareat coram nobis, super premissis nostram auditurus voluntatem, fidem et ordinacionem execucionis vestram nobis facere non obmittatis ad terminum memoratum cum diligencia et sollicitudine quibus potestis. Datum in Rudnicz[1] etc. . . .

5. Citatio ad residentiam.

Arnestus etc. discretis viris Alberto Seczmik et Petro Horssoviensi,[2] ministris ecclesie nostre Pragensis salutem in domino. Quamvis ministri ecclesie nostre iam dicte parochiales ecclesias habentes pluries per nos fuerint citati et moniti, eciam sinodaliter per generales vicarios nostros in spiritualibus, ut ad ecclesias suas se conferant facturi personalem residenciam circa ipsas, et si quidam ex ipsis paruissent aliqui tamen,

---

[1] Auch diese Formel gehört vor 1359, denn nach Lib. conf. I. 83 wurde am 4. Februar 1359 nach dem Tode des in unserer Formel genannten Olenus, Przibico de Bystrzizan zum Pfarrer von Slapanow confirmirt. Vgl. auch Cit. 14.

[2] Vielleicht Petrus de Cunzendorf, archidiac. Horssoviensis c. 1358—1363 (Borový, Lib. erect. I. 7. — Lib. conf. I. 66. 130).

utpote Rudko sanctorum Johannis et Pauli, Thomasco s^{ti} Petri in ecclesia nostra altarium rectores, nec non Andreas plebanus in Merunicz[1] ipsis hactenus parere non curaverunt neque curant in suarum et subditorum suorum non modicum periculum animarum. Et licet contra predictos rebelles et inobedientes eciam aliis monicionibus cessantibus ad privacionem ecclesiarum, quas inutiliter et sine fructu detinent, procedere possemus, adhuc tamen ad ipsorum convincendam maliciam vobis in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena districte precipiendo mandamus, quatenus vos ambo vel alter vestrum Rudkonem, Thomasconem et Andream predictos presentibus receptis ex parte nostra moneatis et requiratis, quos et nos presentibus monemus et requirimus, ut saltim adhuc infra hinc et festum beate Marie Magdalene se ad ecclesias suas predictas peremptorie conferant personalem residenciam aput ipsas facturi vel causam racionabilem seu racionabiles, cur hoc facere non debeant allegent ac infra eundem terminum efficaciter probent eandem seu easdem. Alioquin si secus fecerint extunc citetis eos, nos quoque in eventum huius condicionis ipsos et ipsorum quemlibet citamus, ut proxima die iuridica predictum festum sequenti hora tercia in curia nostra archiepiscopali Pragensi coram nobis vel nobis absentibus coram dominis Johanne decano Wissegradensi[2] et Stephano canonico ecclesie nostre Pragensis, nostris in spiritualibus generalibus vicariis peremptorie compareant sentenciam privacionis predictarum suarum ecclesiarum audituri. Damus enim predictis nostris vicariis contra

---

[1] Vgl. Anm. zu Cit. 8.

[2] Johannes Paduanus, decretorum doctor, decanus Wyssegradensis, wird als solcher bis 1357 genannt, um welche Zeit er wohl gestorben ist. (Tomek, Dej. Prahy III. 180.) In letzter Zeit (seit 1351) war er Generalvicar, als welcher er in unserem Formelbuch häufig vorkommt und zwar mit Stephanus und (1356—1357) mit Wratiwoj (Lib. Conf. I. 7. 18. 34); früher war er ‚officialis curiae archiep.' (Commiss. III. 30. 49), ‚collector sive nuncius in partibus Bohemiae papalis camerae' (Disp. IV. 1. 2), ‚inquisitor hereticae pravitatis' (Commiss. III. 23. 24), ‚conservator privilegiorum et jurium monasterii Aulae Regiae' (Urk. der Univ. Bibl. zu Prag vom Jahre 1351). Die erste Erwähnung des Joh. Paduanus finden wir in der Urkunde vom Jahre 1330 (Boczek VI. 301), wo er ‚canonicus Olomucensis, Wyssegrad, Boleslaviens und Zaccensis eccles. protonotarius episcopi Olomuc.' genannt wird. In einer Urkunde vom 14. Januar 1340 (Orig. in Arch. Vyssegrad) wird er ‚vicedecanus Vyssegradensis' genannt.

predictos sentenciam privacionis predictam si foret necesse ferendi, probaciones, raciones et allegaciones ipsorum recipiendi, audiendi et videndi et omnia et singula incidencia, emergencia, dependencia et connexa ipsis et ex ipsis nec non predictis faciendi et exercendi, eciam si tales seu talia essent, quod seu quae exigerent mandatum speciale, tenore presencium plenam et omnimodam potestatem, ratas habentes sentencias et gratas, quas in ipsos seu ipsorum alterum ipsi rite duxerint promulgandas, testes autem, qui vocati fuerint, si se gracia, odio, timore vel favore subtraxerint perhibere testimonium veritati, censura ecclesiastica compellere. Reddite presentes mandato executo in testimonium vestre execucionis vestra eisdem sigilla imprimentes. Datum Prage etc. . . .

6. Citacio cum cause expressione super falsificacione sigilli.

Arnestus etc. . . Ad nostram nuper fuit et est quod dolentes referimus deductum noticiam, quod A. b. c. familiares prepositi in Slana[1] curie eiusdem sigillum falsificassent. Quare cum talis aliqua nota racio oculis conniventibus non debeat pertransiri, discrecioni vestre sub excommunicacionis pena districte precipiendo mandamus, quatenus vos duo vel alter vestrum, qui cum presentibus fueritis requisiti seu requisitus statim visis presentibus A. b. c. predictos in Slana die dominico de proximo venturo infra missarum solempnia, dum maior populi eis multitudo affuerit, ad nostram citetis presenciam, quos et nos et ipsorum quemlibet presentibus citamus, ut quarta feria dictum diem dominicum sequentem [sic] inmediate Prage in curia archiepiscopali hora tercia peremptorie compareant coram nobis ea que super facto predicto tunc facienda et agenda duxerimus audituri et visuri, hoc signanter in citacione huiusmodi addicentes, quod si qui de predictis in termino iam dicto non comparuerit coram nobis nos in facto huiusmodi quantum de iure poterit procedemus cuiuscunque absencia non obstante, fidem execucionis vestre premissis cum impressione vestrorum sigillorum in execucionis vestre testimonium remissis ad terminum memoratum. Datum etc. . . .

[1] Die Pfarrer von Schlan, auch praepositi genannt, waren Benedictiner des Klosters Ostrow; vgl. Diversa XXIV. 50 und Anm. dazu.

7. Citacio ad residenciam generalis.

Arnestus etc. honorabilibus et discretis viris dominis archidiaconis, decanis universis et singulis per civitatem et diocesem Pragensem constitutis et eorum vices gerentibus salutem etc. Suscepti regiminis nos cura sollicitat, ut utilitatibus subditorum in illis precipue, quibus animarum saluti consulatur, sollicite providere curemus. Ad nostrum sane pervenit auditum, quod nonnulli parochialium ecclesiarum rectores seu plebani, qui ex commissis sibi cura et regimine animarum constituti in specula subditorum circa commissas sibi plebes pastorum similiter et custodum partes implere tenentur, ut coram ipsis laudabilium operum exemplo lucere gregum suorum custodiam negligentes non verentur se ovium suarum curam mercenarii more longo deducere et querentes que sua sunt non que Jesu Christi proventus ipsarum ecclesiarum sibi penitus cum magna inportunitate a subditis vendicantes, eisdem proventibus sibi sollicite usurpatis nullam omnino de gregibus curam gerentes sed inpudenter sacerdotali gravitate et honestate relicta non erubescunt vagari per devia eciam moribus dissolutis, ex quo animarum salus negligitur, dum subditis periculose subtrahitur pabulum verbi dei, quo per eosdem rectores forent salubriter nutriendi et indevocio et scandala succrescunt in populo, dum ex eorundem rectorum vita laudabiliter informandi huiusmodi pernicioso ipsorum exemplo dampnabiliter corrumpuntur. Nos igitur Arnestus etc. . archiepiscopus predictus subditorum saluti prospicere ac talium insolenciis finem imponere cupientes ad memoriam redducimus, quod iuxta sacrorum canonum instituta is, qui ad regimen parochialis ecclesie assumitur, ut gregis sibi crediti diligencius gerere curam possit, in ipsa tenetur ecclesia personaliter residere, quocirca vobis archidiaconis, decanis etc. . sub excommunicacionis pena, quam nisi infra unius mensis spacium feceritis quod mandamus, cuiusquidem mensis decem dies pro primo, decem pro secundo et residuum pro tercio et peremptorio termino ac monicione canonica assignamus, in vos et vestrum quemlibet ferimus in hiis scriptis districte precipimus et mandamus, quatenus vos et vestrum quilibet omnes et singulos ecclesiarum parochialium rectores et plebanos . . . . . expressis eorum propriis nominibus et cognominibus nominatim

et specifice moneatis et citetis . . . quatenus ipsi et eorum quilibet, si infra provinciam nostram Pragensem fuerint constituti vel fuerit constitutus, infra duos menses, si vero extra provinciam predictam in remotis fuerint constituti . . . infra sex menses ab huiusmodi monicione et citacione continue computandum, ad prefatas suas ecclesias . . . revertantur et deinceps resideant personaliter in eisdem, aut infra eundem terminum ex causis racionabilibus, si quas habent, super residencia a nobis dispensacionis graciam studeant obtinere, alioquin ipsos et eorum quemlibet . . . . predictis ecclesiis et quemlibet sua privamus in hiis scriptis, post lapsum dicti temporis antedictis suis beneficiis fore privatos publice nuncietis, insinuantes nichilominus earundem ecclesiarum patronis, quatenus ad huiusmodi ecclesias post dicti temporis lapsum sic vacantes extunc personas ydoneas, que possint et velint earundem ecclesiarum curam per se ipsos exercere, infra tempus legitimum studeant presentare instituendas et confirmandas canonice ad easdem etc. . .

8. Citacio ad residenciam ex superhabundanti.

Arnestus etc. honestis et discretis viris Nicolao tumbario s. Adalberti [1] in ecclesia nostra Pragensi et Theodrico vicario decani ecclesie nostre predicte salutem etc. Dudum per nostras certi tenoris literas certis executoribus ad hoc deputatis Andream in Mirovicz, [2] Petrum dictum Wyssatam in Libyechow, Nicolaum in Valle s. Marie, Sebestianum in Unyetycz, [3] Albertum dictum Saczek in Mssen et Bohunconem in Wodyerad [4] ecclesiarum plebanos nostre diocesis citavimus et publice aput ecclesiam nostram Pragensem, aput quam tunc residebant, citari mandavimus eis mandantes, quatenus infra triginta dierum spacium . . . sub pena privacionis beneficiorum suorum predictorum ad ecclesias suas se transferre deberent et circa eas residenciam facerent personalem dictis ecclesiis suis deservituri,

[1] Wird 1356 (4. März) genannt (Frind Kirchengesch. II. 432.)

[2] In der Formel Cit. 5 heisst es Merunicz; es scheint dies jedoch ein Schreibfehler zu sein, denn die Lib. conf. I. 34 und 101 nennen einen Andreas pleb. de Mirouicz (1357).

[3] Wurde 1357, 11. Dec. confirmirt (Lib. conf. I. 11).

[4] Wurde 1357, 9. Oct. confirmirt (Lib. conf. I. 57).

alioquin etc. . . Et licet dictum mandatum nostrum ad eos et eorum quemlibet pervenerit . . . tamen predicti Petrus, Andreas, Sebestianus, Albertus et Bohunco nescimus qua occasione assumpta dictum mandatum nostrum minime adimplere curarunt contumaciter se ab ecclesiis suis absentando . . . . Quare vobis et cuilibet vestrum . . . mandamus, quatenus citatos supradictos . . . adhuc ex superhabundanti, si personaliter haberi potuerunt, ipsos et eorum quemlibet in ecclesia nostra Pragensi, in qua vicarias canonicorum occupant, ad nostram citetis presenciam, quos et nos presentibus citamus, ut feria secunda proxima post instans festum s. Viti patroni nostri hora tercia Prage in domo habitacionis nostre coram nobis aut nobis absentibus coram vicariis nostris in spiritualibus peremptorie compareant, cur a dictis suis ecclesiis ammoveri non debeant et quare ad amocionem et privacionem ipsarum ecclesiarum non sit procedendum causas legitimas et racionabiles ostensuri, alioquin contra ipsos et ipsorum quemlibet in facto huiusmodi procedemus et procedi faciemus, prout postulaverit ordo iuris eorumque absencia seu contumacia non obstante. Insuper ne quis pretextu ignorancie se aliqualiter valeat excusare, presentes portis dicte ecclesie nostre Pragensis affigi volumus etc. . . Datum Prage etc.

9. Citacio ad residenciam ex superhabundanti cum sentencia privacionis beneficiorum.

(Enthält die in der vorangehenden Formel erwähnte frühere Citation derselben Priester; die Vollstrecker waren ebenfalls Nicolaus tumbarius und Theodricus vicarius decani.)

10. Citacio plebanorum generalis ad residenciam.

Arnestus etc. universis et singulis collegiatorum ecclesiarum, civitatis diocesis Pragensis decanis nec non decanis ruralibus per dictam diocesem constitutis salutem etc. Attendentes quod propter absenciam rectorum etc. . . . multa proveniebant pericula animarum, omnes et singulos ecclesiarum et capellarum predictarum rectores . . . citari mandavimus etc. . . . Ex quibus quidem monicionibus et mandatis, quod dolenter

referimus, nullus fructus sentitur subsecutus. Quapropter vestrum cuilibet . . . mandamus, quatenus quilibet vestrum in ecclesiis et territoriis vobis subjectis, qui clerici et que persone sint absentes a suis beneficiis et per quantum tempus se absentaverint ab eisdem et quanta et qualis sit necessitas predictis ecclesiis habere personas easdem diligenter inquiratis nobisque aut nostris in spiritualibus vicariis infra hinc et primam diem mensis Augusti proxime futuri cum descripcione personarum et aliarum circumstanciarum et instruccione debita fideliter referatis, ut contra quemlibet dictorum absencium vel ad privacionem vel ad alias penas, prout qualitas facti exegerit, procedere valeamus. Datum etc.

11. Citacio ad residenciam cum prefixione termini ad audiendam sentenciam privacionis.

Arnestus etc. . Dudum Wernherum presbyterum, qui se dicit rectorem ecclesie in Crebol,[1] qui ab eadem in salutis sue dispendium et non modicum periculum animarum sibi traditarum ab uno anno circa se absentavit, citaverimus, ut ad eandem suam ecclesiam redire deberet facturus aput eam residenciam personalem, qui, nescimus quo ductus spiritu, hoc facere hactenus non curavit neque curat. Unde . . . . vobis mandamus . . . quatenus predictam accedentes ecclesiam ipsum adhuc ex superhabundanti citetis . . . ut coram nobis vel . . coram nostro vicario in spiritualibus, cui omnia tunc incumbencia eciam si sentenciam proferri oporteat exnunc committimus et committenda duximus, proxima die iuridica post festum s. spiritus Prage in curia nostra archiepiscopali per se vel ydoneum responsalem peremptorie compareat, causam seu causas racionabilem seu racionabiles, cur ecclesia sua predicta, quam tanto tempore pro derelicta habuit et tenuit inofficiatam, privari non debeat ostensurus, in citacione huiusmodi addicentes, quod si in termino taliter ut premittitur non comparuerit, contra ipsum ad privacionis sentenciam . . . procedemus etc. . . .

---

[1] In Cit. 15 Crohb (sic); wahrscheinlich Crabol (Lib. conf. I. 135), das jetzige Chroboly, Chrobold auf der Herrschaft Kruman.

12. Citacio cum narracione facti (contra eum, qui statuta provincialia non servat).

Arnestus etc. Quamvis in sinodo nuper celebrata omnibus archidiaconis nostrarum civitatum et diocesis dederimus in mandatis, quod statuta et mandata tunc lecta et publicata diligenter observarent et a suis subditis facerent observari, honorabilis tamen vir dominus Przybico archidiaconus Belinensis,[1] prout intelleximus, nescimus quo ductus spiritu, statuta et mandata huiusmodi subditis suis nedum ut ea observarent non mandavit, ymmo quod plus est eciam ipsorum copiam recipere non curavit. Quare tibi . . . plebano ecclesie in Hradczano . . . committimus per presentes, quatenus predictum d. Przybiconem, si ipsius copiam habere poteritis, personaliter, alias vero vices ipsius gerentem ad nostram cites presenciam, quem et nos presentibus citamus, ut proximo sabbato ante festum s. Martini in opido Janovicz domini Herbordi[2] hora tercia peremptorie compareat coram nobis causam seu causas cur premissa non fecerit ostensurus etc. . . .

13. Citacio ad residenciam (archidiaconatus).

Arnestus etc. . honorabili et religioso viro . . . salutem etc. Cum Joannes archidiaconus Horssoviensis[3] nostre Pragensis diocesis non petita a nobis licencia nec obtenta a predicto archidiaconatu temere se absentet nec ipsi archidiaconatui

---

[1] Wird auch Canonicus bei St. Georg in Prag genannt; als Archidiacon von Bilin erscheint er in der Urkunde vom 4. März 1356 (Friud II. 432). Unsere Formel dürfte aber in frühere Jahre zu setzen sein und zwar in die Zeit bald nach der Publicirung der Statuten Arnests.

[2] Herbordus de Janovicz wird 1356 genannt (Reliq. tab. t. I. 69 u. 419).

[3] In Lib. conf. I. 32 wird ein Johannes plebanus Horssoviensis genannt, der 1355 auf diese Stelle resignirte. Da unsere Formel ausdrücklich sagt, dass die Pfarrkirche zu Horss-Týn der Sitz des Archidiacons sein solle, so scheint es, dass das Archidiaconat um diese Zeit mit dem Amt des Pfarrers von H.-T. verbunden war und dass sich unsere Formel auf den in den Lib. conf. genannten Johannes bezieht. Im Jahre 1354 wurde Nicolaus plebanus von Zabiehlicz zum Archidiacon von H. ernannt (Lib. conf. I. 2), und nach seinem Tode Petrus de Cunzendorf (v. Cit. I. 5, Conf. X, 8). Im Jahre 1343 wird Sdeslaus als Archidiacon von H. genannt (Lib. conf. I. 45).

deserviat in aliquo, a quo prebende sue fructus non sine dei offensa et plurimorum Christi fidelium scandalo cum lesione sue consciencie percipit et proventus, presertim cum propter beneficium officium et obsequium debeatur etc. . . . Quare . . . honestati vestre committimus et . . . mandamus, quatenus predictum Joannem uno edicto pro tribus peremptorie evocetis, quem nos presentibus exnunc prout extunc evocamus, citacionis huiusmodi edictum aput ecclesiam parochialem opidi nostri Tin Horssoviensis, ubi sedes dicti archidiaconatus Horssoviensis esse dinoscitur, publice proponendo, ut infra sex mensium spacium a vigilia s. Andree apostoli futura proxime continue currencium ad dictum archidiaconatum Horssoviensem facturus aput ipsum residenciam personalem accedat ad exhibendum ipsi archidiaconatui officium et obsequium nec non et onera incumbencia una nobiscum et cum aliis archidiaconis nostre Pragensis diocesis comportandum, alioquin extunc contra ipsum eius absencia non obstante ad privacionem archidiaconatus secundum iuris exigenciam dante deo procedemus etc.

14. Citacio ad residenciam (plebani).

Arnestus etc. discreto viro . . . plebano ecclesie s. Nicolai in Minori civitate Pragensi sub castro Pragensi salutem etc. Quia discretus Olenus de Adlochovicz, rector parochialis ecclesie in Slapanow nostre diocesis ab eadem ecclesia sua se temeritate propria absentando personalem residenciam aput ipsam hactenus facere non curavit sicut nec adhuc curat etc. . . Nos vero . . . discrecioni vestre aut vestras vices gerenti committimus per presentes, quatenus predictum Olenum, quem alias per decanum Styepanoviensem citari mandavimus, ad residenciam aput dictam ecclesiam suam corporaliter faciendam nostra auctoritate citetis . . . uno edicto peremptorio pro tribus . . . ut infra mensem a citacione vestra . . . ad memoratam ecclesiam suam in Slapanow se transferat etc. . . Que si non fecerit extunc ymo exnunc ipsum citetis peremptorie sicut premittitur, ut in crastino s. Katharine virginis in curia nostra archiepiscopali Prage coram nobis . . . compareat[1] etc. . . Datum in Thin etc. . .

---

[1] Vgl. auch. Cit. 4.

15. Citacio ob non residenciam (plebani).

Dudum Wernherum presbyterum, qui se dicit rectorem ecclesie in Crohb (sic, mit einem Abkürzungszeichen über hb) etc. . . (stimmt sonst wörtlich mit Citatio 11. zusammen).

II. Monitiones.

Diese Abtheilung unserer Formeln bietet in mancher Beziehung schon mehr Interesse. Es sind Briefe verschiedenen Inhalts, von denen die meisten wohl auch in der nächstfolgenden Abtheilung (Commissiones) Platz finden könnten, indem sie sowie diese Aufträge des Erzbischofs zu verschiedenen Verrichtungen enthalten. Die ausserordentliche Thätigkeit des ersten Prager Erzbischofs auf den verschiedensten Gebieten tritt uns schon mehr vor die Augen: er ist um das materielle Wohl seiner untergebenen Priester und Diener besorgt, er beruft die Suffraganbischöfe, Aebte, Archidiacone etc. zur Provinzialsynode (5, 6, 7, 12), er bedroht einen ehebrecherischen Ritter mit der Excommunication (2), er nimmt einen Prager Handwerker gegen einen höheren geistlichen Würdenträger in Schutz; als die Prager Canonici ungeachtet der Statuten das Schulgebäude des Metropolitancapitels dem Verfalle überliessen, mahnt er sie categorisch zur Pflichterfüllung (3), er fordert die Geistlichen auf, ihre Namen in ein Verzeichniss einzutragen, falls sie überhaupt die Privilegien des geistlichen Standes geniessen wollen (9), ebenso lässt er männliche und weibliche Klöster zur Ordnung und Pflichterfüllung ermahnen (4, 10, 14, 15), als principalis collector decimae papalis sorgt er für das ordentliche Einkommen dieser Abgabe (11, 13).

1. Incipit titulus monicionum et primo monicio cum citacione.

Arnestus etc. . . Conquestus est nobis Gymmramus de Nemmorzycz homo cancellarie nostre, quod Bohuta laycus de

Slatina[1] 44 capeciis auene ipsum spoliaverit minus iuste. Quare tibi plebano ibidem in Slatina committimus per presentes, quatenus si ita est predictum Bohutam ex parte nostri moneas sibique precipias, ut huiusmodi 44 capecia vel estimacionem ipsorum predicto Gimmramo infra sex dies a monicione et mandato tuis peremptorie sibi restituat, aut cum predicto Gimbramo prout poterit super eisdem componant, alias si predictorum aliquid non fecerit, tunc eundem Bohutam citare non obmittas, quem et nos ex nunc prout ex tunc presentibus citamus, ut in vigilia beati Andreae apostoli Prage in curia nostra archiepiscopali coram magistro Stephano nostro in spiritualibus vicario generali hora tercia peremptorie compareat, cur predicta aut predictorum aliquid facere recuset seu non velit ostensurus, fidem de premissis execucionis tue sibi faciens ad terminum memoratum presentes remittendo. Datum etc. . .

2. Littera monicionis cum sentencia domini Alberti de Ugezdecz, qui cum duabus sororibus incestum dicitur perpetrasse.

Arnestus etc. . . Honorabilibus viris decano Tinensi[2] et plebano in Mlassicz salutem in domino. Clamoso ululatu populorum ad nostram est deductum, quod dolenter referimus, noticiam, quod dominus Albertus de Ugezdecz[3] spreta sua propria coniuge quasi publice palam et notorie in dei offensam non modicam, salutis sue dispendium et scandalum plurimorum cum Palka et Inna duabus sororibus dampnabilem incestum committere non formidat. Verum cum tale delictum conniventer pertransire res foret perniciosa exemplo, ideo honestati vestre tenore presencium seriose committimus, quatenus si est ita vos ambo sine alia dilacione, postquam presentes ad vos pervenerint, predictum dominum Albertum personaliter accedentes ipsum moneatis ex parte nostri sibique precipiatis, quod a commercio Pakle et Anne sororum predictarum infra sex dies simpliciter et totaliter desistat ac uxorem suam legitimam

---

[1] Nemorzicz, Slatina, Dörfer bei Welwarn.

[2] Moldautein.

[3] Ugezdecz, eine Burg in der Nähe von Moldautein bei Neznassow.

maritali affectione pertractet, quodque hec due sorores et qualibet ipsarum similiter nullum commercium habeant cum ipso, alias si secus fecerit, statim lapso termino sex dierum predicto, quem sibi et prefatis sororibus coniunctim et divisim peremptorie assignamus, ipsum d. Albertum nominatim cum Pakla et Anna prenominatis in singulis ecclesiis decanatus Tinensis singulis diebus dominicis et festivis publice infra missarum solempnia per vos alium seu alios excommunicatum et excommunicatas nuncietis et nunciari faciatis, quem et quas nos exnunc prout extunc et extunc prout exnunc dicta monicione premissa in dei nomine excommunicamus in hiis scriptis, in denunciacione ipsius et ipsarum tamdiu processuri, quousque a nobis aliud receperitis in mandatum. Reddite presentes mandato executo, quibus in testimonium vestra imprimatis sigilla. Datum etc. . .

3. Forma monicionis ad dominos capituli ecclesie Pragensis pro scolis edificandis.

Arnestus etc. . Providis et discretis viris Swatoslao medio prebendato [1] et Heroldo cantori, ministris ecclesie nostre Pragensis, salutem in domino. Licet dudum prout intelleximus ac eciam occulta fide vidimus scole ecclesie nostre iam dicte propter ipsarum nimiam vetustatem funditus et radicitus destructe et collapse et quarum reparacionem et eciam de novo constructionem, quamvis secundum formam et disposicionem statutorum nostre ecclesie prelibate persone capituli ipsius secundum ratam teneantur, [2] tamen nescimus qua de causa ipsas

---

[1] ‚De mediis prebendatis rubrica‘, v. Statuten der Prag. Metrop. Kirche herausg. von Dr. Dudík im Arch. f. öst. G. Bd. 37, S. 443. — Ein Swatoslaus, clericus Pragensis dioecesis, hatte 1345 einen päpstlichen Gnadenbrief (Urk. d. Univ.-Bibl. zu Prag, Cap. 101). Swatoslaus med. preb., v. Sequestr. XXI. 1.

[2] In den Statuten und zwar im Absatz ‚de officio et oneribus scolastici‘ (Arch. 37, S. 433) heisst es: ‚Reficit (scolasticus) et etiam si opus est de novo construit una cum capitulo . . . scolas ecclesie Pragensis etc.‘ Die Collegiatschulen wurden überhaupt von den Capiteln selbst erhalten, wogegen bei Pfarrschulen diese Sorge den eingepfarrten Bewohnern oblag.

hactenus reparare et reedificare in non modicum ecclesie nostre dispendium et scandalum plurimorum non curarunt neque curant. Nos igitur tantam negligenciam sub dissimulacione amplius transire non volentes, scandalis quoque quantum nobis est possibile occurrere, discrecioni vestre presentibus committimus et mandamus, quatenus vos ambo vel alter vestrum omnes et singulos dominos prelatos et canonicos ecclesie nostre memorate, quorum copiam habere poteritis personaliter, nec non absencium procuratores sine more diffugio vice et nomine nostris requiratis et moneatis, quos et nos et ipsorum quemlibet presentibus requirimus et monemus, ut memoratas scolas usque ad festum s[ti] Galli secundum formam et disposicionem statutorum predictorum reparent et reedificent integraliter et ex toto, quem terminum ipsis et ipsorum cuilibet pro termino peremptorio et monicione canonica exnunc assignamus, alias lapso termino iamdicto, si id quod premittitur non fecerint cum effectu, prelatos et canonicos presentes nec non prelatorum et canonicorum absencium procuratores dicta canonica monicione premissa exnunc prout extunc ab ingressu ecclesiarum suspendimus in hiis scriptis, presentes eciam mandamus portis ecclesie nostre affigi, ne quis ipsorum ignorancie pretextu se possit excusare, quas execucione per vos vel alterum vestrum facta nobis, si presentes fuerimus, alias vicario nostro in spiritualibus cum impressione vestrorum sigillorum volumus reddi in testimonium vestre execucionis. Datum etc. . .

4. Forma commissionis administracionis abbacie vacantis (facta priorisse).

Arnestus etc. . Religiose virgini in Christo dilecte Barbare priorisse monasterii monialium ad misericordiam dei in Praga [1] salutem in domino. Ut semita religiosarum personarum

[1] Ueber die Gründung dieses Klosters durch den Prager Bürger Nicolaus Rokyzaner im Jahre 1346, s. Tomek III. 133, Frind II. 187. — Vgl. auch Commiss. III. 3. 4. — Wir werden noch öfters Gelegenheit haben zu sehen, wie Erzbischof Arnest in jenen Klöstern, welche seiner Oberaufsicht unterstanden, Ordnung aufrecht erhalten wollte, doch ist ihm dies durch öftere Renitenz sehr erschwert worden, und zwar nicht nur in den älteren Klöstern sondern auch in jenen, die unter oder von ihm selbst gegründet wurden.

quasi splendescens procedat et usque in profectum diem succrescat, oportet eas omni relegato corpore satagere in virtuosis actibus, ut de virtute transeant in virtutem. Cum igitur tibi nuper presente toto conventu monasterii curam et regimen tam monialium quam monasterii earumdem vive vocis oraculo, donec domino largiente abbatissam inibi prefecerimus, duximus committendam, ne in hiis, que tibi incumbunt, ut deses vel negligens reprehensibilis habearis, hec subscripta noveris tue sollicitudini esse commissa, videlicet ut omnes et singulas dicti monasterii moniales attente moneas et diligenter inducas, ut cogitent, quomodo pompis et vanitatibus mundi renunciaverint et unanimes in domo dei uniant in omni dilectione et caritate perfecta omnemque livorem abiiciant et rancorem servientes domino in timore. Cumque omnes eiusdem professionis existant, non decet alias in speciali palacio alias in refectorio manducare causa infirmitatis excepta, sed oportet, ut omnes qui eandem subierunt regulam similem in moribus senciant disciplinam. Quapropter omnes et singule in communi dormitorio dormiant et in eodem refectorio communi manducent nullaque a frequentacione chori horis consuetis se sine evidenti causa debilitatis absentet et generaliter omnia onera similiter portent, ne unius remissio alteri tribulacio videatur. Tu igitur a te ipsa hoc facere incipiens omnibus aliis monialibus prefati monasterii ex parte nostra eadem iniungas significans nobis, si que a talibus esse velit excepta. Si enim indicendo et mandando talia negligens fueris aut si alique tibi in hiis obedire contempserint, tam tu pro negligencia quam ille pro inobediencia penas poteris et poterint condignas merito formidare. Datum etc.

5. Forma monicionis super celebrando concilio ad episcopum.[1]

Reverendo in Christo patri et domino . . . episcopo Olomucensi Johannes dictus Paduanus etc. vicarius in spiritualibus etc. . . . reverenciam debitam cum sincera in domino caritate. Cum secundum sacrorum canonum instituta provinciale concilium metropolitanus annis singulis celebrare teneatur,

[1] Vgl. auch Monit. 6, 7 und 12.

quibus dominus noster dominus Arnestus, sancte Pragensis ecclesie archiepiscopus supradictus parere volens concilium provinciale in festo beati Luce proxime venturo in ecclesia sua Pragensi modis omnibus disposuerit celebrare, quare R. V^{am} auctoritate qua fungimur presentibus requirimus et in domino hortamur, quatenus die et loco predictis eidem concilio vel canonico existente impedimento per vicarium vestrum in spiritualibus in religione et apparatu decenti interesse velitis, hiis que pro utilitate et profectu subiectorum provincie Pragensis tunc agentur prebituri vestrum consilium et assensum. Datum Prage etc. . . .

6. Item super eodem ad archidiaconos.

Johannes etc. . . honorabili viro d . . archidiacono Curimensi in ecclesia Pragensi etc. . . Cum reverendus in Christo pater ut supra provinciale concilium in festo beati Luce proxime venturo in predicta Pragensi ecclesia disposuerit celebrare, quare honestatem vestram auctoritate qua fungimur requirimus presentibus, quatenus die et loco predictis eidem concilio cum decanis et ecclesiarum parochialium rectoribus et aliis clericis vestri archidiaconatus, quos presentibus requirimus receptis, quavis excusacione cessante ad idem concilium in religione debita interesse ullatenus negligatis ea que in eodem concilio ordinabuntur audituri et recepturi. Datum etc. . .

7. Super eodem ad abbates.

Venerabili et religioso viro d . . abbati Brevnoviensi ordinis s. Benedicti etc. . . Cum reverendus ut supra. Quare reverenciam vestram auctoritate qua fungimur requirimus et monemus, quatenus die et loco predictis eidem concilio in apparatu decenti interesse ullatenus negligatis ea que etc. . .

8. Monicio cum sententia excommunicacionis.

Arnestus etc. . Licet dudum honorabilis vir dominus Bartholomeus[1] decanus ecclesie s^ti Egidii in Praga officialis contra honorabilem virum dominum Johannem prepositum Melnicensem[2] et pro Paulo sartore de Praga sentenciam diffinitivam super quodam debito protulisset, a qua idem dominus prepositus dicitur appellasse, sed appellacionem eandem infra annum et alias tempus legitimum non est prosecutus, quem eciam pluries monuimus, ut predicto Paulo sartori debitum huiusmodi persolveret, in quo sibi obligatur, aut causam seu causas, quare predicta sentencia execucioni debite non deberet demandari assignaret, ipse tamen hec et ea que judicata sunt facere non curat neque curavit hucusque. Quare tibi plebano in Nyczeboh in virtute sancte obediencie iniungimus et mandamus, quatenus accedens ad dictum prepositum adhuc ex superhabundanti ex parte nostri moneas et requiras, quem et nos presentibus monemus et requirimus, ut a die monicionis tue infra unum mensem continuum, quem sibi pro termino peremptorio et monicione canonica assignamus, prefato Paulo debitum huiusmodi persolvat cum effectu, quod si non fecerit ipsum extunc prout exnunc excommunicamus in hiis scriptis mandantes tibi, quatenus predictum dominum prepositum lapso termino antedicto in tua et in aliis vicinis ecclesiis excommunicatum denuncies et facias nunciari publice extinctis candelis et pulsatis campanis singulis diebus dominicis et festivis tamdiu donec a nobis aliud receperitis mandatum. Fidem autem de premissis execucionis nobis facere non obmittas ad terminum memoratum. Datum etc. . .

9. Monitio ut clerici volentes gaudere privilegio clericali dent nomina sua in scriptis in matrica ponenda.

Arnestus etc. . Honorabili et discreto viro W.[3] decano ecclesie Pragensis salutem in domino. Licet alias universos et

[1] Wird in den Jahren 1344—1353 genannt, lebte wahrscheinlich aber noch später. Zuletzt war er Generalvicar mit Stephanus (vgl. Commis. III. 33).

[2] Johann von Landstein (?) Probst zu Melnik, vgl. Frind II. 164.

[3] Wratiwoj (?); vgl. Monit. 13. Anm. 2.

singulos Maioris et Minoris civitatis Pragensis et suburbiorum eorundem ecclesiarum rectores certis ex causis monuerimus et moneri fecimus, quod nomina et congnomina altaristarum, vicariorum et aliorum clericorum ecclesiarum et parochiarum suarum privilegio clericali gaudere volencium infra certum terminum nobis in scriptis dedissent, hoc tamen ex ipsis aliqui hactenus facere non curarunt. Quare in virtute sancte obediencie tibi precipiendo mandamus, quatenus adhuc ex superhabundancia universos et singulos Majoris et Minoris civitatis Pragensis et suburbiorum ipsarum ecclesiarum rectores, qui nondum sua et clericorum suorum nomina et congnomina in scriptis dederunt, ex parte nostri moneas et requiras, quos et nos etc. . . monemus, ut infra sex dies a monicione tua, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos pro tercio et peremptorio termino ac monicione canonica eis et eorum cuilibet presentibus assignamus, nomina cum cognominibus altaristarum, vicariorum et aliorum clericorum ecclesiarum et parochiarum suarum privilegio clericali gaudere volencium nobis aut vicario nostro in spiritualibus dent et assignent in scriptis in matrica nostra reponenda, alioquin ipsos et ipsorum quemlibet, qui sua et clericorum suorum nomina et cognomina in scriptis non dederint, ab ingressu ecclesie suspensos denuncies et denunciari facias publice, quos dicta monicione canonica premissa exnunc prout extunc ab ingressu ecclesie suspendimus in hiis scriptis.[1] Fidem execucionis etc. . . Datum etc. . .

---

[1] Vgl. dazu in den ‚Statuta provicialia Arnesti' den Absatz ‚De immunitate ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum'. Weil es nun häufig zu geschehen pflegte — zumal in der Hauptstadt, wo wegen der grossen Menge von Geistlichen die Controle sehr schwer war — dass junge Männer die niederen Weihen empfingen, um nur der geistlichen Privilegien theilhaftig zu werden, sonst aber keine geistlichen Functionen verrichteten, nicht einmal die Tonsur und geistliche Kleidung trugen und mit Geistlichen gar nicht verkehren wollten, wenn sie aber etwas verbrochen hatten, sich auf die empfangenen Weihen beriefen und die Privilegien als Geistliche beanspruchten, — erfolgten besondere Verordnungen des Erzbischofs zur Verhinderung solcher Missbräuche. Zu diesen gehört nebst obiger Verordnung auch Formel Auctoritates 1, beide für die Geistlichkeit Prags. Ausserdem wurde auf der Provincialsynode 1361 bestimmt, dass Accoliten und Cleriker mit niederen Weihen nur dann die Privilegien als Geistliche geniessen sollten, wenn sie die gehörige Tonsur und Kleidung tragen. Vgl. auch Ott, Receptg. S. 21.

10. Monicio ne bona monasterii de cetero ad vitam vendantur.

Arnestus etc. . Honorabili viro Nicolao Donati canonico et discreto viro Dobroslao vicario scolastici ecclesie nostre Pragensis salutem in domino. Cum redditus, jura et possessiones monasteriorum cuiquam ad vitam eius vel aliud certum tempus preterquam in casu a iure permisso quovis modo concedi iura prohibeant bonaque et possessiones monasterii monialium s^{ti} Georgii in castro Pragensi, que et quas quidam Waczco de Kopldlna (sic) occupabat, per eius obitum ad ipsius monasterii redierunt potestatem, cupientes quantum possumus eiusdem monasterii indempnitatibus providere vobis seriose precipiendo mandamus, quatenus statim receptis presentibus Angnetem, que se pro abbatissa dicti monasterii gerit,[1] personaliter accedentes in presencia priorisse et aliarum monialium auctoritate et vice nostris expresse inhibeatis eidem, cui presentibus inhibemus, ymmo a iure inhibitum esse innotescimus, ne predictas memoratas vel alias memorati monasterii possessiones et bona ad vitam aut aliud tempus certum alicui alienare seu locare attemptent, presertim cum per eius imprudenciam et incuriam monasterium ipsum in suis facultatibus plurimum constet esse collapsum, sciens se si secus fecerit, sciens se si secus egerit (sic) subiacere ulcioni canonice et illi cui concessio de hiis facta fuerit per hec ius aliquid non aquiri. Priorisse vero et aliis monialibus similiter inhibere curetis, ut si forte predicta Agnes alienacionem aliquam attemptare presumeret, illi nequaquam suum prestent assensum, prout ulcionem canonicam et divinam nichilominus offensam voluerint evitare. Fidem etc. . .

11. Forma monicionis et etiam excommunicacionis ob non solucionem decimarum.

Arnestus etc. . Discreto viro . . . decano Curimensi salutem et mandatis nostris ymo verius apostolicis firmiter

---

[1] Ueber die Widerspenstigkeit der Aebtissin Agnes berichtet die Urkunde der Prager Univ.-Bibl. dd. 29. October 1355 (vgl. Tomek III. 250). Ueber das St. Georgskloster siehe auch die Formeln Monit. 15. Commis. III. 22. 31. Disp. IV. 23 und Palacky, Formelbücher I. 246.

obedire. Noveris quod . . . et . . . ecclesiarum plebani decanatus tui decimas papales[1] in terminis per subcollectores nostros eis sub sentenciis latis prefixis non solverunt et licet eos propterea non sit dubium sentencias excommunicacionis per ipsos subcollectores nostros in eos latas incurrisse et adhuc dyabolico instinctu in eis perdurare, ob quod ad privacionem beneficiorum et alias penas possemus procedere contra ipsos, tamen adhuc et ex superhabundanti ipsorum maliciam experiri volentes tibi sub pena excommunicacionis late sentencie precipimus et mandamus, quatenus dictis plebanis quantocius convocatis ipsos et quemlibet ipsorum ex parte nostri moneas et requiras, quos et nos presentibus requirimus et monemus, ut infra festum s^ti Viti proxime venturum magistro S.[2] nostre Pragensis ecclesie scolastico dictas decimas eis pro rata impositas dent et assignent et realiter persolvant, alioquin si mandatum nostrum ymo verius apostolicum contempserint et solvere non curaverint in dicto termino, quem ipsis et cuilibet ipsorum pro primo, secundo et tercio ac peremptorio termino nec non monicione canonica premissa assignantes, ipsos et quemlibet ipsorum in hiis scriptis vinculo excommunicacionis innodamus et excommunicatos declaramus ad alia processuri prout ordo juris suadebit. Nichilominus tu post lapsum dicti termini spacium ipsos et ipsorum quemlibet nominatim in omnibus ecclesiis tui decanatus omnibus diebus dominicis et festivis infra missarum solempnia excommunicatos publice nuncies et tamdiu nunciari facias, donec beneficium absolucionis meruerint obtinere. Fidem etc. . .

12. Forma monicionis pro concilio habendo ad episcopos.[3]

Arnestus etc. . Venerabili in Christo patri domino Johanni episcopo Lithomislensi, fratri nostro karissimo vel eo

[1] Vgl. Registra dec. pap. ed. Tomek. Erzbischof Arnest war mehrmals principalis collector dec. pap. wie aus dieser und anderen Formeln (z. B. Monit. 13, Commis. III. 27, 56) erhellt, und hatte in den einzelnen Decanaten seine Subcollectores, gewöhnlich die Decane.

[2] Sdeslaus, scholasticos ecclesiae Prag c. 1347—1355, früher (1343) Archidiacon von Horss-Týn (Lib. conf. I. 45. — Process. VI. 4).

[3] Vgl. Monit. 5, 6 und 7. Die Provincialsynoden fanden gewöhnlich im Jahre zweimal statt und zwar an den Tagen des heil. Veit und Lucas.

absente eius vices gerenti salutem et sinceram in domino caritatem. Cum canonis dicat auctoritas, nos qui potentissimi sacerdotis administramus officia transgressorum culpa recipiet, si in causis dei, hoc est in hiis, que nostro incumbunt officio, desides inventi fuerimus et remissi, quod in omnibus timere debemus, qualiter comminetur deus negligencie sacerdotum. Sicut enim arcium in suo quoque opere mater invenitur instancia, ita noverca erudicionis est negligencia. Ut igitur negligencie et desidie torporem abicere a nobis et excutere valeamus, necessarium fore prospeximus, quod ea que suscepti officii et regiminis sollicitudo requirit cum debita maturitate et diligencia facere et exequi properemus. Sed quoniam iuxta preceptum canonum concilium provinciale annis singulis debeat celebrari, quinymo metropolitanus hoc agere negligens penis subiciatur canonicis, idcirco volentes satisfacere preceptis canonum predictorum provinciale concilium intendimus et omnino proponimus in festo s^ti^ Luce proxime venturo aput nostram sanctam Pragensem ecclesiam favente domino celebrare. Unde cum ad dictum concilium suffraganei eiusdem provincie debeant evocari et eidem interesse concilio teneantur, fraternitatem vestram presentibus requirimus et monemus, ut ad prefatum concilium assumptis vobiscum aliquibus ecclesie vestre canonicis venire et eidem in religione et apparatu decenti interesse nullatenus obmittatis, ut in eodem de vestro et aliorum nobis et ipso concilio assistencium consilio et assensu aliqua pro communi et evidenti utilitate subditorum nostrorum statuere et edere valeamus. Datum etc. . .

13. Forma monicionis pro decima papali (cum arrestu).

Arnestus etc. . principalis collector decime papalis [1] a sede apostolica specialiter deputatus, honor. viris dominis Wrat. [2] preposito Tinensi et Busconi [3] ministro altaris sancte

---

[1] Vgl. Monit. 11.

[2] Wratiwoj de Mlikowicz, früher Canonicus im Sadska, durch Tausch praepositus in Horss. Tyn c. 1352 (v. Commiss. III. 25), 1362—1372 Dechant der Prager Kirche (Lib. erect. I. 42), durch längere Zeit Generalvicar (mit Johann Paduanus Cit. I. 5).

[3] Busco = Bohuta, vielleicht identisch mit dem öfters vorkommenden ‚Bohuta archidiaconus Curimensis, officialis und cancellarius archiepiscopi' etc. .

Crucis in ecclesia Pragensi salutem in domino. Quia quondam honorabilis vir dominus Henricus prepositus Wissegradensis[1] decimam papalem morte preventus ut tenebatur et promiserat non persolvit, ideo proventus burse anni sui gracie[2] auctoritate apostolica arrestandos decrevimus et presentibus arrestamus vobis et cuilibet vestrum in virtute sancte obediencie seriose mandantes, quatenus honorabiles viros dominos Theobaldum et Hinconem de Malowar divisores porcionum[3] et Sauissium[4] sacristam ecclesie nostre predicte canonicos in eadem ecclesia personaliter accedentes ipsos et ipsorum quemlibet ex parte nostri efficaciter moneatis, quos et nos monemus presentibus, ut infra sex dies continuos a vestra monicione computando, quos ipsis et ipsorum cuilibet pro termino peremptorio ac monicione canonica presentibus assignamus, decimam papalem predictam de proventibus predictis teneant arrestatam, quousque decima huiusmodi iuxta informacionem collectorum eiusdem decime integraliter et complete persolvant etc. . .

14. Monetur abbas, ut certa die presentet fratres suos pro committenda eis cura animarum.

Scias decane Zacensis, quia pervenit ad nos, quod ecclesia in W.[5] per fratres monasterii de Porta apostolorum citra

[1] Henricus de Lipa praepositus Wyssegrad. c. 1345—1352, ein noch ganz junger Mensch (Tomek III. 179). Im Jahre 1353 wird als praepositus Wyssegrad. bereits Wilhelm von Landstein genannt, Henricus verschwindet, ohne dass man bisher wusste, ob er gestorben ist oder eine andere Stelle erhalten hatte. Durch unsere Formel wird sein Tod im Jahre 1352 constatirt, in welchem Jahre auch ein päpstlicher Zehent erhoben wurde (Reg. dec. pap. ed. Tomek).

[2] De anno gratiae v. Statuta eccles Prag. im Arch. 37, S. 454. Ueber die ‚proventus bursae canonicorum' vgl. Donationes IX. 8 und Statuta im Arch. f. ö. G. 37, S. 443, 450.

[3] Welche die verschiedenen Stiftungen und andere Einkünfte unter die canonicos und andere ministros et altaristas ecclesiae Pragensis vertheilten (distributiones quotidianae, portiones. Vgl. Tomek III. 64). Hinco de Malowar wird als Canonicus in den Jahren 1337—1364 genannt (Lib. conf. I. 11. — Lib. erect. I. 41 u. a.)

[4] Zavissius canonicus wird (1356—1358) ‚canonicus Prag.' genannt (Reliq. tab. t. I. 420).

[5] Wahrscheinlich Wrutek. Die Präsentation dieser Kirche gehörte dem Kloster Porta apostolorum (Lib. conf. I. 45).

institucionem et confirmacionem nostras regitur et per ipsos plebs ipsius ecclesie in sacramentis ecclesiasticis procuratur, quare tibi in virtute sancte obediencie mandamus, quatenus accedens ad presenciam honorabilis viri fratris Theodorici,[1] abbatis monasterii supradicti, ipsum ex parte nostra moneas et requiras, ut a die monicionis tue infra 14 dies unam personam ydoneam ad dictam ecclesiam nobis studeat presentare, vel si secus fecerit oportebit nos eidem ecclesie providere pro legitimo rectore. Innotescas eciam eidem domino abbati, quod propter temeritatem huiusmodi, cum qua constituciones sinodales fregerit, petat sibi et fratribus, qui ipsam ecclesiam administrarunt, a nobis penitenciam iniungi salutarem. Fidem execucionis tue nobis facias nosque de die monicionis tue informes ad terminum memoratum. Datum etc. . .

15. Monitio (ut laici non impediant se [sic] contra archiepiscopi disposiciones in favorem monialium).

Nos Arnestus etc. Notum facimus universis, quod quidam iniquitatis filii deum pre oculis non habentes suis dolosis persuasionibus pretendentes in hoc iurisdictionem nostram retardare ac impedire sanctimoniales monasterii sancti Georgii in castro Pragensi ordinis s^ti^ Benedicti nostre jurisdictioni jure ordinario subiectas in rebellione nostra et contra regularia instituta in grave periculum animarum ipsarum eorum malis consiliis fovent et manutenent. Unde volentes saluti animarum earum providere et a talibus supersticiosis consiliis, favoribus et auxiliis ipsos detrahere, ne per eorum vana consilia impediatur regularis disciplina, omnes et singulas ecclesiasticas personas tam seculares quam regulares cuiuscunque status, condicionis, ordinis vel dignitatis existant, que dictas moniales suis persuasionibus, malis consiliis, auxiliis et favoribus ut prefertur in predicta eorum rebellione et inobediencie pertinacia per se vel interpositas personas fovent et manutenent, monemus et hortamur in domino, nichilominus in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena precipientes, quatenus infra sex dies a data presencium numerandos, quorum

[1] Wird als Abt des Klosters Porta Apost. bis 1358 genannt, in welchem Jahre er starb (Lib. conf. I. 63, 78).

sex dierum primos duos pro primo, secundos pro secundo et tercios pro tercio et peremptorio termino assignamus, ut a talibus desistant et se de ipsarum negociis non intromittant, quo termino sex dierum elapso, si non destiterint et se a talibus non abstraxerint, exnunc prout extunc omnes et singulariter singulos in hiis scriptis excommunicamus ad aggravaciones processuri eorum contumacia exigente. Et ne ignorancia pretendi posset, portis ecclesie nostre archiepiscopalis nec non monasterii antedicti mandamus affigi ac in nostris registris ad cautelam registrari. In cuius rei testimonium etc. . .[1]

III. Commissiones.

Unter diesem Titel konnten wohl noch viele Formeln aus anderen Abtheilungen unseres Formelbuches ihren Platz finden; trotzdem ist diese Abtheilung wie durch die Zahl der aufgenommenen Stücke (59) als durch die Mannigfaltigkeit und Wichtigkeit der behandelten Gegenstände von besonderer Bedeutung. Sie enthält Bestimmungen über Visitationen der Suffragan-Diöcesen, Archidiaconate, Klöster, Capitel durch die betreffenden erzbischöflichen Beamten oder durch besondere Bevollmächtigte, grossentheils neue Nachrichten über die Correctores cleri und die betreffenden Persönlichkeiten (6, 14, 26, 35), über die Inquisitores hereticae pravitatis (15, 23, 24), über die Amtsverrichtungen der Generalvicare (18), der Officiale (30, 48), über Abgaben des päpstlichen Zehents (27, 56), über die Verpflegung des Erzbischofs oder seiner Bevollmächtigten bei Visitationen (55), über die Verpflegung der päpstlichen Nuntien (57) u. a. m.

[1] Der Capitel-Codex VI. 4 hat ausser diesen Formeln in der Abtheilung Monitiones noch die nachstehende: ‚Arnestus etc. . Causam, que inter nobilem virum Cunratum, purgravium castri Pragensis, ex una et honestam dominam Elizabeth Petrumque filium ipsius de Orlik super jure patronatus ecclesie in Hodkaw parte vertitur ex altera, vobis duximus committendam mandantes, quatenus predictis partibus in termino cride coram vobis comparentibus causam audiatis eandem et eam fine canonico decidatis facientes quidquam decreveritis per censuram ecclesiam firmiter observari . . . .‘

1. Incipit titulus commissionum et primo commissio ad visitandum mansionarios.

Arnestus etc. . Honorabili viro domino Johanni dicto Paduano, decano Wissegradensi, decretorum doctori et provido ac circumspecto viro Wratiwogio cappellano nostro commensali salutem in domino. Frequenti tam aliorum quam eciam ipsorum mansionariorum chori sancte Marie [1] in ecclesia nostra Pragensi insinuacione fuerimus et sumus edocti, quod per nonnullos ex ipsis tam in ecclesia quam extra multa commissa sunt talia et committuntur, quibus nisi provisionis debite remedio occurratur remedio (sic) res perniciose exemplo ex hoc verisimiliter possunt exoriri. Nos itaque ex debito pastoralis officii talibus quantum cum deo possumus provisionis et reformacionis debite remedio obviare volentes, aliis ad presens nostris et ecclesie nostre negociis propediti honestati vestre, de qua specialem gerimus confidenciam, presentibus committimus, quatenus domum mansionariorum chori sancte Marie predictorum, quam habent in castro Pragensi, personaliter accedentes, ipsos una cum precentore ipsorum solum deum habentes pre oculis visitetis, de statu, vita et conversacione, ac questionibus, rixis et contencionibus, que inter ipsos quod dolenter referimus frequenter geruntur et ventilantur, nec non de observancia divini officii omnibus quoque et singulis, que vobis verbo vel scripto dicere seu dare voluerint diligencius veritatem inquiratis, corrigentes corrigenda et reformantes que videritis reformanda, nisi tale sive talia sit vel sint, propter quod seu que ad privacionem beneficii seu ad aliam penam graviorem merito esset procedendum, quod seu que ad nos omnino volumus referri. Impedientem seu impedientes vos aut in commisso vobis officio vos turbantem seu turbantes, nec non disposicionibus, diffinicionibus, correccionibus ac reformacionibus vestris vobis rebellantem seu rebellantes ecclesiastica compellatis

[1] Die Mansionarii wurden bekanntlich von Karl IV. gestiftet; es waren zwölf Priester (m. majores), sechs Diacone und sechs Subdiacone (m. minores) mit einem Präcentor an der Spitze. Ihre gemeinschaftliche Wohnung war in dem ehemaligen Capitelhaus bei der königl. Burg (jetzt Nr. 2, Tomek III. 66, 69). — Ueber die Streitigkeiten zwischen dem Präcentor und den Mansionarien siehe Urkundenb. der Mans. in Dobners Monum. III.

censura. Ratas enim habebimus sentencias et gratas, quas occasione premissorum seu alterius ipsorum in quemcunque seu in quoscunque rite duxeritis promulgandas et faciemus una cum disposicionibus et diffinicionibus, correccionibus et reformacionibus vestris auctore domino firmiter observari. Datum etc. . .

2. Commissio super jurepatronatus alicuius ecclesie parochialis.

Arnestus etc. . Honorabili viro domino Johanni Padwano salutem in domino. Causam jurispatronatus ecclesie parochialis in Slivicz,[1] que inter Ser. principem et dominum nostrum d. Karolum Romanorum regem semper augustum et Boemie regem ex una et nos ut archiepiscopum Pragensem parte vertitur ex altera, honestati vestre presentibus duximus committendam, quatenus vocatis hiis qui vocati forent et auditis, visis et receptis allegacionibus et juribus per eos, quorum interest vel interesse poterit, coram vobis exhibendis et producendis causam eandem concordia vel judicio terminetis facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observare. Testes autem qui vocati fuerint si se odio, gracia, timore vel favore subtraxerint censura simili perhibere testimonium veritati compellatis. Datum etc. . .

3. Forma visitationis monasterii ad misericordiam domini (alias s^ti Spiritus) in Praga.[2]

Arnestus etc. . Honorabilibus viris dominis Przedborio[3] abbati monasterii Brewnoviensis ordinis sancti Benedicti et

---

[1] Slivicz, ehemals Pfarrdorf bei Milin (B. Přibram), jetzt Einschichte mit einer Kirche Petri et Pauli. — Der Streit um das Patronatsrecht über diese Kirche zwischen Kaiser Karl IV. und dem Erzbischof Arnest wurde wohl zu Gunsten des letzteren entschieden, denn Lib. conf. I. 169 dd. 1362, 3. Martii sagen: ‚Venceslao de Chynow fuit provisum per d. vicarios ex speciali mandato d. archiepiscopi de ecclesia in Slivicz, cuius provisio ad dictum d. archiepiscopum dinoscitur pertinere'. — Unsere Formel gehört vor das Jahr 1355.

[2] Vgl. Monit. II. 4, Commiss. 4.

[3] Sohn des böhmischen Edelmanns Zdeslaus von Chraustoklat, Abt des Klosters B. in den Jahren 1336—1360. (Ziegelbauer 66).

Nicolao canonico Brunensi prothonotario nostro [1] salutem in domino. Quamquam super commissum nobis gregem dominicum attente nos evigilare cura crediti nobis affectum pastoralis (sic) ammoneat, precipue tamen circa sacratas deo virgines canonica nos docent eloquia, discipline regularis custodes existere, a quibus Christus earum sponsus vite sanctimoniam et excellenciam muneris expetit amplioris, sane iam pluries ad audienciam nostram pervenit, qualiter in monasterio monialium ad misericordiam dei in Praga ordinis sancti Benedicti nonnulla gerantur et gesta sint hactenus, per que a proposito regulari disceditur, materia dissolucionis et levitatis exoritur ac scandala non parva in cordibus hominum generantur. Quibus consciencie et officii urgente nos debito occurrere quantum possumus cupientes, cum in presenti arduis nostris familiaribus et ecclesie nostre propediti negociis hiis personaliter intendere non possumus, de vestre circumspectionis industria plenam in domino fiduciam obtinentes visitacionem generalem in memorato monasterio tam in capite quam in membris vice et nomine nostris presencium vobis auctoritate committimus faciendam. Vos igitur locum accedentes eundem auctoritate premissa super statu dicti monasterii et abbatisse ac monialium et aliarum personarum professarum et non professarum, regularium et secularium intra et extra consistencium utriusque sexus a personis monasterii et aliis, quibus constare credideritis inquiratis diligencius veritatem et si qua in hac visitacione seu eciam in registro visitacionis auctoritate nostra in eodem monasterio dudum facte reformacionis et correctionis ope digna inveneritis, auctoritate nostra predicta, qua in premissis et subsequentibus plene fungi vos volumus, reformetis, corrigatis et in statum debitum et ordinem salutiferum quantum poteritis reducatis, contradictores seu contradictrices et rebelles auctoritate iam dicta per censuram ecclesiasticam arcius compescendo, singularibus quoque dicti monasterii personis, si quis in hiis que

[1] Nicolaus de Cremsir war c. 1359—1362 archidiaconus Boleslaviensis, dabei Pragensis, Olomucensis et s. Petri in Bruna canonicus und hatte 1359, 26. September das Brünner Canonicat mit Erlaubniss des Patrons (eines Brünner Bürgers) des Prager Erzbischofs und des Brünner Bischofs für ein Canonicat in Sadska eingetauscht (Lib. conf. I. 101). Wohl identisch mit dem Notar Karls IV. Nic. de Cremsir und dem spätern Scholasticus (vgl. Huber, Regesten XLIII).

ad nos deducta sunt et quorum vobis copiam tradidimus vel alias inveneritis, aut forsan in priori visitacione invente sunt, cuius vobis copiam dari mandaverimus, deliquisse, quacunque eciam prelacione, administracione vel statu preemineant, deum habendo pre oculis pro culparum modo penas canonicas refligendo, si que cuiuspiam excessus exegerit si monasterii necessitas seu utilitas illud poposcerit et prelacionis vel administracionis officio deponendo vel renunciantis administracionum vel prelacionum spontanee vice nostri in manibus vestris forte faciendas admittendo, aliaque omnia et singula circa hoc oportuna si speciale mandatum exigant faciendo. Ratum enim habebimus et gratum quidquid per vos actum fuerit sive gestum in premissis sive quolibet premissorum, presencium sub nostro sigillo literarum testimonio.

4. Forma commissionis super recipienda renunciatione abbatisse monasterii praedicti (ad misericordiam Dei).[1]

Arnestus etc. . Honorabili viro domino Nicolao canonico s^ti^ Petri in Brunna prothonotario nostro salutem in domino. Licet alias domino abbati Brewnoviensi et vobis visitacionem generalem in monasterio sanctimonialium ad misericordiam domini in Praga tam in capite quam in membris auctoritate nostra coniunctim commiserimus faciendam . . . . tamen si honorabilis et religiosa domina Agnes abbatissa iam dicti monasterii loco et officio suo sponte renunciare voluerit, sive dictus dominus abbas vester in hac parte collega necessitate sive voluntate se absentaverit, ipso propter more periculum non expectato auctoritate nostra, qua vos in hiis plene fungi volumus, renunciacionem ipsam assumptis vobiscum publicis notariis et testibus ydoneis ac maturis vice nostra ad manus vestras recipiatis a cura et officio huiusmodi absolventes eandem. Sigillum vero abbatisse vestro et conventus dicti monasterii sigillis signatum priorisse eiusdem loci et custrici tradatis usque ad electionem nove abbatisse fideliter reservandum, hortantes eas ex parte nostra sub obtestacione divini judicii, ut ad electionem nove abbatisse extunc propter varia diutina expectacio ecclesiis

---

[1] Vgl. Commiss. 3.

consuevit inferre dispendia, procedant et eam habendo deum pre oculis de persona ydonea non differant celebrare, si eciam canonicam voluerint effugere ulcionem. Ceterum ipsis nostro nomine et vice attencius iniungatis, ut statim ex se duas virgines maturiores et ad id plus aptas eligant et assumant, que officium et curam abbatisse tamdiu gerant, donec abbatissa, in prefato monasterio canonice fuerit instituta. Ratum enim et gratum habebimus etc. . . .

5. Nota visitationis archidiaconatus.

Arnestus etc. . Honorabili viro domino G.[1] archidiacono Gradicensi in ecclesia nostra Pragensi salutem in domino. Etsi ex debito officii nobis incumbentis subditos nostros teneamus visitare, multis tamen ad presens nostris et ecclesie nostre prepediti negociis, quod premittitur personaliter facere non valemus, unde de circumspectione et legalitate vestris plurimum confidentes vobis per presentes duximus committendum, quatenus omnes et singulos clericos videlicet et laicos archidiaconatus vestri vice et nomine nostris visitetis corrigentes corrigenda et reformantes que inveneritis reformanda, eciam si talia sint, propter que pena incarceracionis vel privacionis perpetue beneficii esset infligenda. Inobedientes seu officium vestrum impedientes aut perturbantes ecclesiastica censura compescatis. Ratum enim et gratum habebimus etc. . . .

6. Forma commissionis super officio correcture in archidiaconatu Bechinensi (domino Petro de Rosis canonico Pragensi).

Arnestus etc. . Honorabili viro domino Petro de Rosemberg[2] canonico eiusdem ecclesie nostre, amico nostro karissimo,

---

[1] Gallus, vgl. Commiss. 8.

[2] Seit 1358 bereits Probst des Collegiatstiftes Allerheiligen auf der Prager Burg, starb 1384 (seine Brüder waren Jodocus, Ulricus und Johannes). Nach unserer Formel wohnte Peter von Rosenberg als Prager Canonicus ausserhalb Prags im Süden Böhmens, also wahrscheinlich auf den Gütern seiner Familie. Das Amt eines ‚Corrector cleri‘ wurde vom Erzbischof

salutem et sinceram in domino karitatem. Incumbencium nobis ex debito pontificalis officii tantorum negociorum varietate districti illos libenter in partem nostre sollicitudinis convocamus, qui deum timent suas a muneribus manus excuciunt et quos decus ecclesie statusque clericalis zelari non ambigimus honestatem. Hiis igitur donis virtutum vestram divinitus cognoscentes fulgere personam, circumspectionem vestram attente requirimus et hortamur, quatenus cum vita et mores clericorum archidiaconatus Bechinensis pro locorum distancia per nos aut officiales nostros corrigi commode nequeant, qui habitacioni vestre ipsa sua et locorum suorum vicinitate iunguntur, hac presenti nostra delegacione ad laudem nominis altissimi nec non in vestrorum remissionem peccatorum correctionem clericorum dicti archidiaconatus cuiuscunque dignitatis, condicionis aut status existant, vestris humeris assumentes eos et eorum quemlibet, presertim in notoriis excessibus ad vestram presenciam evocatos corripere, corrigere et cohercere previa racione curetis, videlicet habitum et tonsuram clericali statui incongruos gestantes, arma portantes, tabernas et alia spectacula publica visitantes, mulieribus suspectis cohabitantes, negociacionibus et lucris turpibus inservientes, mandatis superiorum suorum et statutis non obtemperantes, rixas vel discordias suscitantes aut alias quomodolibet in vituperium ministerii nostri grave et scandalosum quippiam committere non verentes. Damus enim vobis clericos in dicto archidiaconatu constitutos, qui in hiis forsan excesserunt vel in futurum excesserint, vocandi, arguendi, corrigendi, corripiendi, cohercendi et prout dominus vobis inspiraverit per censuram ecclesiasticam et alias penas, quas magis tunc videritis puniendi plenam et liberam potestatem, quam libenti ac devoto animo placeat assumere et usque ad spacium unius anni a festo nativitatis gloriose virginis transacto proxime numerandum continue exercere, invo-

---

Arnest gleich in den ersten Jahren seiner Thätigkeit errichtet und zwar zum Behufe einer strengeren Ausführung seiner Anordnungen bezüglich des Lebens der Cleriker, und wurde vom Erzbischof nur auf kürzere Zeit an Geistliche, die durch ihr tugendhaftes Leben sich auszeichneten, verliehen. Wie aus unserer Formel hervorgeht, waren die correctores cleri auch befugt, im Falle es nothwendig sein sollte, die Hilfe der weltlichen Obrigkeit gegen ungehorsame Priester anzurufen. Vgl. auch Commiss. 14, 26.

cato si exigente cuiuspiam incorrigibili pertinacia opus fuerit auxilio brachii secularis. Ratum enim et gratum habebimus quidquid in premissis rite per vos factum fuerit nec non sentencias, quas in rebelles tuleritis ac faciemus usque ad satisfactionem condignam auctore domino inviolabiliter observari. Testes vere qui invocati fuerint etc. . . .

7. Forma commissionis super inquisicione insolenciarum cum auctoritate captivacionis.

Arnestus etc. . Discreto viro Petro plebano in Benessaw salutem in domino. Ad nostram nuper pervenit audienciam, quod quidam clerici proprie salutis immemores noctis tempore opidum predictum Benessaw subintrantes in tabernis et aliis locis ibidem armati multas committant insolencias et vanitates diversas exercent illicitas in scandalum plurimorum. Quare discrecioni tue, de qua in domino confidimus, tenore presencium committimus et mandamus, quatenus tales clericos inordinatos et discretos arma ferentes et insolencias maxime nocturno tempore facientes ibidem nostra auctoritate, quam quoad hoc tibi presentibus impertimur ad nostrum duraturam beneplacitum, cum fide dignarum personarum testimonio capere possis et debite puniendos pro delictis nostre curie presentare. Datum etc. . .

8. Forma commissionis super offensa canonici.

Arnestus etc. . Honorabilibus viris d. Gallo archidiacono Gradicensi [1] in ecclesia nostra Pragensi et Nicolao canonico s^ti^ Petri in Brunna, prothonotario nostro, salutem in domino. Ad nostram iam sepius quod dolentes referimus pervenit audienciam, quod Slawco, Pesco, Dubecz etc. . familiares honorabilis viri domini Benessii de Crawar [2] canonici ecclesie nostre

---

[1] Vgl. Commiss. 5. Den Archidiacon Gallus finden wir 1330 und 1338 in Palacky Formelb. I. 248 und 249, später in einer Urkunde dd. 17. Mai 1346 (Bienenberg, Gesch. von Königgrätz), dann auch 1349, 13. Februar (Urkundenb. von Goldenkron in Fontes r. a. Bd. 37. S. 107).

[2] Dessen Wahl zum Scholasticus s. Diversa XXIV. 71.

predicte, timore dei postposito proprieque salutis et honoris immemores in honorabilem virum Ulricum presbyterum canonicum Wissegradensem [1] manus inicientes temere violentas diris verberibus et eciam vulneribus affecerunt eo quasi semivivo dimisso. Quare honestati vestre committimus et mandamus, quatenus vocatis ad vestri presenciam evocandis super premissis inquiratis diligencius veritatem et ea que inveneritis ad nos quamprimum poteritis perferre studeatis. Testes autem etc. . .

9. Commissio denunciationis contra offensores canonici praedicti.

Arnestus etc. . Dilectis sibi in Christo domino Nicolao Donati canonico ecclesie nostre predicte, Wenceslao decano Civitatensi, [2] nec non universis et singulis ecclesiarum rectoribus per Maiorem, Minorem et Novam civitates Pragenses et eorum suburbia constitutis et eorum vices gerentibus salutem in domino. Quia viri quidam scelerati iniquitatis filii timore dei abiecto proprieque salutis et honoris immemores dilectum nobis Ulricum [3] presbyterum canonicum Wissegradensem armata manu ausu sacrilego hostiliter invadentes manus in eum temere violentas inicere dirisque et multis eum verberibus et vulneribus afficere instinctu dyabolico presumpserunt in sue salutis dispendium dictique Ulrici grande preiudicium et iacturam et ecclesie dei et clericalis ordinis ac nostrum obprobrium et contemptum, per quod ipsos non est dubium maioris excommunicacionis penam dampnabiliter incidisse, vobis omnibus in virtute sancte obediencie attente committimus et sub excommunicacionis pena districte precipiendo mandamus, quatenus sceleratos predictos, predicti dampnati sceleris patratores in genere, primum in nostra Pragensi et demum in vestris ecclesiis publice infra

---

[1] Ulricus Neumburger, canon. Wyssegrad. c. 1354—1380 (Tomek III. 182. Lib. conf. I. 119. II. 85. Urk. der Univ.-Bibl. zu Prag vom Jahre 1354). — Vgl. auch die nachfolgende Formel.

[2] Das Prager Archidiaconat war in zehn Decanate eingetheilt, von denen das Prager Decanat ‚decanatus civitatensis' genannt wurde, und nur die Prager Städte und einige in der nächsten Umgegend gelegene Kirchen umfasste.

[3] Vgl. die vorangehende Formel.

missarum solempnia, dum maior affuerit populi multitudo pulsatis campanis et candelis extinctis tamdiu excommunicatos denuncietis et sine intermissione denunciari faciatis excommunicatos singulis diebus dominicis et festivis et faciatis tamquam excommunicatos a Christi fidelibus arcius evitari, donec super aliud a nobis acceperitis in mandatis. In signum execucionis vestra sigilla presentibus imprimi faciatis. Datum etc. . . .

10. Forma commissionis (pro audiendis causis) ad unum annum.

Arnestus etc. . Honorabili et religioso viro fratri . . . commendatori domus Sitaviensis ordinis s^ti^ Johannis Jerosolimitani [1] salutem in domino. Querimoniam devotarum in Christo filiarum abbatisse et conventus sancti monialium monasterii Vallis s. Marie prope Stipris (sic) nostre diecesis nuper audivimus continentem, quod in censibus, testamentis et aliis debitis ipsarum impediantur permaxime et non possint iusticiam consequi nec pro eadem petenda propter loci distanciam et viarum discrimina nos aut nostram curiam visitare. Quare discrecioni vestre . . committimus et mandamus, quatenus dictis abbatisse et monialibus aut ipsarum procuratori pro huiusmodi censibus, testamentis et debitis iusticiam plenam in decanatu tantum Sitaviensi tamquam judex nostra auctoritate, quam vobis presentibus impertimur quo ad hoc presentibus (sic) debeatis cum postulaverint ministrare facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari presentibus post unum annum a data eorum numerando valituris. Datum etc. . .

11. Forma commissionis conservatoris fratrum heremitarum (s. Thome mon. in Praga).

Arnestus etc. . conservator [2] religiosorum virorum fratrum heremitarum ordinis s^ti^ Augustini a sede apostolica iam dicta

[1] Ueber die Johanniter-Ordenscommende St. Johann in Zittau s. Frind II. 199. — Zwischen Zittau und Ostritz im Neissethale das von Wenzel und seiner Gemalin Kunigunde im Jahre 1234 gestiftete Cisterzienserinnenkloster Marienthal (Vallis s. Mariae).

[2] Es geschah häufig, dass sich Klöster oder andere kirchliche Corporationen behufs Schlichtung ihrer Rechtsstreitigkeiten mit anderen geistlichen oder

specialiter deputatus, honorabilibus viris dominis Johanni dicto Paduano et Stephano, canonico nostre Pragensis ecclesie, salutem in domino sempiternam. Literas sanctissimi in Christo patris et domini domini Johannis pape XXII eius vera bulla more Romane curie bullatas non abolitas etc. . ea qua decuit reverencia nos recepisse noveritis, quarum inicium noscitur esse tale: Johannes episcopus servus servorum etc. . venerabilibus fratribus archiepiscopo Salczburgensi et Ratisponensi et Pragensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Et si quibuslibet religiosis et personis et locis ex iniuncte nobis servitutis officio assistere defensionis presidio teneamur, illis tamen specialius et efficacius nos adesse convenit, qui sedi apostolice immediate subiecta non habent preter Romanum pontificem alium defensorem . . . Finis vero talis est: Datum Avinioni XIII kal. etc. . . . Quibus literis receptis religiosi viri fratres . . . prior et conventus monasterii s. Thome in Praga ordinis predicti nobis humiliter suplicarunt, ut contentis in literis huiusmodi cum effectu intendere dignaremur. Verum quia pronunc multis et arduis negociis nostris et ecclesie nostre propediti premissis intendere non valemus, idcirco vobis et cuilibet vestrum modo et forma melioribus quibus valemus et possumus in solidum committimus et subdelegamus vices nostras donec eas ad nos duxerimus revocandas, quatenus omnes et singulas causas per priorem et conventum predictos quibuscunque personis cuiuscunque status, condicionis existant motas seu movendas, prout et in quantum conservatorium predictum patitur et eas fine debito decidatis facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes etc. . .

12. Commissio super detencione clericorum.

Arnestus etc. . Providis et discretis viris Damiano decano Curimensi et Francisco plebano in . . . salutem in domino.

---

weltlichen Personen, wobei als letzte Instanz der Papst selbst interveniren sollte, im Voraus die Delegirung eines Richters erbaten und zwar entweder zu einem bestimmten Fall oder für eine gewisse Zeit. Dieser vom Papst delegirte Richter hiess Conservator. Die Päpste waren mit der Delegirung solcher Conservatoren sehr freigebig, weil dafür nicht unbedeutende Summen eingingen (Tomek III. 255).

Insinuacione . . . de Ryczano, Mnich(owicz?) et . . . plebanorum accepimus, Theodricum, Johannem, Paulum et Slawconem, qui se dicunt clericos, per dominum Andream de Duba[1] vinculis fore mancipatos. Quare vobis committimus per presentes, quatenus si notorium et eosdem fuisse et esse clericos, vel fama publica de hoc existat, aut quum ipsi pro clericis communiter habeantur, seu si alias premissa vera vobis constiterint, Theodricum, Johannem, Paulum et Slawconem predictos vobis assignare, quibus assignatis correctori cleri nostri, qui est in nostra curia archiepiscopali Pragensi, cum fideli custodia assignare non tardetis. Fidem execucionis vestre super premissis quam primum poteritis eidem correctori nostro literatorie vel vive vocis oraculo facere non tardetis presentibus sibi assignatis. Datum etc. . .

13. Commissio ad absolvendum laicum a sentencia excommunicacionis cum condicionibus expressis (propter violentam iniectionem in clericum).

Venerabili in Christo patri dei gracia archiepiscopo Pragensi vel eius vicariis in spiritualibus Franciscus dei gracia episcopus Florentinus[2] salutem et sinceram in domino karitatem. Sua nobis Johannis laicus vestre diecesis lator presencium peticione monstravit, quod ipse olim prout lacius vobis exponet . . . .[3] decanum ecclesie s^ti^ Egidii Pragensis officialemque curie Pragensis vulneraverit, de quibus vulneribus plene convaluit, nec inde factus est inhabilis ad divina, quodque equum, quo ipse decanus equitabat, sub eo interfecit, super quibus supplicavit humiliter sibi super hiis per sedem apostolicam misericorditer provideri. Nos igitur auctoritate domini pape, cuius penitenciarie curam in absencia reverendi in Christo patris domini Egidii miseracione divina tituli s^ti^ Clementis presbyteri cardinalis maioris penitenciarii curam (sic) gerimus et de ipsius domini pape commissione in talibus generaliter

---

[1] Oberster Landrichter des Königreichs Böhmen seit 1343. Denselben s. Incorpor. VII. 4.

[2] Wird 1355—1356 genannt (Gams, Ser. episc. 748).

[3] Bartholomeus. Vgl. Commiss. 41.

nobis facta, ipsum laicum a generali excommunicacionis sentencia, quam propter hoc incurrit, ad vos in forma ecclesie remittimus absolutum mandantes ei inter alia sub debito prestiti iuramenti, ut passo iniuriam atque dampnum si non satisfecit satisfaciat competenter, vos autem culpa ipsius diligenter considerata iniungatis inde sibi auctoritate predicta penitenciam salutarem, et si satisfacere forte contempserit, in eandem sentenciam se noviter incursurum. Datum Avinioni etc. . . .

14. Forma commissionis ad visitandum archidiaconatum.

Arnestus etc. . Honorabili et religioso viro fratri Alberto canonico regulari montis s^ti^ Karoli in Praga, correctori cleri[1] per diecesim nostram Pragensem a nobis specialiter deputato, et discreto viro Milote plebano in . . . salutem in domino. Cum visitacionis officium a sacris canonibus ad corrigendum et reformandum ea que correctione et reformacione indigent sit institutum, nos vero licet huiusmodi visitacionis officio personaliter operam libenter daremus, tamen diversis nostris et ecclesie nostre propediti negociis hoc facere nullatenus possumus nec valemus, ea propter honestati vestre, de qua plenam in domino fiduciam gerimus, tenore presencium duximus committendum, quatenus archidiaconatum Pragensem in octava s^ti^ Luce evangeliste ventura proxima personaliter accedentes officium visitacionis sancte inpendatis in eodem, de vita et honestate tam clericorum quam laicorum sollicitudineque et cura plebanorum archidiaconatus supradicti diligencius inquiratis veritatem, corrigentes corrigenda et reformantes que videritis reformanda. Et si quos manifestos concubinarios, taxillorum lusores, tabernarios, curtas tunicas plicatas et nodulatas deferentes et tonsuram clericalem non portantes, nec non sentenciarum contemptores seu alias notabiliter delinquentes repereritis et si foret (sic) eciam carcerali custodia eos et eorum quemlibet pena tamen privacionis (sic) beneficiorum, si qualitas

[1] Albertus der erste uns bekannte Corrector cleri (neben Peter v. Rosenberg Commiss. 6) war also Augustiner des Klosters am Karlshof in Prag. — Bei einer (dieser?) Visitation des Prager Archidiaconats erfolgte die in Lib. conf. I. 86 erwähnte Enthebung des Pfarrers in Kunicz durch Albert (1359).

culpe id exegerit, quam ad nos referri volumus, auctoritate nostra quam vobis presentibus impertimur, puniatis, rebelles eciam et inobedientes, vos vel officium visitacionis sancte perturbantes ecclesiastica compescatis censura. Ratas enim et gratas habebimus sentencias, quas rite in rebelles duxeritis promulgandas. Datum etc. . .

15. Commissio ad inquisitorem heretice pravitatis.

Arnestus etc. . Honorabili et religioso viro fratri Zyfrido de . . . Misnensis diecesis, lectori domus fratrum minorum in Gorlycz, salutem in domino sempiternam. Ad fidem orthodoxam zelum habentes et per inquisicionem [1] solertem pravitatem hereticam de diecesi nostra exstirpare ex debito nostri officii cupientes, de sinceritate et legalitate vestris specialiter presumentes, honestati vestre committimus per presentes, quatenus quoslibet suspectos de heresi utriusque sexus tam clericos quam laicos, religiosos et seculares cuiuscunque ordinis, religionis, condicionis et status existant per nostram diecesim Pragensem constitutos per vos citare, arrestare, captivare in compedibus et manicis ferreis ponere et contra huiusmodi personas inquirere, iuramenta quelibet ipsis deferre, testes et probaciones quascunque recipere, attestaciones publicare, ab excommunicacionum sentenciis absolvere, penitere volentes ad graciam recipere, cruce signare, peregrinaciones et penitencias quaslibet alias imponere, incarcerare eciam ad penam perpetuo vel ad tempus et si videritis personas principales ad tormenta ponere et diffinitivas sentencias absolucionis seu condempnacionis proferre et contra impedientes vestrum officium ac contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam et alias iuris permissionem procedere et verisimiliter omnia alia et singula in huiusmodi inquisicionis negocio necessaria facere et exequi debeatis tamdiu donec a nobis aliud receperitis in mandatis, gratum et ratum habituri omnia et singula, que circa premissa

---

[1] Ueber die Einführung des Inquisitionsgerichtes in Böhmen vgl. Frind II. 84. Tomek III. 223. — Unser Formelbuch bringt mehrfach Nachrichten über die böhmische Inquisition. S. unser Vorwort zu Diversa XXIV, Commiss. 23. 24 u a.

et ea quomodolibet tangencia eciam si nostram commissionem specialem requirerent duxeritis facienda. Nos eciam auctoritate omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis confisi vobis et omnibus aliis dictum inquisicionis negocium verbo vel facto promoventibus verepenitentibus et confessis 40 dies indulgencie de iniuncta penitencia misericorditer in domino relaxamus etc. . Datum etc. .

16. Intimacio visitacionis fiende.

Arnestus etc. . Honorabili ac religioso viro fratri . . . abbati totique conventui monasterii Cladrubensis ordinis s^ti Benedicti salutem in domino. Cum ex certis causis, que ad nostram audienciam devenerunt, monasterium vestrum tam in capite quam in membris personaliter aut per commissarios nostros visitare intendamus, vobis et cuilibet vestrum in virtute sancte obediencie iniungimus et mandamus, quatenus vos . . . . cali die (sic) ad sancte visitacionis officium suscipiendum cum ea qua decet reverencia preparetis personas absentes ad predictam diem convocando. Datum etc. . .

17. Commissio ad visitandum monasterium (in Cladrub).

Arnestus etc. . Honorabilibus ac religiosis viris fratribus P.[1] abbati monasterii Brewnoviensis ordinis s^ti Benedicti et N.[2] preposito sancte Marie canonicorum regularium in Rudnicz ordinis s^ti Augustini salutem in domino. Quamvis super gregem dominicum nobis commissum cura crediti nobis officii pastoralis attente nos evigilare ammonent precipue tamen regularis discipline nobis persuadent circa regulares personas vigilare. Sane cum ex officii nobis iniuncti debito teneamur monasteria ordinis sancti Benedicti annis singulis visitare, tamen diversis nostris et ecclesie nostre propediti negociis monasterium Cladrubense personaliter visitare non valentes honestati vestre, de

---

[1] Przedbor: vgl. Commiss. 3.
[2] Nicolaus; vgl. Commiss. 20.

qua plenam in domino fiduciam gerimus, committimus per presentes, quatenus tali die ad predictum monasterium accedentes ipsum tam in capite quam in membris auctoritate nostra, quam vobis presentibus impertimur visitare debeatis corrigentes corrigenda et reformantes que videritis reformanda etc. . . . Datum etc. .

18. Forma super vicariatum (in spiritualibus).

Arnestus etc. . Venerabilibus in Christo fratribus Olomucensi et Lythomislensi episcopis suffraganeis nostris et reverendis ac religiosis viris . . abbatibus, prioribus, prepositis regularibus et secularibus nec non honorabilibus viris . . . decanis, archidiaconis, scolasticis tam nostre quam aliarum cathedralium et collegiatarum ecclesiarum regularium et secularium canonicis, insuper discretis viris plebanis, viceplebanis, vicariis, altaristis, parochialium ecclesiarum rectoribus, omnibus quoque et singulis clericis et laicis cuiuscunque preeminencie, condicionis ac status existant presentibus et futuris per et infra provinciam, civitatem et diocesem nostras constitutis salutem in domino. Pastoralis officii debitum nos ammonet et inducit, ut cure nobis credite tanto vigilancius intendamus, quanto de singulis nobis creditis in examine iusti iudicis districtam reddituri sumus racionem, hoc autem tunc diligencius facimus, si eciam in alios onus quo premimur dirivemus, mandata etenim celestia tunc efficacius gerimus, si iniuncta et commissa nobis onera cum aliis dividamus. Qualibus autem, quot et quantis curis, oneribus et laboribus circa gregem creditum cottidie noster concutitur animus, ille scit qui nichil ignorat nec inmerito, nam tanto quis intencius gregi suo debet intendere quanto in eminenciori gradu dinoscitur residere. Hiis itaque sollicite et diligenter nobiscum pensatis cupientes quantum nobis exalto conceditur oneri nobis incumbenti intendere, in honorabiles viros dominos Johannem Padwanum decanum Wissegradensem, decretorum doctorem, et Stephanum predicte nostre Pragensis et Olomucensis ecclesiarum canonicum, de quorum circumspectione, industria et legalitate dudum experiencia nos perdocuit, intuitum mentis nostre direximus ipsosque premissorum intuitu in spiritualibus vicarios fecimus et presentibus

facimus generales,[1] dantes et concedentes ipsis in solidum plenam et omnimodam potestatem, quoscunque provincie, civitatis et diocesis nostrarum nobis subiectos tam mares quam feminas religiosos ac religiosas ac seculares citandi, suspendendi, excommunicandi personas, monasteria, conventus, collegia, ecclesias, cappellas, hospitalia, civitates, opida, castra, villas et loca alia, quecunque nobis iure ordinario subiecta per et infra civitatem et diocesim ac provinciam nostras consistencia interdicendi, beneficia ecclesiastica curata et non curata, quorum collacio, provisio et ordinacio seu disposicio ad nos quovismodo est, fuit vel fuerit in antea devoluta, personas ydoneas conferendi et eis auctoritate et vice nostra providendi de ipsis, presentatos quoscunque ad quecunque ecclesiastica beneficia, dignitates, personatus seu officia examinandi, confirmandi, instituendi, destituendi, in possessionem mittendi, apostolicas literas inhibicionum, interposicionis, decreti, unionum, dimissorias, absenciarum, comendarum, receptatorias, indulgenciarum, absolucionum, visitacionis, formatarum, confessionales, innovacionum, ratificacionum, reconciliacionum, de altari viatico disposicionum, commissionum quorumcunque, approbaciones tabellionum dandi et concedendi, visitandi, inquirendi, corrigendi et reformandi, ordinaciones clericorum quocies opus foret celebrare faciendi, clericos, alium seu alios capiendi, incarcerandi et de carceribus relaxandi, electos in episcopos examinandi et confirmandi, abbates et alios prelatos kathedralium et collegiatarum ecclesiarum instituendi et destituendi, ecclesias de novo erigendi et erectas consecrare faciendi omniaque et singula que jurisdictionis existunt et que nos ipsi si presentes essemus faceremus et facere possemus, faciendi, disponendi, ordinandi et exequendi, eciam si mandatum exigeret speciale. Nos enim quidquid per ipsos aut ipsorum alterum in premissis seu premissorum aliquo aut aliis quibuscunque, que ut premittitur jurisdictionis existunt, rite actum fuerit sive gestum, ratum et gratum habebimus et faciemus auctore domino firmiter observari.

[1] Da in den Jahren 1356 und 1357 als Generalvicare Johann Paduanus und Wratiwoj genannt werden, so dürfte diese Formel in das Jahr 1354 gehören und diese Ernennung der Generalvicare vielleicht vor der Abreise des Erzbischofs Arnest mit Karl IV. nach Rom geschehen sein. Stephanus canonicus wird in unseren Formeln öfters genannt. Vgl. auch die nachfolgende Formel. — Ott, Receptg. S. 86.

In quorum omnium testimonium presentes ipsis dedimus sigillorum nostrorum appensione munitas. Datum etc. . .

19. Forma super eodem.

Arnestus etc. . Honorabili viro magistro Stephano nostre Pragensis ecclesie canonico salutem in domino. Ne de officio vicariatus generalis in spiritualibus dudum per nos oraculo vive vocis vobis commisso per quempiam in dubium in antea posset revocari, commissionem huiusmodi in scriptis ad multas cavillaciones pretendendas redigentes vos nichilominus ad cautelam et ex superhabundanti tenore presencium vicarium nostrum in spiritualibus constituimus generalem, dantes et concedentes vobis plenam et omnimodam potestatem etc. . . . (wie in der vorangehenden Formel bis ‚firmiter observari'; dann folgt noch:) excepta potestate licenciam dandi abessendi a beneficiis ecclesiasticis quibuscunque immutandique curie nostre officialem, qui pro nunc est et pro tempore fuerit aut sibi per nos commissa aut eciam committenda, quam nobis specialiter reservamus presentibus tamdiu duraturum donec eas duxerimus revocandas. In quorum omnium testimonium etc. . .

20. Forma commissionis ad visitandum monasterium Sclavorum.

Arnestus etc. . Honorabilibus ac religiosis viris . . . abbati s^{ti} Ambrosii Nove civitatis Pragensis ordinis s^{ti} Benedicti, [1] Nicolao preposito s^{te} Marie Virginis canonicorum regularium in Rudnicz [2] ordinis s^{ti} Augustini monasteriorum et Nicolao decano Lythomericensi [3] canonico nostre Pragensis

[1] Es ist hier wohl der erste Abt des neugegründeten St. Ambros-Klosters ‚Henricus' gemeint, der als solcher bis 1359 genannt wird.

[2] Später (1358) mit Dietleb Stormer Generalvicar und als solcher Mitarbeiter an den Erectionsbüchern.

[3] Nicolaus de Horavicz, erster Decan des Collegiatcapitels in Leitmeritz (Frind II. 158), der hier auch als Prager Canonicus erscheint. Wir glauben nicht, dass er seine ständige Residenz in Leitmeritz hatte, es scheint vielmehr, dass er sich in Prag aufgehalten hatte, wie seine Ernennung zum Visitator des Slavenklosters und der Kirche in Altbunzlau

ecclesie salutem in domino. Quamvis super universum gregem dominicum nobis divina permissione creditum cura pastoralis officii nos vigilare sollicitet, precipua tamen cura nos angit, ut illis qui de ipso grege ceteros supergressi se peculiariori modo divino servicio manciparunt tanto ampliori nostra sollicitudo non desit, ut remotis omnibus, que ipsos a iugo domini cui colla sua supposuerunt spontanea voluntate possent abducere in pacis tranquillitate secundum professionem suam pacis auctori iugiter valeant famulari. Sane non fama tantum in suis contenta limitibus, sed in clamorem usque perducta nostrum frequenter pulsavit auditum, qualiter monasterium Sclavorum ordinis s[ti] Benedicti situm in Nova civitate Pragensi ad tantum disordinem sit deductum, quod si vera sunt que sic publice divulgantur propter inordinatam vitam monachorum eiusdem monasterii et inobedienciam manifestam regularis observancia inibi convicitur totaliter suffocata, unde nisi eidem monasterio celeri et oportuno remedio succurratur ad ruinam irreparabilem tam in spiritualibus quam temporalibus deducetur. Nos itaque ex debito pastoralis officii tanto discrimini ipsius monasterii quantum cum deo possumus provisionis et reformacionis debite remedio obviare volentes aliis ad presens ecclesie et nostris propediti negociis honestati vestre, de qua gerimus confidenciam specialem, visitacionem generalem in memorato monasterio tam in capite quam in membris vice et nomine nostris presencium vobis auctoritate committimus faciendam, vobis et cuilibet vestrum seriosius iniungentes, quatenus ad locum accedentes eundem auctoritate premissa super statu dicti monasterii nec non abbatis et monachorum, inter quos suborta dicitur magna et scandalosa materia questionis ac eciam aliarum personarum professarum et non professarum, regularium et secularium eiusdem monasterii intra et extra consistencium a personis ipsius monasterii et aliis, quibus constare credideritis, inquiratis diligencius veritatem et illa que reformacione et correctione digna inveneritis auctoritate nostra predicta, qua in premissis et subsequentibus plene vos fungi volumus, reformetis et in statum et ordinem salutiferum quantum poteritis reducatis,

(Commiss. 21) zu bezeugen scheint. Uebrigens stand es ja in der Hand des Erzbischofs, die Dispens von der Residenzpflicht zu ertheilen. — Horavicz ist die Stadt Horaždiowitz (wie aus der Urkunde der Univ.-Bibl. zu Prag. dd. 1340, 6. December, ersichtlich ist).

contradictores quoslibet et rebelles auctoritate predicta per censuram ecclesiasticam arcius compescendo, singularibus quoque personis dicti monasterii, quas in premissis inveneritis deliquisse, quacunque eciam prelacione, administracione vel statu premineant deum habendo pre oculis pro qualitate et quantitate culparum penas canonicas et carceris infligendo, sique eciam cuiuspiam excessus exigerit seu monasterii necessitas vel utilitas illud poposcerit a prelacionis seu administracionis officio deponendo seu absolvendo, vel renunciaciones administracionum vel prelacionum spontanos vice nostra in manibus vestris forte faciendas admittendo aliaque omnia et singula circa hoc oportuna faciendo eciam si speciale mandatum exigant. Ratum enim et gratum habebimus etc. . . Datum etc. . .

21. Commissio ad visitandum ecclesiam Boleslaviensem.

Arnestus etc. . Honorabilibus viris Nicolao de Harauicz Lythomericensi decano[1] et Wilhelmo de Leskau[2] canonicis ecclesie nostre Pragensis, capellanis nostris dilectis salutem in domino et debitam diligenciam in commissis. Frequenti insinuacione quorundam prelatorum canonicorum et ministrorum ecclesie Boleslaviensis ac aliarum fide dignarum personarum fuimus et sumus edocti, quod pluries rixe, contenciones et dissensiones varie ex causis diversis inter prelatos et canonicos[3] et alias personas ecclesie Boleslaviensis supradicte sunt exorte, que

[1] Vgl. Anm. zur vorangehenden Formel.

[2] Wilhelm von Leskau, hier noch Canonicus Prag. genannt, wurde nach dem Tode Johann's Paduanus (c. 1357) zum Decan des Wyšehrader Capitels gewählt. Er war ein gelehrter Mann und wurde öfters von Karl IV. zu wichtigen Sendungen, namentlich an den päpstlichen Hof, gebraucht (Huber, Reg. LII.). Nach dem Tode des Erzbischofs Arnest schrieb er dessen Biographie (Vita vener. Arnesti etc. in Fontes r. b.). Aus seinem Nachlasse hat Karl IV. für den Preis von 100 Mark Silber 114 werthvolle Handschriften angekauft, dieselben der Universität geschenkt und dadurch den Grund zur Prager Universitäts-Bibliothek gelegt (Tomek, Gesch. der Univ. — Gesch. von Prag III. 180; — Hanslik, Gesch. der Prager Univ.-Bibl. S. 17).

[3] Die ‚praelati' waren nämlich der Probst, Dechant, Custos und Scholasticus; die Zahl der übrigen Canonici betrug im Jahre 1298 dreizehn (Frind II. 173) und dürfte also unter Karl IV. noch grösser gewesen sein.

nisi remediis oportunis amputentur plura scandala et pericula personarum per ipsas poterunt evenire. Intelleximus eciam, quod multe negligencie aput ipsam ecclesiam sunt commisse et cottidie committuntur, quibus omnibus ex debito pastoralis officii quantum cum deo possumus provisionis et reformacionis debite remedio obviare volentes, aliis ad presens nostris et ecclesie nostre negociis propediti honestati et legalitati vestris, de quibus specialem in domino fiduciam obtinemus, tenore presencium committimus et mandamus, quatenus prefatam Boleslaviensem ecclesiam personaliter accedentes visitacionem generalem in ipsa ecclesia tam in capite quam in membris auctoritate nostra faciatis ac super statu tocius ecclesie et prelatorum, canonicorum, ministrorum ac aliarum personarum ecclesie eiusdem, nec non super rixis, litibus et dissensionibus predictis qualitercunque motis inquirentes diligencius veritatem, ea que corrigenda et emendanda inveneritis corrigere et emendare et ad statum salubrem reducere studeatis. Damus eciam et concedimus vobis plenam et liberam potestatem supradictis personis, que culpabiles fuerint, pro modo culpe penas canonicas infligendi dictasque personas, si opus fuerit et qualitas culpe id exegerit, eciam carcerali pena puniendi et generaliter omnia et singula alia faciendi, que in premissis et quolibet premissorum necessaria fuerint et oportuna, eciam si mandatum exigant speciale, contradictores quoslibet et rebelles seu officium vestrum impedientes per censuram ecclesiasticam compescendo. Ratum enim et gratum habebimus etc. . Datum etc. . .

22. Forma commissionis super electione abbatisse [s[ti] Georg.] (propter negligenciam).

Arnestus etc. . Honorabili viro domino Bohute[1] nostro cancellario et dilecto nobis magistro Stephano[2] in ecclesia nostra iamdicta vicario salutem in domino. Cum dudum Agnes

---

[1] Bohuta = Busco; vgl. Monit. II. 13 u. a.

[2] Höchst wahrscheinlich der frühere Vicar des Propstes Tammo von Leitmeritz (Donat. IX. 8), später Archidiakon von Leitmeritz, erzbischöflicher Protonotar (und notarius terrae? Tomek, Reg. dec. pap. 25); nicht zu verwechseln mit dem ‚Stephanus canonicus und vicar. general.' (Urk. der Univ.-Bibl. zu Prag. dd. 1346, 8. Febr., nennt beide neben einander).

quondam abbatissa monasterii s^ti Georgii in castro Pragensi[1] sit per certos nostros commissarios ab abbassatu huius certis ex causis absoluta, tamen sanctimoniales adhuc, nescimus qua de causa, ad electionem alterius abbatisse procedere non curarunt. Quare vobis committimus per presentes, quatenus si moniales prefati monasterii ante lapsum terminum a iure ipsis concessum aliquam personam ydoneam in suam non elegerint abbatissam, lapso termino huiusmodi vos prefato monasterio nostro nomine de abbatissa provideatis et tali que eidem monasterio et personis ipsius preesse valeat et prodesse et si quis, si qui, si que in hoc vos impedierint seu impedire voluerint, cuiuscunque preeminencie, condicionis seu status extiterit seu extiterint, ipsos, ipsum, ipsam per censuram ecclesiasticam compescatis, dantes vobis in testimonium presentes literas sigilli nostri impressione munitas. Datum etc. . . .

23. Commissio super officio inquisicionis heretice pravitatis.[2]

Arnestus etc. . Religiosis viris fratribus Leoni priori domus s^ti Clementis[3] fratrum predicatorum in Praga et Svatiborio lectori in Yglavia fratrum ordinis predicti salutem in domino et debitam diligenciam in commissis. Ad illud diligencius intendamus quo Christicolarum animas deo omnipotenti possemus lucrifacere et vepres orthodoxam fidem suffocantes radicitus extirpare. Hoc autem tunc efficacius exequemur, si onus quo premimur eciam aliis partimur. Quam strenue, diligenter et sollicite felicis memorie quondam frater Gallus,[4] frater ordinis vestri, nostrarum civitatum et diecesis pravitatis heretice inquisitor, qui pridem diem clausit extremum, officium inquisicionis huiusmodi pravitatis sibi creditum et commissum agita-

---

[1] Ueber die Vorgänge im St. Georgskloster vgl. Monit II. 10 und Anm.

[2] Vgl. Commiss. 15 und Anm. Commiss. 24. Dazu auch das Vorwort zu Diversa XXIV. und die betreffenden Formeln dieser Abtheilung.

[3] Leo prior wird c. 1349 genannt. Vgl. Urkundb. von Goldenkron in Fontes r. a. 37, S. 109.

[4] Gallus von Neuhaus, päpstlicher Inquisitor für die Prager Diöcese, im Jahre 1335 (zugleich mit dem Minoriten Petr von Načeradec für die Olmützer Diöcese) ernannt. — Frind II. 86.

verit et prosecutus fuerit, explicare non nostrum, cum sollicitudo et diligencia ipsius plerumque sit patens et aperta. Sed cum ut premisimus ipso de semente (?) vinculis canonicis sit exitus, ad fidem orthodoxam zelum habentes pravitatemque hereticam cum dei adiutorio de nostra diecesi cupientes modis omnibus exstirpare, sancte inquisicionis officium certis ex causis cum aliis partire decrevimus, ut sic onus quo premimur eciam aliorum humeris inpositum efficacius et facilius supportemus, ad vos igitur, quos morum honestas, sciencie maturitas et zelus fidei orthodoxe multipliciter commendant et exornant, nostrum dirigentes intuitum, sperantes per vestrum ministerium deo suffragante animas hoc labe fedatas deo omnipotenti lucrifacere, vos inquisitores pravitatis heretice nostrarum civitatum et diecesis presentibus facimus, constituimus et ordinamus, dantes et concedentes vobis super quascunque personas sexus utriusque tam ecclesiasticas quam seculares exemptis et non exemptis (sic) per et infra nostrarum civitatum et dieceeis consistentes cuiuscunque preeminencie, condicionis aut status existant, crimine seu nota pravitatis heretice fedatas seu irretitas, nec non credentes, fautores, receptatores et defensores earundem, per vos alium seu alios potestatem inquirendi, citandi, arrestandi, capiendi in compedibus et in manicis ferreis ponendi, ad tempus et perpetuo incarcerandi et si expedire videritis personas principales ad tormenta ponendi, penam carceralem mitigandi et si qualitas facti exegerit eciam in totum penam eandem relaxandi, iuramenta et probaciones alias quascunque juris et facti recipiendi, testes citandi, examinandi, publicandi, ad consilium viros literatos quoscunque tam religiosos quam seculares, exemptos et non exemptos vocandi et non venientes per censuram ecclesiasticam cohercendi, penitere volentes ad graciam recipiendi, sentenciam absolucionis seu condempnacionis ferendi et promulgandi, contra impedientes vestrum officium ac contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam et alias iuris permissione procedendi, omniaque et singula in et circa huiusmodi inquisicionis officium incidencia, occurrencia et connexa emergencia faciendi et agendi, eciam si talia sint, que mandatum exigant speciale, presentes nedum ad futura sed eciam ad negocia pendencia, que per memoratum fratrem Gallum morte preventum finiri non potuerunt nec fuerunt finita, volentes extendi. Ratum enim et gratum habebimus,

quidquid per vos rite actum fuerit in premissis et in quolibet premissorum. In nullo tamen per presentes commissionem nostram in personam honorabilis viri domini Johannis Paduani super prefato inquisicionis officio factam revocare intendimus, quinymo ipsam in suo robore firmiter volumus perdurare, presentes tamdiu durare volentes, donec ea duxerimus revocanda. Nos eciam auctoritate dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis confisi vobis et omnibus aliis dictum inquisicionis officium verbo vel facto promoventibus, vere penitentibus et confessis 40 dies indulgencie de iniuncta penitencia misericorditer in domino relaxamus. Datum etc. . .

24. Forma commissionis super heretica pravitate.

Arnestus etc. . Honorabili ac religioso viro fratri Svatoborio lectori quondam in Yglauia fratrum ordinis predicatorum, inquisitori pravitatis heretice in civitate et diecesi nostris salutem in domino. Quia honorabilis vir dominus Johannes dictus Padwanus decretorum doctor, Wissegradensis decanus, vester in officio inquisicionis collega debilitate corporis propeditus vobis pro nunc in prosecucione officii predicti assistere non valeat, quare ne tam favorabile et sanctum officium ex ipsius absencia aliquam intardacionem seu impedimentum posset habere, eapropter honestati vestre committimus per presentes, quatenus officium inquisicionis pravitatis heretice per nos vobis dudum commissum in omnibus et per omnia in districtu Pyecensi [1] eciam diffinitivam sentenciam proferendo nec non dependencia, incidencia, emergencia et connexa ipsi seu ad ipsum solus facere et expedire possitis tamdiu, donec aliter fuerit per nos dispositum et provisum. Nostre tamen intencionis existit per premissa commissioni predicto domino Johanni Paduano per vos alias circa officium inquisicionis pravitatis heretice facere in nullo penitus derogare. Sic itaque vobis com-

---

[1] Auf die Thätigkeit des Inquisitor Swatobor in der Piseker Gegend dürfte sich eine Stelle in den ‚Acta consistorii de a. 1381‘ beziehen, wo es heisst, dass der Priester Johl von Pisek nicht ordinirt werden könne ‚ex quo pater suus et eciam avus suus fuerint heretici et convicti de heresi ac eciam condempnati‘ (Tomek III. 223). Vgl. dazu die vorangehende Formel.

missa exequi curetis, quod omnipotenti deo cuius contemplacione precipua officio predicto viriliter et strenue debetis intendere et mercedem condignam reportare possitis. Datum etc. . .

25. Commissio introductionis in possessionem corporalem.

Cum nos G. honestum virum dictum Sweync. (sic) clericum et procuratorem honorabilis viri domini Rynhardi de Hanaw[1] olim ecclesie s^{ti} Cristofori in Tyn prepositi, exhibitorem presencium habentem ad hoc speciale mandatum, ad canonicatum et prebendam in ecclesia s^{ti} Apollinaris in Sacka ex permutacione cum honorabili viro domino Wratiuogio[2] capellano nostro commensali olim dicte ecclesie canonico prebendato facta vacantem procuratorio nomine legitime duxerimus transferendum, vobis honorabili viro domino decano Saccensis ecclesie predicte aut vestro vicario ibidem committimus et mandamus, quatenus predictum G. vel eius substitutum pro eo in corporalem possessionem vel quasi jurium et pertinenciarum universarum canonicatus et prebende predicte inducatis et defendatis inductum, stallo sibi in choro et loco in capitulo assignatis, facientes sibi de universis fructibus, redditibus et proventibus eorundem canonicatus et prebende integraliter responderi, contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum etc. . .

26. Forma commissionis super correctore cleri.[3]

Arnestus etc. . Honorabili viro etc. . . Tunc debitum nostri officii melius sufferimus, si onus nobis inpositum in alios eciam dirivemus. De circumspectione igitur et legalitate vestris plurimum confidentes, vobis tenore presencium committimus,

---

[1] Rynardus wird als Canonicus in Sadska noch 1367 genannt (Tomek, Reg. dec. pap. 24).

[2] Wird als praepositus Tynensis bereits 1352 genannt (Reg. dec. pap. 23). Vgl. Anm. zu Monit. II. 13. — Andere Permutationen in Sadska s. Lib. conf. I. 101, 145.

[3] Vgl. Commiss. 6.

quatenus vos ambo universos et singulos clericos nostre diecesis nec non quascunque personas ecclesiasticas seculares vel regulares ordinario jure nobis subjectas, cuiuscunque preeminencie, condicionis aut status existant, visitari et ad vestri presenciam evocare possitis, ipsosque pro ipsorum excessibus veritate cognita et investigata, per quancunque viam excessus huiusmodi ad vos pervenerint, si opus foret suspendere, interdicere, incarcerare, beneficiis privare, excommunicare et quibuscunque penis aliis, que vobis infligi videbuntur punire, in hoc plenam et omnimodam vobis tenore presencium concedimus potestatem. Concedimus eciam decanos rurales, si opus foret, mutare et alios in eorum locum nostra auctoritate, quam vobis tenore presencium impertimur, specialiter subrogare valeatis, eum eciam seu eos, qui seu quis in aliquo vobis rebellantem seu rebellantes videritis seu inveneritis ecclesiastica censura cohibentes. Nos enim ratum et gratum habebimus etc. Datum etc. . .

27. Forma commissionis super collectione decime papalis.

Arnestus etc. collector decime per sanctissimum in Christo patrem et dominum dominum C.[1] divina providencia papam VI. domino nostro Romanorum et Bohemie regi per ipsum dominum papam per nostram provinciam date et concesse principalis, honorabilibus viris . . . . et . . . . salutem in domino. Cum magnis et arduis nostris et ecclesie nostre predicte negociis propediti collectioni et recepcioni ipsius decime ad presens vacare personaliter et intendere nequeamus, idcirco honestati vestre et cuiuslibet vestrum, de qua gerimus in domino fiduciam pleniorem, memorate decime collectionem et recepcionem subdelegando duximus committendum, quatenus si eidem collectioni et recepcioni simul omnes aut duo vestrum intendere aut vacare ut predicitur non possetis, extunc unus vestrum vice et auctoritate nostra, quam eidem in hac parte presentibus impertimur, eandem decimam ab universo clero tam civitatis quam

[1] Clemens VI. († 1352). — Vgl. Monit. II. 11 und Anm. — Es handelt sich hier um einen vom Papste dem Kaiser bewilligten Zehent; im Jahre 1352 gehörten zwei Drittel davon dem Könige und ein Drittel dem Papste (Tomek, Reg. dec. pap. VI).

diecesis nostrarum in terminis ad hoc eidem clero per vos assignatis vel assignandis exquirere et expetere ac exigere et recipere fideliter studeatis, dantes vobis et cuilibet vestrum ut prefertur contra rebelles et inobedientes ac ipsam decimam solvere renitentes procedendi per censuram ecclesiasticam seu citandi eosdem ac excommunicandi, nec non eorum ecclesias et ipsos interdicendi, suspendendi, captivandi ac beneficiis, si qualitas culpe exegerit . . . plenam et liberam facultatem etc. . .

28. Commissio ad decanum ut habeat potestatem arrestandi clericos insolentes.

Quamvis nonnulli clerici in decanatu, prout ad nostrum pervenit auditum, sunt frequentatores tabernarum, lusores taxillorum, manifesti cohabitatores, sentencias excommunicacionum parvipendentes et alia enormia quam plurima in contemptum ordinis clericalis committentes, que sub dissimulacione aliquatenus non convenit pertransire, quapropter tibi decano decanatus predicti committimus per presentes, quatenus quencunque clericorum habentem tytulum beneficii certum in aliquo premissorum cognoveris, eundem sine mora nobis vel officiali nostro denunciare debeas, alios vero non beneficiatos, quos in actu aliquo premissorum sub testimonio ydoneo deprehenderis, auctoritate nostra, quam vobis presentibus impertimur, detinere, arrestare et si rebelles exstiterint carceribus nostris presentare valeas atque possis. Datum etc. . .

29. Forma commissionis super disbrigacione metarum.

De legalitatis vestre industria specialiter presumentes vobis insolidum, quod metas et limites bonorum regalium et archiepiscopatus Pragensis in nonnullis locis regni Bohemie, super quibus que sint quove se protendant dubietas vertitur, distinguere et disbrigare possitis auctoritate presencium concedimus potestatem, committentes in ea parte vobis plenarie vices nostras. Et idcirco fidelitatem vestram hortamur attente, quatenus ad distinctionem metarum et limitum huiusmodi absque dilacione quavis mox dum ab eis quorum interest super hoc

requisiti fueritis plene de hoc primitus informati a personis antiquis et fide dignis continuo procedatis nullam in eo negligenciam commissuri. Datum etc. . .

30. Forma commissionis officiolatus.

Arnestus etc. . Universis ad quos presentes pervenerint salutem in domino. Cum honorabilis vir dominus Johannes[1] etc. . . qui hactenus officium officiolatus curie nostre archiepiscopalis Pragensis laudabiliter exercuit, se absentaverit certis ex causis, ne igitur per ipsius absenciam negligencia committeretur in officio predicto, de legalitate magistri H.[2] . . fiduciam gerentes ampliorem, eum officialem curie nostre predicte fecimus et constituimus dantes et concedentes sibi tenore presencium plenam et omnimodam potestatem causas audiendi et diffiniendi, item personas nobis subiectas suspendendi, interdicendi et excommunicandi, clericos capiendi et incarcerandi, advocatos et procuratores recipiendi et revocandi et generaliter ad omnia et singula faciendi, que nos ipsi circa subditos nostre diecesis facturi essemus exceptis tamen hiis, que nobis a jure vel consuetudine reservata dinoscuntur seu ad que non posset procedere sine nostra licencia speciali. Nos enim quidquid per ipsum in premissis seu aliquo premissorum rite et racionabiliter facere contingeret ratum et gratum habebimus et curabimus auctore domino firmiter observare. In quorum etc. . .

---

[1] Sc. Paduanus; vgl. Commiss. 49. Wie in der Einleitung erwähnt wurde, war das Amt eines Officials neben dem Generalvicariat das wichtigste in der Diöcese.

[2] Vielleicht Hostislaus de Petrowicz, decretorum doctor, officialis c. a. (vgl. Commiss. 52), der 1347—1349 als solcher genannt wird (Památky VIII. 150. — Ott, Receptg. S. 85). Sein Nachfolger war magister Henricus (1349; vgl. Urkundb. von Goldenkron in Fontes r. a. Bd. 37, S. 107); diesen nennt auch Formel Commiss. III. 42 und 52. Als Officiale sind noch bekannt: Simon Canonicus Prag. (1348), Bartholomeus decanus s. Egidii (1352—1353), Petrus de Cunzendorf archidiac. Horssov. (1356 bis 1363).

31. Forma commissionis ad visitandum monasterium. (s^ti Georgii.)

Arnestus etc. . Tunc debitum officii nostri persolvimus, si profectui subditorum nostrorum diligenter et sollicite insistamus. Sane fama referente nostrum pervenit ad auditum, quod in monasterio s^ti Georgii[1] in castro Pragensi sunt et committantur talia, que religionis sancte statum dedecorant, in temporalibus eciam adeo ut dicitur male regitur, quod nisi in brevi et cum effectu circa hec provideatur in irrecuperabile dampnum eiusdem monasterii posset redundare. Cum igitur talibus nos officii nostri debito quantum nobis exalto conceditur occurrere debeamus, cum de singulis nostrorum subditorum negligenciis coram deo omnipotenti teneamus reddere racionem, quod et si personaliter facere deberemus, diversis tamen ecclesie nostre propediti negociis hiis personaliter intendere non valemus. Quare de legalitate et circumspectione vestris plurimum confidentes vobis . . . . et . . . . per presentes committimus in virtute sancte obediencie nichilominus vobis precipientes, quatenus monasterium predictum personaliter accedentes auctoritate nostra feria secunda proxima post dominicam Invocavit via regia incedentes deum solum pre oculis habendo tam in capite quam in membris specialiter tamen super predictis aliisque articulis, quos vobis in scriptis dabimus, cum ea qua valetis diligencia, in quo vestras oneramus consciencias, visitare debeatis universa et singula corrigenda ac reformanda sollicite ac diligenter rimando, nos singulis personis regularibus et preposito prefati monasterii diligenter et sollicite examinatis omnibusque que vos ipsi in prenominato monasterio ac personis ipsius videritis corrigenda clare reformaturi. Verum ut sancte visitacionis officium eo liberius possetis exequi, concedimus vobis ut inobedientem seu inobedientes ac in aliquo vobis seu vestrum alteri rebellantes ecclesiastica possitis cohercere censura. Datum etc. . .

---

[1] Vgl. Monit. II. 10.

32. Commissio visitacionis alicuius archidiaconatus bona cum sentencia.

Arnestus etc. . Discreto viro . . . Cum ad exstirpandam pestem cohabitacionis manifeste, in qua proch dolor clerus nostre diocesis plurimum laborat, ut audimus, certos visitatores nostros ad archidiaconatum Boleslaviensem destinassemus, qui officium visitacionis ibidem exercentes ad decanatum . . . . descenderunt, ubi . . . de . . . et . . . de . . . ecclesiarum plebanos invenerunt in eodem vicio laborantes. Et cum omnes tales per constitucionem sinodalem sentenciam excommunicacionis non est dubium incurrisse et in eadem officium divinum exercentes notam irregularitatis contraxisse ipso facto, a qua sentencia excommunicacionis eos auctoritate nostra absolvas sed pro irregularitate sic contracta eos pro beneficio absolucionis ad sedem apostolicam remittas, discrecioni tue committimus et mandamus, quatenus eosdem plebanos auctoritate nostra, quam tibi presentibus impertimur, ab officio suspendas, quos et nos suspendimus in hiis scriptis, in ecclesiisque ipsorum ponas personas ydoneas, que ipsas officiant et plebem earum ecclesiasticis procurent sacramentis tamdiu donec super hiis cum nostris sapientibus, quid ex hoc sit faciendum, deliberaverimus et a nobis aliud receperis etc.[1] . . .

33. Commissio (contra occupantes et molestantes ecclesiam).

Bartholomeus decanus ecclesie s^ti^ Egidii Maioris civitatis Pragensis et Stephanus canonici Pragenses, reverendi in Christo patris et domini domini Arnesti sancte Pragensis ecclesie archiepiscopi vicarii in spiritualibus generales,[2] discretis viris in Zrucz et in Hodkow ecclesiarum plebanis salutem in domino. Conquestus est nobis Adam plebanus ecclesie de C.[3] quod

---

[1] Vgl. dazu Commiss. 53.

[2] Barthol. und Steph. waren im Jahre 1353 Generalvicare (Urkundb. von Hohenfurt, Fontes r. a. Bd. 23, S. 102); Barthol. ist c. 1353 oder 1354 gestorben, worauf Stephanus und Johann Paduanus Generalvicare wurden.

[3] Czestin Kostel (im Časlauer Kreis). Darauf deuten die benachbarten Orte Zrucz und Hodkow; dies beweist ferner folgende Stelle aus den Lib.

Moyco cum . . . et filiis suis ibidem timore dei postposito bladum sibi occupant et ipsum in collectione census ecclesie sue et in villa Podole et in aliis rebus suis plurimum impedientes molestias sibi nonnullas inferunt, quas idem plebanus ulterius sustinere non valens ad nos refugit humiliter supplicando, ut sibi circa premissa dignaremur de oportuno remedio providere. Nos vero ipsius gravaminibus compacientes vobis tenore presencium committimus et nichilominus in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena mandamus, quatenus ad predictam ecclesiam personaliter accedentes, si predicta vera esse inveneritis, predictos Moyconem . . . et filios eius ex parte nostra moneatis et requiratis, quos et nos et eorum quemlibet presentibus requirimus et monemus, ut ab occupacione bladi et aliis impedimentis et molestiis, quas Ade plebano predicto et sue familie ibidem in C. inferunt a monicione vestra infra sex dies, quem terminum ipsis et ipsorum cuilibet pro termino peremptorio ac monicione canonica assignamus, desistant cum effectu, innotescendo ipsis, quod si secus fecerint contra eos et eorum quemlibet quantum de iure fuerit procedemus. Fidem execucionis vestre nobis presentibus remissis facite modum execucionis vestre sine dilacione totaliter describentes. Datum etc. . .

34. Commissio audiendi causas laycorum pecuniales.

Arnestus etc. . . Discreto viro Marco decano Wolinensi salutem in domino. Cum laici decanatus tui propter remotam distanciam et viarum discrimina et pericula, prout nobis exponere curasti, consistorium nostrum Pragense pro iusticia habenda de clericis, qui ipsis in pecuniis obligantur et e converso accedere non possunt bono modo, discrecioni tue committimus per presentes, quatenus causas pecuniales debitorum et non alias ad valorem duarum sexagenarum grossorum denariorum Pragensium et non ultra se extendentes partibus huiusmodi ad tui presenciam evocatis audire et eas sine debito

conf. I. 124: ‚Ao. 1360, 8. Junii Sbinco . . ad presentacionem Moyconis . . . de Czestinacostel . . ad ecclesiam ibidem per mortem Ade plebani vacantem fuit institutus‘. Vgl. auch Lib. erect. I. 35.

valeatis terminare, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui nominati fuerint etc. . . . presentibus usque ad beneplacitum nostrum tantummodo duraturis. Datum etc. . .

35. Commissio ad archidiaconos, ut corrigant clerum, cum intimacione visitacionis fiende.

Arnestus etc. . Honorabilibus et discretis viris dominis archidiaconis universis et singulis per nostram diecesim constitutis et commorantibus aut eorum vices gerentibus salutem in domino sempiternam. Sollicitudo pastoralis officii nos excitat et inducit, ut negligendo a nobis excussa desidia pro ecclesia et grege dominico nobis superna disposicione commissis et creditis ac ipsorum statu et salute sicut possumus vigilemus. Hinc est quod nos Arnestus archiepiscopus supradictus vobis omnibus et singulis archidiaconis prenotatis in virtute sancte obediencie et sub incriminacione anathematis districte precipimus et mandamus, quatenus omnes et singuli per archidiaconatus vestros in corrigendis subditorum vestrorum excessibus tam plebanorum quam eciam laicorum sitis pervigiles et diligentes. Et quum nostrum omnium salus primo et principaliter in fide catholica consistere dinoscitur, iniungimus vobis [1] circa negocium fidei catholice per parochias et plebes vestras sitis solliciti et intenti et si quid erroris aut quod fidem nostram katholicam in aliquo offendere vel eidem contraire inveneritis ut puta hereticos, scismaticos, usurarios manifestos seu sortilegiis vel aliis supersticiosis adinvencionibus insistentes nobis tam auctores sceleris quam qualitatem facinoris denunciare et intimare sine dilacione procuretis. Insuper volumus et mandamus, ut vos omnes et singuli archidiaconi predicti circa correctionem cleri in vestris archidiaconatibus intendatis et maxime in corrigendo et puniendo concubinarios notorios, contemptores sentenciarum, tonsuram et habitum clericalem non

[1] Vgl. dazu in Statuta prov. Arnesti ‚de officio archidiaconi‘. — Einzelne hier vorkommende Bestimmungen scheinen durch besondere Zeitumstände geboten gewesen zu sein, so z. B. dass man keine neuen Gesänge einführe (vgl. dazu Inhibit. XIV. 2), dass man Kirchhöfe mit Mauern umgeben solle u. a.

habentes seu arma absque causa legitima deferentes, tabernanos, lusores taxillorum et alias insolenter viventes, presertim in criminibus predictis notorie laborantes. Nosque sentencias et penas, quas vos domini archidiaconi predicti antedictis clericis auctoritate nostra, qua tenore presencium vos in hac parte fungi volumus a data presencium usque ad unum annum duntaxat, pro predictis excessibus imponendas duxeritis et eciam infligendas exnunc prout extunc et extunc prout exnunc ratas et gratas habentes, ipsasque presentis scripti patrocinio confirmamus. Inhibeatis eciam eisdem clericis, quibus et nos presentibus inhibemus, quod tunicis et paliis nodulatis vel vocenatis, nec non secularibus et calceis incisis et rostratis omnino non utantur. Ceterum mandamus vobis et vestrum cuilibet, ut inhibeatis omnibus et singulis clericis vestrorum archidiaconatuum, ne infra missarum solempnia aut alia divina officia aliquem novum cantum immisceant vel quid novi interserant nisi ea que de sanctis patribus vel a nobis instituta dinoscuntur. Preterea volumus, precipimus et mandamus, quod vos omnes et singuli archidiaconi predicti statuta nostra et maxime provincialia inviolabiliter teneatis et observetis faciatisque ea a clericis vestrorum archidiaconatuum firmiter observari, quodque vos domini archidiaconi eadem statuta integraliter conscripta circa vos habeatis, ut cum opus fuerit possit ad ea recursus haberi. Mandamus eciam vobis, ut clericos et plebezanos vestrorum archidiaconatuum moneatis et inducatis et si opus fuerit precipiatis eisdem, ut cimitheria suarum ecclesiarum muros vel sepes non habencia cum consilio et auxilio suorum plebezanorum, quos ad hoc hortari mandamus, muro vel sepe muniant et circumdent sub pena unius sexagene gross., quam quilibet plebanus dare et solvere tenetur pro suo cimitherio impendendam, qui mandatum vestrum ymopocius nostrum in predictis non curaverit adimplere. Iniungimus eciam vobis archidiaconis predictis, ut vos et quilibet vestrum plebanis suorum archidiaconatuum insinuare studeat et intimare, quatenus se omnes et singuli ad sancte visitacionis officium digne suscipiendum quanto melius valeant preparent et adaptent, quod in brevi per provinciam et diecesim nostras intendimus exercere divina nobis gracia suffragante. Datum etc.

36. Commissio contra lusores, virginum stupratores.

Ad nostram, quod dolenter referimus, est deductum noticiam, quod nonnulli clerici et presbyteri in bonis monasterii vestri predicti [1] in vicina vestra constitutarum ecclesiarum dei timore postposito suique honoris et status clericalis immemores non causa necessitatis sed ebrietatis tabernas frequentando multos nephandos excessus, verba scurilia et turpia loquendo, arma deferendo videlicet balistas, taxillos ludendo, vicio incontinencie se maculando, quandoque eciam adulteria et stupra virginum perpetrando, furta committendo et a furibus res furatas colligendo ac fures fovendo et quamplura alia, que statum et reverenciam dedecorant clericalem, non verentur exercere. Et licet exstirpacioni et eradicacioni talium excessuum per nos quantum nobis exalto conceditur nostrosque commissarios intenderimus et continue intendamus, tamen doctrinam beati Gregorii dicentis: Sequentes mandata celestia efficacius gerimus, si una cum fratribus nostra onera partiamur, honestati vestre, de qua plenam in domino gerimus fiduciam, committimus per presentes, cum talia quociens in bonis monasterii vestri vel in vicino committuntur et nobis de facili non valeant ocultari, quatenus omnes et singulos clericos et presbyteros in Brodensi et Czaslaviensi decanatibus constitutos eciam si fuerint rectores ecclesiarum parochialium vel alias se in eisdem decanatibus receperint, qui in predictis aut aliquo predictorum excessuum seu eorum que status clericalis honestatem deturpant, culpabiles fuerint, auctoritate nostra, quam vobis presentibus impertimur, rite corrigere valeatis, que pena talium presumencium aliis sit exemplum. Si qua vero ex premissis ex aliqua causa forte emendare vel corrigere non possetis, ad nostram ea audienciam deducere studeatis. Et si quis vobis in premissis aut premissorum aliquo parere non curaverit seu vestrum presumpserit officium perturbare, ipsum ecclesiastica constringatis censura, insuper eum vel eos, cuius vel quorum culpe qualitas id exegerit, per vos, amicos vel familiam vestram captivantes nostris carceribus mancipandum seu mancipandos curetis presentare, presentibus a data presencium per spacium unius anni termino duraturis. Datum etc. . .

[1] Vielleicht Sedlecz.

37. Forma commissionis examinandi ordinandos.

Ex pastoralis officii nostri debito clericis presertim beneficiatis quibus racione beneficiorum ipsorum que in nostra obtinent diocesi ad sacros et precipue sacerdocii ordinis procedendi tempus currit, ne lapsu temporis beneficia ipsa perdant, providere cupientes decrevimus in proximis quatuortemporibus clericorum ordines facere celebrare. Et quia vobis ea que nostris incumbunt humeris libenter committimus facta nostra ideoque ad vestre circumspectionis et specialis devocionis industria plenam in domino fiduciam obtinentes vestre honestati committimus per presentes, quatenus examinacioni clericorum ordinandorum presideatis eosque, quos iusta examinacione premissa dignos repereritis, intitulari ad matricam faciatis per dominum . . . . episcopum . . . nostrum vicarium ordinandos.[1] Inhibentes vobis

[1] Wie in der Einleitung erwähnt wurde, war die Verpflichtung, die höheren (priesterlichen) Weihen zu empfangen, für geistliche Würdenträger nicht allgemein, selbst die höheren und die höchsten geistlichen Würden wurden Clerikern mit niederen Weihen verliehen. Einzelne Beneficien aber (namentlich die Pfarreien) mussten durch Priester besetzt werden. Die Weihe ertheilte der Weihbischof. Bevor ein Cleriker die höhere Weihe empfing, musste er sich einer Prüfung unterziehen und wurde, wenn er diese bestand, in die ‚Matrica ordinandorum' eingetragen, die dem Weihbischof übergeben wurde. Ausserdem musste er sich ausweisen, dass er bereits ein Beneficium oder die Anwartschaft dazu besitze (titulus beneficii). Von dieser Bestimmung wurde nur derjenige dispensirt, der andere (eigene) genügende Einkünfte nachweisen konnte (vgl. Diversa XXIV. 9, 10). Folgende Bruchstücke der ältesten Matrica ordinandorum (vom Jahre 1355) fanden wir auf den Einbanddeckeln des Cod. IV. A. 15 (Univ.-Bibl. zu Prag):

Matrica ordinandorum de a. 1355.

I. Theil.

. . . . . . de mandato Rev. in Christo patris et domini d. Arnesti, s. Pragensis ecclesie archiepiscopi per venerab. in Christo patrem H(ermannum) . . . .

Ecclesia Pragensis. (Es waren viele Namen eingetragen, die aber — weil sie ausradirt wurden und eine spätere Hand darüber geschrieben hatte — jetzt nicht mehr zu lesen sind, ausser:) . . . borius (?) . . . Buzco . . . d. Habardus canonicus Prag. . . . ad tyt. vicarii d. Wilhelmi canonici . . . . .

sub pena anathematis firmiter et precise, ne ad subdiaconatus

---

Weiter unten (wahrscheinlich bereits zu einer andern Collegiatkirche gehörig): . . . . Bohussii canonici . . . . de Cogetin . . . . mansionarii . . . . Henricus canonicus eccl. Pragensis (?) . . . . . . ad tyt. vicarii d. Genczonis canonici eccl. . . . . . . de Pylzna, Nicol. . . . . . . de Polanka, Swatho (?) . . . . . . Bohuss . . . .

Ecclesia Melnicensis:
accolite: Philipus, Jacobus (?), Johannes, Petrus, R . . . (?), Nicolaus, Venceslaus, Andreas, Nicolaus.
subd. Nicol. (?) ad tyt. . . sacristani Melnicensis . . . .
presb. Nicolaus ad tyt. vicarie Symonis canonici eccl. Meln. . . . . Andreas . . . .

De domo s. Karoli canonicorum regul. in Praga:
subd. Venceslaus, Conradus, Philippus, Zawissius, Paulus, Venceslaus, Theodricus.

De domo s. Marie in Glacz:
presb. Johannes, Nicolaus, Petrus.

De domo s. Benedicti in Brewnow:
subd. Petrus, Venceslaus, Sdeslaus . . . .

De domo s. Ambrosii in Praga:
subd. Johannes.

De domo orti s. Marie fratrum Carthusiensium. (Keine Namen).

De domo s. Marie in Aula Regia:
diac. Martinus.

De domo s. Marie in Sedlecz. (Keine Namen).

De domo s. Marie in Pomuk:
accol. Goczwinus.
presb. Henricus.

De domo s. Marie in Plass. (Weggeschnitten).

De domo s. Marie Cruciferorum . . . .
accol. Paulus, Johannes.
subd. Venceslaus, Johannes.
presb. Nicolaus, Paulus.

De domo s. Marie in pedepontis. (Keine Namen).

De domo ss. Petri et Pauli (in Sderaz):
accol. Sudomyr, Pe . . . .

De domo s. Francisci Cruciferorum . . . (Keine Namen).

De domo s. Clementis fratrum praedicatorum:
accol. Jacobus, Johannes On . . . (?), Procopius, Johannes, Martinus, Johannes, Milco, Wenceslaus . . . .
subd. Nicolaus, Tyrmannus, Venceslaus, Martinus . . . .
diac. Venceslaus, Johannes, Johannes, Jacobus, Mart . . ., Zbinco, Martinus, Johannes, Nicolaus, Franciscus . . .
presb. Nicolaus, Laurentius . . .

et sacerdocii ordines alios preterquam beneficia obtinentes aut qui

---

De domo s. Jacobi fratrum minorum:
accol. Salwik, Nicolaus Naeze . . ., Markwardus, Jacobus, Hostyco, Chocyen, Benessius . . . .
subd. Johannes, Albertus, Nicolaus, Johannes, J . . . ., Petrus, Goczlinus, Nicolaus, Franciscus.
diac. Hana, Leo, Johannes, Henzlinus . . . . . Nicolaus.
presb. Franciscus, Mathias, Bussco, Henricus . . . ., Henzlinus.
De domo s. Thome fratrum heremitarum . . .
accol. Johannes, Nicolaus, Lin . . . . . (?), Johannes, Nicolaus, Nicolaus.
. . . . (Das Weitere weggeschnitten).
De tytulo Boleslaviensi:
diac. (?) . . . yetko (?) ad t. medie partis ecclesie in Rozdialowicz, Jablonecz, Wenceslaus ad t. p. e. in . . . (?) . . . . de Zytavia ad t. . . (?), Johannes . . . ., Wenceslaus quondam Ulmanni . . ., Math. Bohusl. de Glatovia.
presb. (?) . . . . Henzlini de Czywietla.
De tytulo Gradicensi:
subd. Nicolaus ad t. p. e. in Trutlini villa, Lipmannus ad t. altaris in ecclesia in Antiquo Fago, Petrus ad t. p. e. in Peczina, Nicolaus ad t. p. e. in Wl . . . (?), Petrus Benesii de Grecz de speciali mandato d. archiepiscopi, Philippus Zdyslai de Grecz . . . .
diac. Johannes Petri de Dobruska, Nicolaus Dalessii de Rokytna, Conradus Hanussii de Rychnaw, Radslaus Georgii de Czastolovicz, Petrus ad t. p. e. in Uhrzyn, Petrus ad t. p. e. in Rybna.
presb. Zdyslaus Zdyslai de Rakownik (?), Johannes S . . . de Bydzowia, Johannes ad t. altaris s. crucis in ecclesia . . . in Grecz, Laurencius pleb. de Mochow.
De tytulo Pylznensi. (Weggeschnitten).

Matrica ordinandorum de a. 1355.

II. Theil.

. . . . quo cantatur Venite adoremus de mandato Rev. in Christo patris et domini d. Arnesti s. Pragensis ecclesie archiepiscopi per ven. in Christo patrem (Hermannum) Narratensem . . . Prag . . . . . celebratis infrascripti clerici in presenti matrica conscripti sunt ordinati.
(Ecclesia Pragensis) . . . clerici, hostiarii, exhorcisce, accolite, (subdiac)oni, diaconi, presbiteri ordinandi procedant.
(Diaconus) . . . ad t(itulum) vicar. domini Johannis de Sta (Sca?) . . . . ecclesie Prag.
(Presb.) . . . vir d. Johannes canonicus ecclesie Pragensis . . .
. . . vir d. Habardus canonicus ecclesie Pragensis . . .
. . . s de Harauicz, Litoldus Andree de Uscz . . .
. . . de Costelecz, Bartolomeus Grego . . .
. . . usk.

ad titulum sufficientis patrimonii per fide dignorum testimonia

---

OO. SS. capelle regie in castro Pragensi. (Keine Namen).
SS. Petri et Pauli apostolorum in Wyssegrado:
accolite ordinandi procedant. (Ein Name nicht mehr lesbar.)
subd. . . . . . .
diac. Henzlinus quondam Conr. de Praga, Zacharias . . de Praga.
presb. . . . Biczanus (?) de Luchaw d. s. g. d. Nicolaus . . . de s. g. d.
De domo s. (Karoli?) canonicorum regularium in Praga:
subd. Cunso.
presb. Venceslaus, Theodricus, Conradus, Venceslaus.
De domo s. Marie in Glacz. (Keine Namen).
De domo s. Benedicti in Brewnow:
presb. Petrus.
De domo s. Marie in Cladrub:
accol. Martinus.
subd. Dypoldus, Johannes.
diac. Swoysie, Jacobus.
presb. Mathias, Dyetlebus.
De domo s. Johannis in Ostrow. (Keine Namen).
De domo ss. Petri et Pauli ap. in Wilemow. (Keine Namen).
De domo s. Laurencii in Opatowicz. (Weggeschnitten).
De domo s. Marie in Aula Regia. (Keine Namen).
De domo s. Marie in Sedlecz. (Keine Namen).
De domo s. Marie in Pomuk. (Keine Namen).
De domo s. Marie in Plass:
accol. (? ein Name).
subd. Petrus.
diac. Henricus, Eyngelbertus, Wilhelmus.
presb. Dyethmarus, Wilhelmus, Johannes.
De domo s. Marie in Grediz. (Keine Namen).
De domo s. Marie in Ossyek. (Keine Namen).
De domo s. Marie ad sanctam Coronam. (Keine Namen).
De domo s. Marie in Sacrocampo. (Weggeschnitten).
De domo s. Marie in pedepontis Prag:
subd. Nicolaus, Busco (?).
diac. Johlinus, Michael.
presb. Venceslaus.
De domo ss. Petri et Pauli ap. in Sderaz:
subd. Valentinus.
diac. Johannes, Sudymyrus.
presb. Symeon.
De domo s. Francisci cruciferorum cum stella:
accol. Petrus.
subd. Henzlinus.
De domo . . . s. Clementis fratrum praedicatorum:
accol. Petrus, Johannes, Leo, Johannes.

docere poterit, recipere aliquatenus presumatis. Datum etc. . .

---

subd. Petrus, Johannes, Ozwaldus, Milco . . . .
diac. Nicolaus, Jacobus, Venceslaus, Dominicus, N . . .
presb. Johannes, Sbinco, Raczko, Johannes, Martinus.

De domo s. Thome fratrum heremitarum in Praga:
subd. Leonardus, Augustinus, Johannes.
diac. Stanislaus, Henricus, Georgius.
presb. Welflinus, Petrus, Zacharias.

De domo s. Crucis de penitencia beatorum martyrum. (Keine Namen).

De domo s. Marie fratrum Carmelitarum in (Praga):
subd. Albertus.
diac. Johannes.
presb. Petrus.

De tytulo Pragensi accoliti ord. proc. . . . . . plebanus ad tyt. parochialis ecclesie in Eylaw.

. . . .

(Diaconi ?) Nicol. Milote de Budecz.

(Presbiteri) . . . cko ad tytulum parochialis ecclesie in Rozdalonicz, Joannes ad t. p. e. in . . . . Venceslaus Ulmanni de Melniko, Johannes ad t. p. e. . . . ecz Woyslaus ad t. p. e. in Arnolticz, Johannes . . . . de Zitavia.

De tytulo Curimensi:
(diac.) Martinus Dobrzate de Rathai.
(presb.) Paulus Krzyzan de Jenicow de speciali gracia domini Ro- . . . . ad tyt. p. e. in Zdysslawicz, Henricus ad t. p. e. . . . . .
. . . .

De tytulo Pylznensi:
diac. Johannes Wernheri de Borr ad perpet. vicariam in . . . lduch.
presb. Johannes ad t. p. e. in Swietecz, Mathias Bohuslai (?) de Glatovia, Paulus Milothe de Chotietow (?).

De tytulo Zacensi:
subd. Reynhardus ad t. p. e. in Dobrzan, Nicolaus ad t. p. e. in Zelina, Dopoldus ad t. p. e. in Tyssow.
. . . .

De tytulo Belinensi:
subd. Tymo ad t. p. e. in Wsseborzycz, qui probavit sufficienter, quod primo anno confirmacionis sue ordines celebrati non fuerunt et quod propter casum, quem fecit, Pragam ad ordines eundo procedere non potuit, quod per instrumentum eciam probavit.
diac. Jacobus Nicolai de Usk.
presb. Johannes Treutlini de Usk, Radslaus ad t. p. e. in Teplicz.

De tytulo Horssoviensi:
subd. Vitus Michonis de Tyn de s. g. d.
diac. Franciscus Conradi de Tusta.

38. Commissio in causa appellacionis.

Arnestus etc. . Honorabilibus viris Bartholomeo decano s[ti] Egidii in Maiori civitate Pragensi et Stephano [1] nostro in ecclesia nostra iam dicta perpetuo vicario, nostris in spiritualibus generalibus vicariis salutem in domino. Causam appellacionis per discretum virum Johannem Vilmanni presbyterum in Curzym a quadam sentencia per dominum Zyfridum [2] custodem Wissegradensem et Venceslaum Plauerii plebanum in Lyssa [3] subexecutores gracie Johanni de Naczeracz per bone memorie dominum Clementem papam sextum ad collectionem, provisionem, presentacionem seu quamvis aliam disposicionem abbatis et conventus monasterii Cedlicensis Cysterciensis ordinis in communi forma facte per nos ut dicitur deputatos, pro ipso Johanne de Naczyeracz et contra predictum Johannem Wilmanni late nuper ad nos interposite et negociis principalibus cum suis dependentibus emergentibus et connexis honestati vestre in solidum presentibus duximus committendam, volentes, quatenus partibus predictis ad vestri evocatis presenciam causam huiusmodi audiatis et eam cum principali nec non dependentibus emergentibus et connexis fine debito decidatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem etc. . Datum etc. .

39. Commissio super purificacione graciarum.

Arnestus etc. . Vicariis nostris in spiritualibus [4] etc. . . Cum ex certis causis extra nostram diocesim cum serenissimo

---

De tytulo . . . . (?)
subd. Nicolaus ad t. p. c. in S . . . . . . sui episcopi.
De dyocese Wratislaviensi, Lubucensi, Ratisponensi. (Keine Namen).

[1] Vgl. Commiss. 33.

[2] Siffridus custos Wyssegr. wird 1349—1355 genannt (Urkunden der Univ.-Bibl. zu Prag. — Tomek, Základy, Wyss. 182).

[3] Venceslaus pleb. in Lissa wird noch 1357 genannt (Lib. conf. I. 18).

[4] Es dürften hier die in der vorangehenden Formel genannten Generalvicare gemeint sein, wie auch die Bezeichnung des Carolus als Romanorum rex auf die Zeit vor der Kaiserkrönung 1355 schliessen lässt.

principe et domino nostro domino Karolo Romanorum rege semper augusto et Bohemie rege nos necessario oporteat proficisci, ne propter nostram absenciam clerici pauperes in purificacione graciarum eis per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Innocencium papam sextum ad collectionem quorumcunque vel quarumcunque in forma communi factarum nec non processibus super graciis huiusmodi fiendis quamlibet retardacionem paciantur, honestati vestre tenore presencium circa purificacionem graciarum earundem et processuum fiendorum super ipsis modo et forma melioribus quibus possumus et valemus plenarie et in totum committimus vices nostras, donec eas ad vos duxerimus revocandas, volentes, quatenus solum deum pre oculis habentes in hiis et aliis per nos commissis taliter procedere debeatis, quod fructum mercedis eterne provide possitis nancisci. Quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari facientes etc. . . . Datum etc. . . .

40. Forma commissionis in causa appellacionis.

Arnestus etc. . Honorabili viro magistro Petro de B. (R? Rosis?) nostro in spiritualibus vicario generali salutem in domino. Cum in causa, que inter nobilem virum dominum Wilhelmum de Strakonicz et presentatum suum Leonem presbyterum ex una ac dominum Bohunconem de Mladyerouicz (Mladějovicz) [1] et presentatum ipsius Przyed (sic) clericum super jure patronatus ecclesie in Gemyn (Jenin?) [2] per mortem Radyslai olim plebani ibidem vacantis parte vertitur ex altera, primo honorabilis vir dominus Welco [3] decanus ecclesie Saccensis, noster commissarius solus et unicus usque ad publicacionem atestacionum exclusive, post hoc vero cum honorabili viro domino Bohuta archidiacono Curimensi in ecclesia nostra Pragensi usque ad diffinitivam senteneiam, quam nobis reservamus et reservanda duximus legitime processisset, sicque non restat aliud nisi quod citatis partibus sentencia diffinitiva

[1] Mladějowice, ein Gut bei Pisek.

[2] Auch in der Nähe von Pisek.

[3] Velislaus de Sedlčau, decanus Saccensis c. 1354—1364 (seit 1362 bei St. Apollinar in Prag).

proferatur. Quare honestati vestre certis ex causis committimus per presentes, quatenus partibus predictis ad certos diem et horam ad audiendam sentenciam huiusmodi per vos evocatis sentencia diffinitiva in persona nostra concepta ipsam in termino huiusmodi et hoc mandato nostro speciali, quam presentibus vobis facimus, in scriptis recitetis et nichilominus expensis litis taxatis apostolos, si per ipsas partes aut alterum ipsarum petiti fuerint, eos ipsis seu alteri ipsarum detis et assignetis, similiter in persona nostra conceptis. Datum etc. . .

41. Forma commissionis super eodem.

Arnestus etc. . Honorabilibus viris dominis Busconi archidiacono Curimensi et Wrativogio ecclesie s^ti^ Christofori in Tin preposito salutem in domino. Causam appellacionis quam honorabilis ac religiosus vir dominus Petrus,[1] abbas monasterii Montis Syon ordinis Premonstratensis, a quadam sentencia per honor. virum dominum Bartholomeum, decanum s^ti^ Egidii in Praga, curie nostre archiepiscopalis Pragensis officialem, pro Martino se gerente pro rectore ecclesie in Radunicz et contra predictum dominum abbatem lata ad nos nuper interposuisse dicitur, de qua propter nostra et serenissimi domini nostri Romanorum et Bohemie regis[2] impedimenta varia cognoscere non valentes, honestati vestre insolidum presentibus duximus committendum, quatenus partibus predictis ad vestri vocatis presenciam causam huiusmodi audiatis et eam cum principali nec non cum dependentibus, emergentibus et connexis fine decidatis canonico, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem etc. . Datum etc. .

42. Commissio in causa appellacionis.

Arnestus etc. . Honorabili viro domino Henrico[3] canonico et custodi ecclesie Olomucensis ac officiali curie nostre archi-

---

[1] Petrus abbas mon. Strahov. 1346—1359.
[2] Deutet auf die Zeit vor 1355.
[3] Vgl. Anm. zu Commiss. 30.

episcopalis Pragensis salutem in domino. Causam, que inter nobiles viros Petrum et Jodocum de Rosemberg fratres et Bernhardum clericum ipsorum presentatum ex una ac Benessium dictum de Chusnyk et Nicolaum clericum similiter ipsius presentatum super jure patronatus et jure presentandi cum omnibus emergentibus et connexis ecclesie in Prczycz parte vertitur seu verti speratur ex altera, vestre honestati duximus et presentibus ducimus committendam mandantes, quatenus partibus predictis et omnibus quorum interest et qui sua crediderint interesse ad vestri evocatis presenciam causam audiatis, eandem ex nunc et in antea virtute commissionis presentis et non auctoritate ordinaria et eam fine canonico decidatis[1] etc. . . Datum etc. . .

43. Super eodem.

Arnestus etc. . Honorabili viro domino Bohute archidiacono Curimensi in ecclesia Pragensi cancellario nostro salutem in domino et debitam diligenciam in commissis. Causam seu causas appellacionis seu appellacionum et negocii principalis, que inter discretum virum Augustinum plebanum in Knyeuis(?) ex una et venerabilem in Christo fratrem nostrum et dominum Johannem episcopum Olomucensem dei et apostolice sedis gracia ac magistrum Conradum auditorem causarum dicti episcopi et Nicolaum carnificem dictum Kuczet civitatis Olomucensis, super certis pecuniarum summis et utilitatem(?) summarum et processuum episcopi et auditoris predictorum vertitur, vertuntur seu verti sperantur parte ex altera, interposite seu interpositarum ex quibusdam certis gravaminibus et presertim de negacione juris communis et repulsione defensionis legitime dicti Augustini interiectis ad nos secundum Pragensis loci metropolitam predicti et proparte Augustini prefati honestati

---

[1] Wir glauben annehmen zu dürfen, die Entscheidung habe gelautet, dass beide Parteien abwechselnd das Patronatsrecht der Kirche in Prczicz ausüben sollen. Für diesmal wurde nämlich Bernhardus confirmirt, dessen Tod 1357 gemeldet wird; an seine Stelle wurde auf Präsentation des ‚Beness de Chussnik, purggravii de Glacz' ein anderer Priester zum Pfarrer in Prczicz ernannt (Lib. conf. I. 34). — Nicolaus wurde Pfarrer von Czrniewes, wo das Präsentationsrecht dem Beness Chussnik gehörte (Lib. conf. I. 17).

vestre cum omnibus dependentibus, incidentibus, emergentibus et connexis presentibus duximus committendam, audiendam et audiendas et fine debito decidendas sive terminandas mandantes, quatenus huiusmodi causa seu causas vocatis qui de jure fuerint evocandi previa racione procedatis facientes etc. . .

44. Commissio subdelegacionis pro audiendis causis.

Arnestus etc. . Literas quasdam sanctissimi in Christo patris et domini domini Clementis etc. . . eius vera bulla plumbea in cordulis canapi pendenti bullatas, non cancellatas, von viciatas, nec in aliqua sui parte ut prima facie videbantur inspectas, nos recepisse noveritis per omnia in hec verba: Clemens episcopus etc. . quibusquidem literis cum ea qua decuit reverencia susceptis nos licet commissum nobis negocium libenter fuissemus executi, arduis tamen, ecclesie nostre propediti negociis cognicioni cause nobis commisse intendere non valemus, unde de circumspectione vestra plurimum confidentes vobis tenore presencium subdelegamus vices nostras, quatenus in causa huiusmodi nostro et vestro nomine facere velitis, quod de iure foret faciendum. Nos enim ratum et gratum etc. . .

45—47.

(Formeln ähnlichen Inhalts, die aber — weil sämmtliche Namen ausgelassen sind — wenig bieten).

48. Commissio ad audiendas et decidendas causas ecclesie Melniczensis.

Honorabili viro domino Ja[1] . . preposito Melniczensi salutem in domino. Cum propter varia negocia, ad que pastoralis cura nos sollicitat humeris nostris incumbencia profectibus ecclesie Melniczensis et personarum ipsius hac vice personaliter intendere non possumus, nos tamen ecclesie et personarum iam

[1] Johann von Landstein (?), vgl. Monit. II. 8.

dictarum commodis quantum valemus ipsarum submovendo incommoda, ne persone dicte ecclesie coram nobis aut officiali nostro Pragensi tracti in causam occasione tali coram nobis aut iam dicto officiali contendendo iniure cogantur ecclesie predicte debitum solvere, subtrahere officium, cum sit pocius contrarium faciendum et non sine magno suo et ipsius ecclesie litigare dispendio prospicere cupientes, discrecioni vestre, de qua plurimam in domino fiduciam obtinemus tenore presencium committimus omnino volentes, quatenus auctoritate ordinaria, quam vobis impertimur presentibus, de causis omnibus tam presentibus quam futuris, maioribus, mediocribus et minoribus, eciam si privacionem, destitucionem seu deposicionem beneficiorum exposcant, cum omnibus et singulis dependentibus etc. . inter et contra canonicos, plebanum, ministros et alias personas quascunque ecclesie sepedicte cognoscatis et eas debito juris ordine . . . decidatis facientes in ipsis et earum qualibet quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observare. Si qui vero de canonicis aut plebanis ministri seu alie persone dicte ecclesie circa ipsam residere contempserint, ipsos et eorum quemlibet per penam privacionis, quam auctoritate predicta per vos, si eorum culpa id postulaverit, in ipsos promulgari volumus, citetis ad continuam residenciam personalem. Nos enim quidquid . . . rite feceritis ratum et gratum habebimus etc. . . Vos itaque inter personas dicte ecclesie et super ipsis iuxta premissa omnia et singula nostrum constituimus officialem foraneum et eciam ordinamus presentibus vero post biennium minime duraturum. In cuius rei testimonium etc. . . .

49. Forma commissionis ad visitandum ecclesiam (s^ti Egidii).

Arnestus etc. . Honorabilibus viris dominis Johanni Paduano decano Wissegradensi, officiali curie nostre archiepiscopalis Pragensis et Onssoni archidiacono Belinensi salutem in domino. Cum visitacionis officium a sacris canonibus ad corrigendum et reformandum ea que correctione et reformacione indigent sit institutum, nos quoque ex hiis, que dum alias Prage essemus per honorabilem virum dominum Bartholomeum decanum s^ti Egidii in Maiori civitate Pragensi exhibita fuissent

coram nobis perpendimus, ecclesiam s^{ti} Egidii officio visitacionis indigere, verum quia arduis ecclesie nostre prepediti negociis ad presens visitacionis officio personaliter operam dare non possumus ut vellemus, eapropter intuitum ad vos et consideracionem dirigentes mentis nostre vobis in virtute s. obediencie per presentes districte precipiendo mandamus, quatenus quam primum poteritis ad locum predictum ecclesie s^{ti} Egidii accedere personaliter debeatis sancte visitacionis officium auctoritate nostra . . . sollicite et diligenter tam in capite quam in membris et specialiter super articulis, quos predictus d. decanus vobis tradiderit, impensuri corrigentes corrigenda et reformantes que videritis reformanda, maiora tamen si que fuerint ea ad nos volumus perferri. Quod quidem officium impensuri omni metu, timore, amore et odio postpositis solum deum pre oculis habentes via regia incedatis volentesque ea que tenenda et observanda in posterum decreveritis in scriptis faciatis per notarios publicos redigi, ne de ipsis seu ipsorum aliquo inposterum dubium aliquod possit suboriri. Datum etc. . .

50. Forma commissionis alicuius clerici, qui habet graciam a papa.

Arnestus etc. . Honorabili viro domino Bartholomeo decano s^{ti} Egidii in Maiori civitate Pragensi salutem in domino. Henricum natum quondam Nicolai de Glacz pauperem clericum ad vos transmittimus volentes, ut informacione super legittimacione et bona conversacione ab eo recepta ipsum habilem ad graciam per sedem apostolicam sibi factam pronuncietis mandantes eidem, ut processibus conquisitis ut est moris ad nos veniat pro sigillandis eisdem in signum comprobacionis vestre eum ad nos cum vestris literis remittentes. Datum etc. . .

51. Forma commissionis super appellacione a sede apostolica.

Clemens episcopus etc. . dilecto filio . . . preposito ecclesie Olomucensis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecte filie . . . et . . . de Bubouicz sorores, patrone paro-

chialis ecclesie eiusdem loci de Bubouicz Pragensis diocesis peticione monstrarunt, quod licet ipse sorores duntaxat essent vere patrone dicte ecclesie et in pacifica possessione vel quasi juris presentandi rectorem ad ipsam ecclesiam et ad eandem ecclesiam tunc vacantem Sdyslaum de Horka, clericum dicte diocesis bone memorie Johanni episcopo Pragensi infra tempus legitimum canonice presentassent, tamen Jaroslao et Gallo de Brzyeznycz fratribus laicis dicte diocesis false asserentibus, se veros patronos dicte ecclesie et indebite se opponentibus presentacioni predicte, ortaque propterea super premissis inter sorores ex parte una et fratres predictos ex altera coram eodem episcopo non ex delegacione apostolica materia questionis prefatus episcopus causam huiusmodi Bohute archidiacono Curimensi in ecclesia Pragensi audiendam commisit et fine debito terminandam. Coram quo in judicio comparentibus partibus supradictis, dictisque sororibus petentibus pronunciari jus patronatus eiusdem ecclesie ad ipsas tantummodo pertinere ac eundem Sdyslaum instituendum fore et institui in ecclesia supradicta, tandem idem archidiaconus cognitis ipsius cause meritis et juris ordine observata finaliter pronunciavit jus patronatus dicte ecclesie ad premissas duntaxat pertinere sorores dictumque Sdislaum instituendum fore in ecclesia supradicta. A qua quidem sentencia predicti fratres asserentes eam unquam fore ad sedem apostolicam appellarunt et super appellacione huiusmodi cum ipsarum sororum sicut asserebant perhorrescentes potenciam eas infra civitatem et diocesim Pragensem non possent convenire secure apostolicas ad dominum decanum Pathaviensem sub certa forma literas impetrarunt dictasque sorores fecerunt in causa appellacionis huiusmodi coram prefato decano ad iudicium evocari, qui perperam in causa huiusmodi procedens eandem sentenciam contra justiciam infirmavit, propter quod pro parte dictarum sororum ad sedem fuit apostolicam appellatum eandem. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus de utroque processu legitime cognoscens illum quem legitimum inveneris appellacione remota approbes reliquo sicut iustum fuerit infirmato.[1] Datum etc. . .

[1] Nach Lib. conf. I. 150 ist die Entscheidung des päpstlichen Schiedsrichters zu Gunsten der Gebrüder von Brzeznicz ausgefallen (,Andreas presb. ad ecclesiam in Bubowicz de consensu d. Jaroslai de Brzeznicz . . fuit translatus' 1361, 14. Aprilis).

52. Forma commissionis super appellacione.

Arnestus etc. . Honorabilibus viris dominis Bohute cancellario nostro et Hostislao [1] decretorum doctori, officiali curie nostre archiepiscopalis Pragensis salutem in domino et debitam diligenciam in commissis. Cum honorabilis vir magister Henricus canonicus et custos ecclesie Olomucensis in nostri constitutus presencia a venerabili in Christo patre fratre nostro Johanne episcopo Olomucensi certis ex causis ad nos velut ad metropolitanum suum plures appellaciones et precipue a privacione et spoliacione custodie dicte ecclesie et provisione seu collacione eiusdem discreto viro magistro Theodorico de Nova Domo [2] per eundem dominum episcopum Olomucensem factis dudum se asseruerit et asserat interposuisse volens easdem prosequi coram nobis, nos vero multis et arduis nostre ecclesie propediti negociis cognicioni appellacionum earundem non valentes intendere, de industria ac circumspectione vestris plenam gerentes confidenciam, easdem causas appellacionum et principalis cum dependentibus et emergentibus vobis audiendas tenore presencium committimus fine debito decidendas etc. . . Datum etc. . .

53. Commissio absolucionis imparciende aliquibus.

Arnestus etc. . Discreto viro etc. . . Quia ex insinuacione, quam nuper in archidiaconatu . . . per certas personas fecimus . . . de . . . et . . . de . . . ecclesiarum plebanos invenimus sentencia excommunicacionis nodatos pro eo et ex eo, quod mulieres suspectas tenuerit in suis domibus contra constitucionem synodalem et quia sic excommunicati existentes se divinis ingesserunt, ob quod non est dubium, eos et eorum quemlibet notam irregularitatis incurrisse. Quare tibi committimus . . . quatenus recepto a quolibet ipsorum iuxta formam ecclesie solito iuramento ipsos a sentencia excommunicacionis . . . absolvas . . . . ., super irregularitate vero sic contracta,

---

[1] Vgl. Commiss. 30.

[2] Sohn des Diviss von Neuhaus; vgl. Ott, Receptg. S. 48.

cum ad hoc potestas nostra se non extendat, mandamus tibi, ut iuxta discrecionem a deo tibi datam ecclesiis ipsorum de personis ydoneis provideas, qui eas in divinis officient et plebezanis sacramenta ministrent tamdiu donec super irregularitate sic contracta dispensacionis beneficium mereantur obtinere, inhibentes eis expresse, ut ante dispensacionem nullus ipsorum se divinis officiis ingerere presumat, si penam carceris perpetui cupit evitare[1] etc. . . .

54. Commissio super lesione presbyteri cum cause inquisicione.

Vobis decano Chinoviensi committimus per presentes, quatenus de personis, que . . . . viceplebanum ecclesie in Tuczap in curia dotis et eciam in ecclesia male tractarunt et gravibus vulneribus et eciam verberibus affecerunt, et nominibus cognominibus ac locis earum nec non de causa contencionis facte inter ipsos inquiratis diligencius veritatem et hoc quod inquisieritis nos de hoc vestris clausis literis clare et distincte a recepcione presencium infra 8 dies informare studeatis. Testes autem etc. . Datum etc. . .

55. Forma visitacionis, quando archiepiscopus vult visitare diocesim sui suffraganei.

Arnestus etc. . Venerabili fratri nostro in Christo domino . . . episcopo Olomucensi et honorabilibus viris . . . decano, . . . preposito, . . . archidiacono, . . . scolastico totique capitulo ecclesie eiusdem salutem in domino. Cum divina disponente clemencia meritis et intercessione beatorum martirum patronorum nostrorum Viti, Wenceslai atque Adalberti nec non Serenissimorum principum dominorum nostrorum Johannis quondam regis Boemie, illustris et invictissimi principis domini Karoli Romanorum regis semper augusti et Bohemie regis sui primogeniti procuracione ecclesia nostra in metropolitanam sit erecta, ita ut que prius erat discipula, filia et

[1] Vgl. Commiss. 32.

subiecta modo facta est mater et magistra et domina. Ne igitur, qui eidem ecclesie licet immeriti deo propicio sumus prefecti, de negligencia et remissione contra statuta canonum quoquomodo notari possemus, ne eciam sanquis subditorum nostrorum, de quorum salute racionem in districti judicii examine reddituri sumus, de nostris manibus requiratur, sancte visitacionis officium in ecclesia, in civitate et diocesi vestris tam in capite quam in membris duximus instaurandum, quod seu quam in die beati . . . apostoli proxime secuturo cum continuacione dierum sequencium propria in persona adiuvante domino intendimus inchoare. Quare vobis domino Johanni episcopo Olomucensi, fratri nostro in Christo karissimo, nec non honorab. viris decano etc. . . ecclesie Olomucensis predicte precipimus et mandamus, quatenus ad sancte visitacionis officium suscipiendum, quod in die predicta in ecclesia vestra iam dicta dante domino ut premittitur sumus incepturi, sic vos preparare et disponere una cum subditis vestris clericis et laicis debeatis, quod commendari pocius quam notari in aliquo valeatis. Sed quam procuracionem nobis in pecunia vel in victualibus inpendere tenemini secundum sacra canonum instituta, ideo vobis una cum clero vestro concordari placeat, utrum in victualibus vel in pecunia procuracionem huiusmodi nobis velitis exhibere, super quo nos ante adventum termini superius expressi certos reddatis. Si autem aliquibus causis emergentibus nos visitacionis sancte officium personaliter impendere nequiverimus, extunc honorabilibus viris dominis Johanni Padwano decano Wissegradensi, decretorum doctori et magistro Stephano archidiacono Lithomericensi, [1] nostro prothonotario, quoad visitacionis huiusmodi officium cum omnibus ipsius incidentibus, dependentibus et emergentibus tam in capite quam in membris exercendum vices nostras in totum et per omnia, donec eas duxerimus revocandas, commisimus et presentibus duximus committendum. Quibus cum ad vos venerint debitas honorificenciam et reverenciam impendatis, quidquid enim reverencie, honoris et favoris eis ac sibi adherentibus inpenderitis, nobis reputabimus fore factum. Vobis nichilominus Olomucensi, Preroviensi, Brunensi, Znoymensi et Nausoburgensi archidiaconis presentibus in virtute sancte obediencie

[1] Vgl. Commiss. 22.

mandantes, quatenus singulis clericis et regularibus et secularibus nec non et laycis in vestris archidiaconatibus constitutis insinuare debeatis sine mora, ut et ipsi dum ipsis intimabitur sint parati ad sancte visitacionis officium cum honore et reverencia debitis humiliter suscipiendum.[1] Datum etc. . .

56. Commissio cohercionis super non solucione decimarum bona.

Arnestus etc. . Quia nonnulli sunt ecclesiarum rectores in diocesi nostra, qui decimam papalem pro plurimis terminis solvere non curarunt et qui occasione non solucionis ipsius decime sentenciis excommunicacionis et suspensionis ac interdicti innodati existentes se divinis officiis immiscuerunt et sic plures ex eis irregulares sunt effecti, quare ne tales protervi de sua inobediencia et rebellione commodum valeant reportare, honestati vestre, de qua plenam in domino fiduciam gerimus, committimus per presentes, quatenus eos omnes et singulos, qui predictam decimam non solverunt, auctoritate nostra, quam vobis presentibus impertimur, ad solucionem ipsius per excommunicacionis, suspensionis et interdicti sentencias compellatis, contra eos vero etc. . .

57. Commissio contra illos, qui allegantes quedam privilegia decimam dare contradicunt.

Gerardus[2] etc. . Intelleximus, quod quidam prelati exempti vestre diocesis occasione privilegiorum que allegant de pecunia racione procuracionis[3] nobis debite respondere non curant. Quare tenore presencium in totum et per omnia vices nostras

---

[1] Diese Visitation hat wahrscheinlich noch vor der Ausgabe der ,Statuta Arnesti' stattgefunden. Dudík (Arch. f. österr. Gesch. Bd. 41, S. 198) setzt die Visitation der Olmützer Kirche durch Erzbischof Arnest vor oder in das Jahr 1349.

[2] Vgl. Process. VI. 4.

[3] Ueber die Verpflegung der päpstl. Nuncien s. Diversa XXIV. 72—74. Ueber die Verpflegung der früheren Metropoliten von Mainz s. Palacky, Formelb. I. 127.

vobis committimus, quatenus si tales prelati per vos requisiti de summa eos racione nostre contribucionis tagente vobis de ipsa plene et integre non curarunt respondere, auctoritate nostra ymo verius apostolica non obstantibus privilegiis, que allegant, eos ad persolvendum onus eis inpositum ecclesiastica compellatis censura, ipsis tandem, si humiliter pecierint absolucionis beneficium iuxta formam ecclesie inpensuri. Datum etc. . .

58. Commissio denunciacionis super plebano interfecto.

Pervenit ad nos, quod dolenter referimus, quod quidam laicus dictus Welys de Swarov (?) dyabolo instigante bone memorie Stiborium plebanum ibidem interfecit. Quare tibi . . . decano Uscensi committimus et mandamus, quatenus si ita esse repereris predictum Welissium in Sworov et in aliis omnibus decanatus tui ecclesiis una cum omnibus illis, qui sibi ad hoc crimen perpetrandum concilium, auxilium vel favorem dederunt excommunicatos sicut sunt denuncies et denunciari facias etc. . . tamdiu donec ad cor reversi a judice competenti beneficium absolucionis meruerint obtinere, et nichilominus si predictum laicum constiterit esse patronum ecclesie predicte in ipsa ecclesiasticum facias servari interdictum, quod nos ex nunc prout ex tunc ponimus in hiis scriptis, provideas eciam quoad alia sepultura excepta plebs eiusdem ecclesie in nullo negligatur, fidem etc. . .

59. (Pro reformacione post visitacionem.)

(Von einer spätern Hand geschrieben.)

Arnestus dei gracia etc. universis prelatis, canonicis, ministris, vicariis, clericis ac ceteris personis ecclesie Boleslaviensis nostre Pragensis diocesis salutem etc. Inter cunctas solicititudines incumbentis pastoralis officii nos cura solicitat, ut ecclesiarum periculosis incommodis oportune reformacionis remediis succurramus illis precipue, que nostre direccioni immediate subiecte reverende antiquitatis et magnifice dignitatis titulis sunt pre ceteris insignite, ne de torpore seu negligencia redargui sed de talento nobis credito racionem in districto judicio reddere valeamus. Dudum siquidem Boleslaviensem

ecclesiam, in cuius limine gloriosus patronus noster beatus Venceslaus gladiis impiorum occubuit, sanctorumque apostolorum Simonis et Jude et beatorum martyrum Benedicti, Mathei, Isac atque Cristini corpora et multe alie sanctorum reliquie requiescunt, nobis personaliter visitantibus, quamvis statum ipsius laudabilem invenerimus tamen ad conservacionem et ad corroboracionem perpetuam status ipsius infrascripta, que ex ipsius visitacionis sentencia necessaria et oportuna facere congnovimus, duximus annectenda. Statuimus igitur et perpetua ordinacione sancimus[1] . . . . (Das weitere wurde nicht geschrieben.)

IV. Dispensationes.

Der Erzbischof konnte entweder aus eigener Macht oder durch päpstliche Vollmacht von einzelnen Kirchenvorschriften Dispensationen ertheilen; so war es z. B. häufig der Fall mit der Erlassung der Residenzpflicht (vgl. die Citationes) und auch mit anderen Bestimmungen der Statuten, wie bezüglich der unehelichen Geburt und Unkeuschheit bei Priestern, Blutsverwandtschaft bei Heiraten u. dergl. Nr. 5, 11 und 12 betreffen Dispensationen von kirchlichen Strafen, welche über Anhänger Ludwigs des Baiern verhängt wurden. Nr. 1 und 2 sind nicht ohne Interesse; der Leitmeritzer Probst Tammo erscheint beschuldigt seine Pfründe ,per abusum secularis potencie et pravitate symoniaca' erworben zu haben, der Papst ertheilt ihm Dispens davon, nachdem Tammo eine nicht unbedeutende Summe zu zahlen sich verpflichtet hatte; um aber wenigstens den Schein des Rechtes zu wahren, verzichtet Tammo auf die Pfründe, um sie aus den Händen des Erzbischofs sogleich wieder zurückzubekommen. Aehnliches sagt Nr. 3. Der Unruhen im St. Georgskloster und der Widerspenstigkeit der Aebtissin wurde schon früher gedacht; durch die Dispensation Nr. 23 wird die Angelegenheit beendet. Zu erwähnen ist noch, dass die Formeln Nr. 28—30 vom letzten Bischof Johann IV. von Drazic (1301—1343) stammen.

[1] Es folgten wahrscheinlich die Statuta ecclesiae Boleslaviensis, die man bisher noch nicht gefunden hatte. Vgl. Dispens. IV. 15.

1. Incipit titulus dispensationum et primo cum intruso et symoniaco ex commissione apostolica.

Nos Arnestus etc. . Tenore presencium ad universorum noticiam cupimus pervenire, nos sanctissimi in Christo patris et d. domini Clementis pape VI. literas eius vera bulla plumbea in filis canapeis pendenti bullatas non cancellatas, non abolitas, non viciatas, non rasas nec in aliqua sui parte suspectas sed . . . omni vicio nota ac suspicione carentes recepisse per omnia in hec verba: Clemens episcopus etc. . . (inseratur totus tenor literarum apostolicarum, tandum dicatur): Quibus quidem literis cum ea qua decuit reverencia susceptis cupientes ac volentes officium nobis commissum et iniunctum fini debito demandare, literas huiusmodi solempniter et publice in ecclesia nostra Pragensi ante solempnia missarum presente hominum multitudine copiosa fecimus publicari, quibus publicatis et notificatis tempore aliquo post publicacionem literarum earundem decurso honorabilis vir dominus T . . . .[1] prepositus etc. . . nostram accedens presenciam honor. viro domino Johanni dicto Padwano, decano ecclesie s^ti^ Petri in Wyssegrado, collectore sive nuncio[2] in partibus Bohemie pro camera domini nostri pape predicti deputato nobis assistente petivit humiliter, dicebat se intellexisse suam preposituram iam dictam per abusum secularis potencie et pravitate symoniaca intervenientibus forte adeptam, quamvis de predictis et ipsorum aliquo ipsum consciencia non remordebat ad cautelam tantum et ut alii, qui tantummodo famam bonam homini lacerare suis venenosis dentibus nituntur et laborant, in sua venenatica malicia obruantur, secum in predictis vigore literarum predictarum dispensari et super fructibus de prepositura predicta medio tempore per ipsum aut quemcunque alium eius nomine perceptis seu qui

[1] Tammo (Thamo) = Timotheus Pflug von Rabstein bis c. 1349 Probst von Leitmeritz (Frind II. 153).

[2] Jene Geistlichen, welche durch päpstliche Gnadenbriefe eine Pfründe erlangten, mussten dafür gewöhnlich die Hälfte ihrer Einkünfte im ersten Jahre (medios fructus) an die päpstliche Kammer zahlen. Zur Einforderung dieser und anderer päpstlicher Einkünfte ernannte der Papst gewöhnlich aus dem einheimischen Clerus seinen Collector (collector fructuum camerae apostolicae).

percipi poterant componi, suplicans eciam cum instancia, sibi preposituram antedictam conferri de novo ac dicens, se velle facturum omnia et singula que sibi iuxta formam apostolicarum literarum imponerentur. Nos vero laudabile propositum bonam voluntatem considerantes, advertentes prostratis et humilibus graciam fore impendendam cum prefato domino T. preposito super duabus notis predictis auctoritate sedis apostolice nobis in hac parte specialiter commissa dispensavimus et presentibus dispensamus volentes, quod predicta seu ipsorum aliquid sibi in quibuscunque actibus legitimis aut eciam honoribus, dignitatibus seu beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura iam adeptis seu inposterum adipiscendis nullum posset prejudicium seu impedimentum generare, ipsum si necesse est presentibus ad ea habilitantes et alia quecunque predictis impedimentis non obstantibus habilitantes ac habilem et ydoneum pronunciantes. Cui eciam mandamus, ut realiter cum effectu dimitteret preposituram predictam, quod dum fecisset eidem in manibus nostris sponte et libere renuncians assistente nobis domino Johanne Padwano collectore sive nuncio domini pape predicto prefatus dominus T. super omnibus et singulis fructibus, redditibus et proventibus prepositure predicte per eum vel alium eius nomine medio tempore perceptis, ut eos suos faceret de 250 flor. auri in quinque terminis se continuo sequentibus, incipiendo videlicet in festo beati Gregorii proxime venturo et post hoc in festo s[ti] Galli et sic deinceps usque ad extenuacionem 250 flor. auri summe predicte nobiscum domini nostri C. pape predicti camere nomine exposuit et pactavit petens sibi de novo conferri preposituram predictam ac ipsum investiri de eadem. Cuius peticioni annuentes preposituram s[ti] Stephani in Lithomericz predictam sibi auctoritate predicta receptoque prius ab eo solito iuramento contulimus, eum per capucium quod in manu nostra tunc tenebamus investivimus de eadem decernentes exnunc irritum et inane, si secus a quocunque quidquam in contrarium dispensacionis nostre contingerit. Nulli ergo homini liceat hanc paginam nostre dispensacionis et eorum que superius expressa sunt infringere vel ei ausu themerario contraire. Si quis autem hoc temere attemptare presumpserit, indignacionem dei omnipotentis et beatorum martyrum patronorum nostrorum Viti, Venceslai atque Adalberti

et nostram se noverit incursurum. In quorum enim testimonio presentes fieri iussimus et sigillorum nostrorum appensione iussimus communiri. Datum etc.

2. Forma instrumenti super dispensacione Symoniacorum ex commissione apostolica.

In nomine domini etc. . In mei notarii publici testiumque presencia subscriptorum honorabilis vir dominus T. prepositus etc. . in presencia . . . Arnesti etc. . constitutus, honor. viro Johanne Padwano decano etc. collectore sive nuncio in partibus Bohemie pro camera domini C. pape deputato sibi assistente, petivit humiliter et ad cautelam quod intellexerat, se preposituram predictam per abusum potencie secularis et eciam pravitate symoniaca interveniente fore adeptum, licet tamen ipsum de predictis et predictorum aliquo consciencia in nullo remorderet secum in predictis dispensari et super fructibus medio tempore perceptis de bonis prepositure predicte componi, sibique eciam preposituram antedictam cum instancia supplicans de novo conferri etc. . . (Siehe die vorhergehende Formel.)

3. Forma dispensacionis cum symoniaco (et super etate).

Nos Arnestus etc. . tenore presencium ad universorum noticiam volumus pervenire, nos sanctissimi patris etc. . . . literas . . . recepisse per omnia in hec verba: Clemens episcopus etc. . . Veniens igitur ad nostram presenciam Busco quondam Busconis de Lestyan nobis insinuacione monstravit, quod ipso in minori etate existente ecclesiam parochialem in Holot (sic), cui animarum cura imminet, per pravitatem symoniacam est adeptus, ac ipsam ecclesiam parochialem ab ipso tempore usque nunc continue tenuit, rexit et de facto possedit in sue et plebis eiusdem parochie animarum periculum non modicum et grandem consciencie lesionem, fructus, proventus, redditus et utilitates inde ex ipsa provenientes percipiendo, ipsosque sibi dampnabiliter inbursando, verum quod de et super commissis penitencia ductus corde contrito nobis humiliter supplicare curavit, quatenus auctoritate apostolica nobis in hac

parte specialiter concessa secum tam super defectu etatis, in quo tempore adepti beneficii erat constitutus, quam super vicio symonie predictis dignaremur misericorditer dispensare. Nos considerantes itaque . . . canonum instituta etc. . . ., insuper puram et laudabilem intencionem dicti Busconis ad cor et ad mentem sanam redeuntis . . . . . et dimisso per eum prius vere et realiter in manibus nostris beneficio ecclesiastico predicto, quod de facto tantummodo obtinebat, super defectu etatis et symoniaca pravitate predictis nec non super fructibus, proventibus, redditibus, utilitatibus et obvencionibus, quos occasione dicte ecclesie percipere potuit ac diligens pater familias percipere potuisset auctoritate apostolica nobis in hac parte specialiter demandata et secundum formam ipsius cum ipso misericorditer in domino dispensare curavimus et presentibus dispensamus, dictam ecclesiam sicut premittitur in manibus nostris resignatam et dimissam suis sibi suffragantibus meritis sibi de novo canonice conferentes ipsum in eadem rectorem legitimum instituimus et plebanum ac decernentes, quod predicta seu ipsorum aliquid in quibuscunque sibi actibus legittimis aut eciam honoribus, dignitatibus seu beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura iam adeptis seu inposterum adipiscendis nullum possint inpedimentum seu preiudicium generare etc. . .

4. Forma dispensacionis super receptione canonici de novo contra statutum synodale (quo cavetur, quod ultra unam personam ad non vacantes prebendas nullus recipiatur).

Arnestus etc. . Honorabilibus viris dominis p. decano, p. scolastico totique ecclesie nostre iam dicte capitulo salutem in domino. Ut honor. virum dominum Jo. etc. . . exhibitorem presencium in canonicum predicte nostre ecclesie et in fratrem vestrum recipere valeatis statuto nostro provinciali super hoc edito, quo cavetur, quod ultra unam personam in prefata ecclesia plures prebendas . . non vacantibus (sic) non recipiantur in canonicos, non obstante, certis et iustis ex causis vobiscum et secum quod recipi possit tenore presencium generose dispensamus etc. . .

5. Forma absolucionis Bauarorum (Pernau).

Arnestus etc. . commissarius ad infra scripta a sede apostolica deputatus, tenore presencium recognoscimus, quod nos auctoritate sanctissimi in Christo patris et domini d. Clementis pape VI. servatoque tenore commissionis ab eodem d. Clemente papa sexto nobis facte, discretum virum The . .[1] etc. . plebanum de Perman (sic)[2] Ratisponensis diocesis cum omnibus et singulis suis plebezanis sexus utriusque nec non familiaribus ipsorum ac eciam defunctis per ipsum The . . . procuratorem predictorum plebezanorum habentem ad hoc speciale mandatum a nobis humiliter infra scripta petentem pro se et nomine procuratorio pro predictis ab excommunicacionis, suspensionis et interdicti aliisque penis et sentenciis quibuscunque a jure vel ab homine in ipsum seu ipsos prolatis, quas inciderunt occasione processuum contra quondam Luduicum de Bauaria suosque fautores et sibi adherentes per plures romanos pontifices olim promulgatorum premissa ipsius Petri et nomine procuratorio pro predictis confessione, receptoque ab eodem Petro suo procuratorio nomine pro predictis iuramento de parendo mandatis ecclesie et aliis articulis observandis contentis in commissione predicta secundum formam ecclesie, ipsum Petrum suo ac omnes et singulos predictos procuratorio nomine absolvimus omnes eciam defunctos parochie sue predicte contritos et confessos et eos in quibus apparuerunt signa contricionis iniuncta ipsis pro modo culpe penitencia salutari, a predictis sentenciis absolvimus, ipsos sic absolutos publice denunciamus in hiis scriptis, nichilominus eciam cum P. in Pernau super irregularitate per eum occasione dictorum processuum quomodocunque contracta misericorditer in domino dispensando ac eum ad ecclesiastica beneficia, que nunc obtinet et in futurum obtinebit, plebezanos quoque ipsius supradictos cum liberis ipsorum ad omnes actus legitimos habilitando, addicentes si contra huiusmodi per eos iurata fecerint cum effectu, quod exnunc prout extunc in priores sentencias relabantur ipso facto.

---

[1] Soll ‚Petrus‘ heissen, wie aus dem Nachfolgenden ersichtlich ist.

[2] Pernau oder Bernau.

Interdictum insuper in predicta ecclesia in Pernaw positum similiter presentibus relaxamus. In quorum omnium testimonium [1] etc. . . .

6. Forma absolucionis plebani qui beneficium suum permutavit ad aliam diocesim ab obediencia.

Arnestus etc. . Honor. et religiosis viris . . . administratoribus in spiritualibus et temporalibus episcopatus Lythomislensis [2] salutem in domino. Cum Petrus presbyter olim rector ecclesie parochialis in Lychnow theutunicali nostre diocesis, exhibitor presencium, eidem ecclesie sue ex causa permutacionis, quam cum Wolf . . . olim plebano in Sambr. . . vestre diocesis Lythomyslensis facere intendit in manibus nostris renunciaverit, quem ab obediencia nostra absolventes ad vos remittimus, quatenus eum in hiis, que ad officium vestrum pertinere dinoscuntur, graciosius velitis expedire. Datum etc. . .

7. Dispensacio auctoritate sedis apostolice super defectu natalium.

Arnestus etc. . Universis Christi fidelibus, ad quos presentes pervenerint, salutem in domino. Literas reverendissimi etc. ipsius sigillo in filis albis et rubeis pendenti sigillatas per . . . de . . . nobis presentatas cum ea qua decuit reverencia nos recepisse noveritis etc. . . . Quibus quidem literis per nos . . susceptis suplicatum nobis per . . . predictum humiliter et cum instancia existit, ut ad execucionem contentorum in literis huiusmodi procederemus. Nos vero suplicacioni predicte favorabiliter inclinati per prefatum dominum de . . . nobis commissa debite execucioni demandare volentes de omnibus et singulis in eisdem literis contentis inquisicionem fecimus diligentem, et quia nichil invenimus, quod ipsum a gracia dispen-

---

[1] Vgl. dazu Disp. 11. 12. — Bezüglich der Absolvirung der Anhänger Ludwigs des Baiern durch den Papst s. Pelzl, Karl IV. Bd. I, S. 206 (Urkunde dd. 7. December 1347).

[2] Johann, der erste Bischof von Leitomischl, starb 1355; sein Nachfolger war der berühmte Kanzler Karls IV., Johann von Neumarkt.

sacionis huiusmodi removeret, cum ipso auctoritate nobis per prefatum dominum . . . in hac parte specialiter concessa non obstante, ad omnes posset ordines promoveri et beneficium ecclesiasticum, eciam si curam animarum haberet, obtinere secundum formam commissionis predicte et non aliter dispensavimus et presentibus dispensamus. In quorum etc. . .

8. Forma dispensacionis super eodem.

Arnestus etc. Universis etc. . . Literas sanctissimi in Christo patris et domino d. Innocencii providencia pape VI. etc. . . . per Nicolaum scolarem de Milyczyn nobis presentatas . . . nos recepisse noveritis de verbo ad verbum tenoris infrascripti: ‚Innocencius etc. Venerabili . . archiepiscopo Pragensi salutem etc. . . Ex parte dilecti filii Nicolai de Miliczyn scolaris tue diocesis fuit nobis humiliter suplicatum, ut cum eo, qui sicut asserit ascribi desiderat milicie clericali, super defectu natalium quem patitur de presbytero genitus et soluta, quod huiusmodi non obstante defectu ad omnes ordines promoveri et unum cum cura et aliud sine cura beneficia ecclesiastica obtinere possit dispensare misericorditer dignaremur. De tua igitur circumspectione plenam in domino fiduciam obtinentes . . . mandamus, quatenus consideratis diligenter circumstanciis universis, que circa ydoneitatem persone fuerint attendende, si dictus Nicolaus alias sit ydoneus nec sit paterne incontinencie imitator sed bone conversacionis et vite aliaque merita sibi suffragantur, ad huiusmodi dispensacionis graciam obtinendam secum super premissis auctoritate nostra dispenses, prout secundum deum anime sue saluti videris expedire. Datum aput villam novam Avinion. dioc. III. idus pontificatus nostri anno primo.‘ — Quibus quidem literis per nos ut premittitur taliter receptis supplicatum nobis per Nicolaum scolarem antedictum humiliter et cum instancia exstitit, ut ad execucionem contentorum in literis huiusmodi procederemus. Nos vero supplicacioni predicti Nicolai favorabiliter inclinati per prefatum dominum papam nobis commissa debite execucioni demandare volentes, de omnibus et singulis . . . inquisicionem fecimus diligentem, et qui nichil invenimus, quod ipsum Nicolaum a gracia dispensacionis amoveret, cum ipso etc. . . (wie oben).

9. Forma absolucionis alicuius clerici (in sacris, qui contraxit matrimonium).

Nos Arnestus etc. . tenore presencium notum facimus . . . quod accedens ad nostram presenciam . . . diaconus exhibitor presencium nobis exposuit, quod ipse tamquam juris ignarus cum . . . muliere contraxit et ei pluribus annis sicut vir uxori cohabitavit petens humiliter, ut eum a sentencia, quam hac de causa incurrerat, absolvere de benignitate solita dignaremur. Nos peticionibus eiusdem favorabiliter inclinati ipsum recepto ab eo de parendo mandatis ecclesie solito iuramento a sentencia seu sentenciis huiusmodi auctoritate ordinaria absolvimus iniuncta sibi pro modo culpe penitencia salutari, dantes sibi etc. . .

10. Forma dispensacionis cum concubinario manifesto.

Arnestus etc. . . Noveritis, nos cum discreto viro domino Johanne plebano de . . . . exhibitore presencium super irregularitate, quam ex eo, quod per plures annos notorie cohabitator existens se divinis officiis immiscuit, incurrerat, auctoritate etc. . . domini C. domini nostri pape summi penitenciarii nobis nichilominus ad certum tempus ab execucione ordinum suspenso (sic). In cuius rei testimonium etc. . .

11. Forma dispensacionis auctoritate sedis apostolice cum excommunicatis Bauarinis.

Nos Arnestus etc. . Scire volumus universitatem vestram per presentes, nos nobiles viros V. et P. de . . . Constanciensis diocesis, exhibitores presencium ad peticionem eorum humilem et devotam auctoritate sedis apostolice nobis in hac parte specialiter tradita et concessa, quod sentencia excommunicacionis, quam occasione adhesionis et fautoris Luduico Bauaro ab homine vel a jure aut alias quomodocunque incurrerunt, absolvisse et ad omnes actus legitimos et liberos eorum non obstante excommunicacione huiusmodi habilitasse,

nec non in ecclesiis ad collacionem eorum pertinentibus videlicet in . . . et in . . . castris interdictum ecclesiasticum occasione predicti Luduici Bauari positum, auctoritate predicta sustulisse. Quare vobis in . . . et in . . . ecclesiarum rectoribus auctoritate sedis apostolice predicta iniungimus et mandamus, quatenus coram predictis W. et P. fratribus cum uxoribus, liberis, familiaribus ac universis hominibus ipsorum, cum ad vos venerint, exclusis tamen illis et hominibus illorum, qui manifeste Bramburgensi et fratribus suis adherent,. divina officia celebretis, nec non ipsos, uxores, liberos, familiares ac universos homines ipsorum publice admittentes ecclesiasticis sacramentis procuretis, corporaque ipsorum, predecessorum, familiarium ac hominum eorum exhumantes ea ecclesiastice tradere debeatis sepulture. In quorum omnium testimonium[1] etc. . . .

12. Forma instrumenti super dispensacione Bauarorum.

In nomine domini Amen. Anno nativitatis eiusdem etc. . in mei notarii et testium presencia subscriptorum constitutus coram Reverendissimo etc. . discretus vir S. plebanus nove ecclesie s^ti^ Galli predicte Pathaviensis diocesis sibi humiliter et cum instancia supplicavit, ut secum super irregularitate, quam occasione huius quod divina officia in Bauaria celebrando et se illis inmiscendo contraxit auctoritate sedis apostolice sibi in hac parte specialiter tradita et concessa dispensare dignaremur. Cuius peticionibus idem dominus archiepiscopus iustis et racionabilibus favorabiliter annuens cum ipso super irregularitate huiusmodi sic contracta . . dispensavit et a sentenciis excommunicacionis . . . absolvit, ipsum ad omnes actus legitimos et ad omnia beneficia cum cura vel sine cura . . . habilitando. Acta sunt etc. . .[2]

13. Dispensacio in matrimonio a domino papa commissa (in 4. gradu consanquinitatis).

Innocencius episcopus servus servorum etc. . Venerabili fratri archiepiscopo Pragensi salutem et apostolicam bene-

1 Vgl. Disp. 5. 12.
2 Vgl. Disp. 5. 11.

dictionem. Exhibita nobis pro parte nobilis viri Pote de Plana militis et nobilis mulieris Katherine relicte quondam Borssonis juvenis de Rysemburg tue Pragensis diocesis peticio continebat, quod ipsi olim licet scirent predictos militem et Borssonem quarto consanquinitatis gradu invicem fuisse coniunctos tamen de consilio et assensu amicorum suorum matrimonium . . . contraxerunt illudque postmodum carnali copula consumarunt. Quare dicti miles et Katherina nobis humiliter supplicarunt, ut cum ipsi in matrimonio predicto absque dispensacione apostolica licite remanere non possint, providere eis de absolucionis beneficio ab excommunicacionis sentencia, quam propterea incurrerunt et oportune dispensacionis remedio misericorditer dignaremur. Nos igitur . . . fraternitati tue . . . committimus et mandamus, quatenus ipsis milite et Katherina ab invicem ad tempus de quo tibi videbitur separatis eos a dicta excommunicacionis sentencia quam propter premissa incurrisse noscuntur auctoritate nostra iuxta ecclesie formam absolvas iniunctis eis inter cetera sub virtute juramenti per eos prestandi, quod similia de cetero non committant nec facientibus prebeant consilium, auxilium vel favorem et penitencia salutari et aliis que de jure fuerint iniungenda, et si tibi videatur expediens quod huiusmodi dispensacio concedatur, super quo tuam conscienciam oneramus, cum eisdem milite et Katherina, ut impedimento, quod ex consanquinitate huiusmodi provenit, non obstante matrimonium invicem de novo contrahere et in eo postquam contractum fuerit remanere licite valeant, eadem auctoritate dispenses prolem susceptam et suscipiendam ex huiusmodi matrimonio legitimam decernendo. Datum etc. . .

14. Forma dispensacionis super matrimonio contracto in tercio gradu ex una parte et ex alia in quarto.

Arnestus etc. . executor unicus ad infrascripta per sanctissimum in Christo patrem et dominum dominum Innocencium divina providencia papam sextum specialiter deputatus, universis . . . salutem in domino. Literas eiusdem sanctissimi . . patris eius vera bulla plumbea . . . bullatas, non rasas . . . ymo per omnia sanas et integras pro parte providi et honesti

viri Andree dicti Examinatoris[1] et Elizabeth mulieris de Montibus Kuthne, ipsius Andree conthoralis, nobis per fratrem Venceslaum custodem monasterii Sedlicensis Cysterciensis diocesis (sic) exhibitas cum ea qua decuit reverencia nos recepisse noveritis tenoris et continencie de verbo ad verbum infrascripte: Innocencius etc. Venerabili fratri archiepiscopo Pragensi salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis peticio dilecti filii Andree dicti Examinatoris layci et dilecte in Christo filie Elizabeth de Monte Kuthna mulieris tue diocesis continebat, quod ipsi olim ignorantes impedimentum inter eos existere, quominus possint matrimonialiter copulari, matrimonium . . . contraxerunt et ex eo prolem susceperunt, postmodum vero ad eorum noticiam deductum exstitit, quod quondam Lucia prior eiusdem Andree uxor eidem Elizabeth ex uno latere in tercio et ex alio in quarto consanquinitatis gradibus attinebat, propter quod in matrimonio huiusmodi licite remanere nequeunt dispensacione apostolica super hoc non obtenta. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, ex eorum separacione si fieret multa scandala sequerentur, nobis humiliter supplicarunt, ut providere eis super hoc de oportune dispensacionis beneficio misericorditer dignaremur. Nos igitur, qui cunctorum fidelium pacem et tranquillitatem appetimus, scandalis huiusmodi precavere volentes, eorum Andree et Elizabeth in hac parte peticionibus inclinati fraternitati tue . . . committimus et mandamus, quatenus est ita cum eisdem Andrea et Elizabeth imposita eis pro modo culpe penitencia salutari, ut impedimentis, que ex consanquinitate huiusmodi provenerunt, non obstantibus in sic contracto matrimonio licite remanere valeant, auctoritate nostra dispenses, prolem susceptam et suscipiendam . . legitimam decernendo. Datum etc. . . Quibus quidem literis per nos ut premittitur susceptis . . . omnibus et singulis inquisivimus et inquisicionem fecimus diligentem, qua facta quum omnia et singula capitula in literis apostolicis expressata invenimus vera esse, nec aliquid reperimus quod Andream et Elizabeth prefatos a gracia dispensacionis impediret, prius tamen ipsis pro modo culpe imposita penitencia salutari . . . eos dispensavimus et presentibus dispensamus etc. . .

[1] Wird 1361 – 1362 genannt (Tomek, Zákl. I. 236, 240). Wahrscheinlich examinator monetae, s. Urk. Karls IV. in Balbin Misc. VIII. 79.

15. Forma dispensacionis.

Arnestus etc. . Licet inter alia ecclesie Boleslaviensis statuta[1] statuto, quod incipit: Ad hoc autem prelati teneantur et sit cautum expresse, quod obediencie ecclesie Boleslaviensis, quas deinceps quocunque modo contingerit attemptari ad residuum usum debeant converti, tamen ex certis causis cum honorabili viro domino Jo. Pauli[2] iam dicte Boleslaviensis ecclesie canonico, quod statuto huiusmodi non obstante taliter prout ante ipsum statutum optare poterat optare possit, auctoritate qua fungimur dispensamus etc. . .

16. Dispensacio super defectu natalium.

Arnestus etc. . Literas sanctissimi etc. . Innocencii pape VI. eius vera bulla . . bullatas . . . . nos recepisse noveritis de verbo ad verbum tenoris infrascripti: Innocencius etc. . . Ex parte dilecti filii Iacobi de Novadomo, acoliti tue diocesis, fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum eo qui dudum sicut asserit tacito, quod defectum natalium pateretur de coniugato genitus et soluta, primam clericalem tonsuram et deinde quatuor minores ordines alias tamen rite recepit, quod premissis ac defectu natalium huiusmodi nequaquam obstantibus dictis tonsura et ordinibus uti licite et ad omnes sacros ordines promoveri ac unum cum cura et aliud sine cura beneficia ecclesiastica obtinere possit dispensare misericorditer dignaremur. De tua igitur circumspectione plenam in domino fiduciam obtinentes fraternitati tue . . . mandamus, quatenus consideratis diligenter circumstanciis universis, que circa ydoneitatem persone fuerint attendende, si dictus Iacobus alias sit ydoneus, nec sit paterne incontinencie imitator sed bone conversacionis et vite aliaque sibi merita suffragentur ad huius dispensacionis graciam obtinendam, secum super premissis auctoritate nostra dispenses etc. . Datum etc. . Quibus quidem literis per nos

---

[1] Vgl. Commiss. III. 59.

[2] Wird in Reliquiae tab. terrae I. 422 ‚canonicus Pragensis et Boleslaviensis ecclesiae' genannt. Vgl. auch Lib. conf. I. 127.

. . . susceptis supplicatum nobis humiliter et cum instancia per Iacobum predictum exstitit, ut ad execucionem contentorum in literis huiusmodi . . . procederemus. Nos igitur mandatum huiusmodi debite execucioni demandare volentes de omnibus et singulis in eisdem literis contentis inquisicionem fecimus diligentem et quum nichil invenimus etc. . . eum dispensavimus et presentibus dispensamus, harum quibus etc. . .

17. Forma dispensacionis super assignacione cape pro ecclesia Pragensi.

Arnestus etc. . Licet statuto ecclesie nostre Pragensis iamdicte, quod incipit: Cum ecclesia nostra auxilante deo etc. [1] . . teneatur et sit cautum expresse, quod canonicus a receptionis sue tempore infra trium mensium spacium capam sericeam ad valorem trium sexagenarum ad minus emere et custodie sacriste nostre ecclesie supradicte omni tergiversacione et excusacione postpositis effectualiter teneatur consignare, alias suspensus est ab ingressu ecclesie tamdiu donec quod premittitur non fecerit cum effectu. Cum honorabili tamen viro domino Stephano [2] quondam Iohannis de Wilemow, nostre ecclesie canonico, qui nuper vigore literarum sanctissimi in Christo patris . . . Innocencii pape VI. per prelatos et canonicos ecclesie iamdicte in canonicum et in fratrem fuit et est receptus, ob suorum prerogativam meritorum, quibus nobis et ecclesie nostre servivit, tum eciam quia in priori receptione in canonicum et in fratrem ecclesie nostre capam secundum formam statuti iam premissi dedit et assignavit et intencionis nostre non fuit nec est, pretextu statuti predicti quenquam duas aut tres capas sed tantum unam dare debere, quod statuto nostro obstante predicto racione secunde sue receptionis in canonicum et in fratrem ad dacionem seu assignacionem cape non sit astrictus, statutum huiusmodi declarantes secum nichilominus auctoritate qua fungimur dispensavimus et presentibus dispensamus. In testimonium premissorum etc. . .

---

[1] Vgl. Stat. eccl. Prag. im Arch. für österr. Gesch. Bd. 37, S. 435 Absatz: ‚Qui teneantur ad procurationem capparum de serico'.

[2] Vgl. Commiss. III. 22.

18. Forma dispensacionis super defectu natalium.

In derselben Form wie 16 für einen Priester Namens ‚Nicolaus'. Hinzugefügt ist die Bestimmung: (ut ipse beneficia ecclesiastica, unum cum cura et aliud sine cura, possit et valeat obtinere) ‚ita tamen, quod ipse Nicolaus prout requiret onus beneficii, quod post dispensacionem nostram presentem obtineret, se faciat ad ordines statutis a jure temporibus quantum in eo est promoveri et personaliter resideat in eodem, alioquin huius nostre dispensacionis gracia quoad ipsum beneficium nullius penitus sit momenti etc. . .

19. Forma dispensacionis super concubinatu.

Arnestus etc. . Noveritis, quod nos cum Nicolao presbytero Pragensis diocesis exhibitore presencium, ipso tamen prius a sentencia excommunicacionis et suspensionis, quam racione concubinatus notorie incurrerat in forma ecclesie absoluto super irregularitate et inhabilitatis macula, quam occasione ipsius cohabitacionis manifeste contraxerat et incurrerat et sic a jure communi suspensus divina presumpsit officia non tamen in contemptum clavium celebrare. Recepta tamen prius ab ipso N. quod in sua vel aliena domo non tenebit de cetero concubinam, sufficienti fideiussoria caucione ipsoque per nos ad certum tempus prout expedire vidimus a suorum ordinum execucione suspenso, ex commissione venerabilis in Christo patris et domini Francisci dei gracia episcopi Cassinensis penitenciarii domini pape in absencia Rev. in Christo patris et domini Egidii tituli s. Clementis presb. cardinalis maioris dicte penitenciarie penitenciarii curam gerentis, auctoritate apostolica nobis in hoc specialiter commissa misericorditer dispensavimus et presentibus dispensamus dantes sibi in testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum impressione munitum. Datum etc. . . .

20. Forma dispensacionis ordinum extra diocesem receptorum.

Johannes dictus Padwanus etc. . Literas Rev. d. Francisci episcopi Cassinensis etc. . per Theodoricum de . . . nobis presentatas nos recepisse noveritis tenoris . . . infrascripti: Franciscus etc. . — Post quarum literarum presentacionem instante Theodrico predicto, ut ad execucionem nobis commissorum secundum formam literarum predictarum procederemus, nos . . . omnibus et singulis inquisivimus diligenter et quum nichil invenimus, quod ipsum a gracia dispensacionis repelleret . . . ipso ad certum tempus . . ab execucione maiorum ordinum suspenso, deinde . . . dispensavimus et presentibus super execucione ordinum taliter ut supra premittitur per ipsum susceptorum cum ipso auctoritate predicta dispensamus. Datum etc. . .

21. Forma dispensacionis presbyteri super iniectione manuum.

Johannes dictus Padwanus etc. . (In derselben Form wie 20). Post quarum literarum presentacionem instante nobis Miroslao presbytero antedicto . . . inquisivimus diligenter et quia ita esse invenimus et predictum presbyterum injuriam passo satisfactionem exhibuisse competentem, ipsum a sentencia excommunicacionis . . . absolvimus et . . . dispensamus etc. . .

22. Dispensacio super irregularitate contracta.

In derselben Form wie 20 und 21 vom Erzbischof Ernst ausgestellt für den Priester Nicolaus de . . . Pragensis diocesis.

23. Litera absolucionis ad absolvendum moniales (s^{ti} Georgii rebelles).

Arnestus etc. . Honorabilibus et discretis viris dominis Prudothe in Wsyetat et Bernhardo ministro ecclesie Pragensis

salutem in domino. Quoniam secundum statuta canonum pastor, qui subditos delinquentes increpare noluerit eos procul dubio tacendo occidit, hinc est quod dudum ex officio pastorali nobis iniuncto causa visitacionis ad monasterium s[ti] Georgii in castro Pragensi monialium ordinis s[ti] Benedicti accedentes et quantum in nobis erat nonnullos excessus, quos inter monasterii eiusdem moniales invenimus corrigendos corrigere et vicia exstirpare, plerosque mores earundem in melius reformare cupientes. Quia tamen religiose domine Angnes abbatissa ceterique ipsius monasterii moniales nolentes consilii nostri salubritate sanari, ymo paternis monitis vilipensis mandatis nostris contumaciter obedire recusarunt, nos severitatem ecclesiastice discipline quodammodo ostendentes propter rebellionem et inobedienciam huiusmodi in abbatissam nec non omnes et singulas moniales predictas canonica monicione premissa excommunicacionis et in conventum et monasterium earundem interdicti sentencias duximus promulgandas, quas eciam aliquamdiu animis sustinuerunt induratis, verumque abbatissa et moniales monasterii supradicti reverse ad cor et desiderantes ad s. matris ecclesie redire gremium in presencia Ser. principis et domini nostri domini Karoli Roman. imperatoris asseruerunt se veraciter dolere de inobediencia predicta et submittentes se gracie nostre obtulerunt se promptas et paratas subire satisfactionem, quam ipsis propter premissa duxerimus iniungendam, promittentes nobis obedienciam et reverenciam debitas exhibere in omnibus licitis et honestis humiliter petiverunt a prefatis excommunicacionum sentenciis se absolvi et interdictum eciam predictum relaxari. Nos igitur attendentes, quod nulli peccatori est impunitas relaxanda ita nulli homini est misericordia claudenda . . . . intuitu eciam invictissimi principis domini imperatoris predicti nobis pro eisdem cum instancia supplicantis . . . . abbatisse et monialibus et earum cuilibet ab huiusmodi excommunicacionum sentenciis recepto prius ab eis . . . solito juramento absolucionis beneficium duximus impendendum, prefatam huiusmodi interdicti sentenciam relaxantes. Quocirca vobis et vestrum cuilibet . . . mandamus, quatenus abbatissam et moniales predictas a prefatis excommunicacionum sentenciis absolutas et sentenciam huiusmodi interdicti latam in conventum et monasterium predicta relaxatam fore, in ecclesia Pragensi et monasterio supradicto ac alibi ubi quando et quociens

opus fuerit et fueritis requisiti publice nuncietis et per alios nunciare faciatis, fidemque nobis de execucione predicta plenariam facientes.[1] Datum etc. . .

24. Forma dispensacionis.

Johannes (Paduanus) etc. . Noveritis nos literas Rev . . . . d. Egidii . . . cardinalis etc. . per Divissium de Sdanicz[2] Pragensis diocesis presbyterum nobis presentatas recepisse etc. . . Nos vero mandatum huiusmodi exequi . . . volentes cum prefato Divissio . . . quia premissa ita esse reperimus . . . dispensavimus et presentibus dispensamus.

(Das Vergehen des Diviss ist aus der Formel nicht ersichtlich.)

25. Forma dispensacionis circa matrimonium illicite contractum (propter cognacionem spiritualem).

Arnestus etc. judex ad infra scripta a sanctissimo in Christo patre . . Clemente VI. etc. . . specialiter deputatus, universis . . . salutem in domino sempiternam. Nuper discretus vir Petrus dictus Haph. (sic) civis de Montibus Kuthnis presenciam nostram accedens literam quandam cum vera bulla plumbea . . . . nobis presentavit tenoris et continencie infrascripte: Clemens etc. . . — Quaquidem litera . . . suscepta . . . inquisicionem solertem . . fecimus, qua facta invenimus . . . singula in literis huiusmodi contenta . . . vera esse . . . unde . . . recepta eciam juxta formam mandati apostolici ante omnia ab ipso Petro prefato et Angnete coniuge sua sufficienti et ydonea caucione super hoc videlicet, quod unam capellam deberent instituere et eandem de redditibus 25 florenorum auri infra biennium a data presencium dotare, dispensavimus et dispensamus cum Petro et Angnete predictis, quod ipsi in matrimonio per eos dudum contracto licite permanere possint impedimento cognacionis spiritualis quod intervenerat inter eos non obstante, decernentes auctoritate eadem prolem sexus

---

[1] Vgl. Monit. II. 10.

[2] Starb 1358 (Lib. conf. I. 29).

utriusque ex matrimonio sic per eos contracto susceptam et imposterum suscipiendam legitimam fore, nec ei impedimentum spiritulalis cognacionis predictum obstaculum aliquod quoad actus legitimos per eum factos et fiendos inposterum posse gravare. In quorum testimonium etc. . .

26. Forma absolucionis super injectione manuum.

Stephanus venerabilis in Christo patris etc. s. Pragensis ecclesie archiepiscopi perpetuus in ecclesia Pragensi vicarius . . . salutem. Sua nobis honorabilis vir dominus Dobr.[1] perpetuus vicarius Rev. viri domini S. scolastici Pragensis confessione exposuit, quod cum quidam garcio Jurzico nomine dictus Kule familiaris domini Nicolai Donati tumbarii sepulcri beati Adalberti ecclesie Pragensis predicte ipsum suis indisciplinatis actibus ad iracundiam provocasset, in ipsum Jurziconem, quem tamen clericum ignorabat, quia tonsura pro eo tempore clericali carebat, manus iniecit temere violentas leviter tamen et moderate ipsum alapizando. Cumque sibi innotuisset, predictum Jurziconem clericali caractere fore insignitum, idem dominus Dobr. ex superhabundanti et propter ora obloquencium sibi providere volens a nobis beneficium absolucionis humiliter sibi peciit impertiri. Nos igitur Stephanus perpetuus vicarius domini Arnesti archiepiscopi predicti, cuius penitenciarie curam gerimus, audita ipsius Dobr. confessione, ipsum a sentencia canonica, quam et si quam ex causa predicta incurrit, iniuncta sibi pro modo culpe penitencia salutari iuxta formam ecclesie absolvimus, ipsoque instante petente et consenciente cum predicti facti serie sibi dedimus presentes literas sigilli nostri impressione munitas. Datum etc. . .

27. Forma dispensacionis (super beneficio).

Stephanus . . . Arnesti archiepiscopi . . . perpetuus vicarius ac eiusdem domini archiepiscopi in spiritualibus vicarius generalis, nec non a Rev. domino Stephano Ostiensi et Weltrensi

---

[1] Dobroslaus perp. vicarius Sdeslai scolastici. Vgl. Monit. II. 10.

episcopo, summo penitenciario . . Clementis pape VI. commissarius ad infra scripta deputatus, universis . . . salutem in domino. Literas predicti Rev. patris . . . Stephani eius vero sigillo de cera rubea in filis rubeis et albis pendenti sigillatas . . . per N(icolaum) Reclini plebanum in Slatnyk Pragensis diocesis nobis presentatas . . . recepisse noveritis tenoris . . . infrascripti: Venerabili etc. . . Quibusquidem . . . receptis pro parte discreti viri Nicolai Reclini, rectoris ecclesie parochialis in Slatnyk predicti instanter nobis exstitit supplicatum, ut ad execucionem commissi nobis officii procederemus. Nos igitur iniunctum nobis officium . . . execucioni demandare volentes, facta primo et ante omnia per ipsum Nicolaum in manibus nostris dicte parochialis ecclesie libera renunciacione, satisfacto eciam ad arbitrum nostrum de fructibus de dicta ecclesia medio tempore perceptis in utilitatem ecclesie eiusdem convertendis, injuncta sibi pro modo culpe absolucione previa penitencia salutari, auctoritate nobis . . . commissa super inhabilitate ex causa in literis predictis expressa per Nicolaum predictum contracta, quodque predictam ecclesiam in Slatnyk vel aliud beneficium ecclesiasticum . . . licite obtinere possit . . . dispensavimus et presentibus dispensamus etc. . .

28. Dispensacio auctoritate apostolica in quarto gradu (consanquinitatis).

In nomine domini Amen. Veterum patrum auctoritas et s. christiane religionis devocio prohibent et defendunt, ut nulli Christiano liceat de consanquinitate et affinitate sua aliquem ducere in uxorem usque ad terminum quarti gradus. Cum itaque nobilis vir Odo de Chis cum nobili domina Elyza filia domini Raczconis quondam de Bor[1] ignorantes aliquod fore impedimentum, per quod posset matrimonium inter ipsos impediri, bannis, ut est moris, in forma ecclesie editis matrimonium per verba de presenti invicem contraxerunt et carnalis copula postmodum exstitit subsecuta ac diu in simul ut coniuges habitarunt et filios et filias procrearunt, quodque post modum ad

---

[1] Ueber die Schenkung des Städtchens Bor an das Kloster Zderaz, s. Incorp. VII. 3.

eorum noticiam pervenit, quod ipsi quarto gradu consanquinitatis sunt coniuncti, unde dicti Odo et Elyza reperientes se contra patrum decretum et christ. religionis mores et statuta excessisse et ideo non posse in huiusmodi matrimonio absque dispensacione sedis apostolice speciali ad eandem sedem recursum pro succursu habuerunt dispensandi graciam humiliter postulantes, huiusmodi quoque dispensacionis graciam ab eadem sede apostolica nobis Johanni dei gracia Pragensi episcopo committi obtinentes, nos igitur mandato sedis apostolice super hoc recepto reverenter et eidem sedi prout consuevimus obedire semper ipsisque mandatis parere cupientes honorabilem virum dominum P. archidiaconum Zacensem ad locum destinavimus, in quo tractatus matrimonii predicti intervenit, ad exquirendum et inveniendum, si contenta in rescripto gracie dispensacionis contineant veritatem. Qui facta de hiis solerti indagine et condigna testes fidedignos recipiens et examinans iuxta formam juris de predictis ipsorum dicta coram nobis publicavit deposicionibus apparuit evidenter, quod narracionem predictorum Odo et Elyze veritas comitatur. Quare . . . cum predictis Odo et Elyza misericorditer in hiis scriptis dispensamus, ut predicto impedimento contractus non obstante in . . . matrimonio valeant remanere licite, prolemque susceptam et suscipiendam ex eodem matrimonio legitimam . . . decernentes. Acta sunt hec et dispensacio facta auctoritate sedis apostolice supradicta in castro episcopali Rudnicz anno . . . etc. . . .

29. Nota dispensacionis transferendi se ad alium ordinem.

Nos Johannes etc. executor et dispensator ad infrascripta auctoritate apostolica deputatus, universis . . . salutem etc. . . Noveritis nos a venerabili in Christo patre et domino . . . episcopo Albanensi cardinale summo penitenciario domini pape . . . recepisse in mandatum, ut Leonem presbyterum, exhibitorem presencium ad ordinem fratrum Cruciferorum ordinis de domo Theutunica, in quo prius fuerat, si fieri posset recipi mandaremus, aut ipsum transferendo de illo ordine in alio equisimiliter et pari ordine possemus collocare, prout in literis super hoc nobis missis plenius continetur. Verum quia idem Leo a summo magistro ordinis antedicti de domo Theutunica

licenciam iam recepit, ideo cum ipso auctoritate nobis commissa dispensavimus, ut possit ad alium ordinem similis vel paris observancie se transferre, pro modo vero culpe sibi iniunximus penitenciam salutarem et ab execucione ordinum suscepimus usque ad festum . . . in hiis scriptis etc. . Super irregularitate inde contracta cum ipso misericorditer dispensamus. Dantes etc. . .

30. Dispensatio super defectu natalium auctoritate ordinaria.

Nos Johannes etc. . . Notum facimus universis . . . quod statuta canonum attendentes, quibus precipitur et cavetur, quod undecunque nascantur homines, dummodo parentum vicia non sectentur, ut cum ipsis debeat dispensari. Cum igitur honorabilis vir dominus Nicolaus, exhibitor presencium, de conjugato genitus et soluta . . . talem se aput nos et alios . . . meruit exhibere, quod ex hoc specialis laudis tytulo promeruit et meretur non immerito decorari . . . cum ipso d. Nicolao, qui clericali milicie ascribi desiderat et affectat, auctoritate nostra ordinaria super defectu natalium, quem ex premissa causa patitur, dispensamus, ut . . possit et valeat ad omnes minores ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium, cui cura non iminet animarum, si alias ei rite et canonice collatum fuerit, obtinere, dantes etc. . .

31. Nota dispensacionis in tercio gradu.

Nos Arnestus etc. . universis . . . cupimus fore notum, quod veniens ad nostri presenciam nobilis vir dominus Benessius de Wartnberg literam quandam sanctissimi etc. Clementis pape VI. etc. . . . nobis exhibuit tenoris et continencie infrascripte: Clemens etc. . . Quaquidem litera . . . suscepta . . . inquisicionem super punctis expressis fecimus diligentem, qua facta quia a fide dignis personis secreto et sigillatim iuxta formam recipiendorum testium examinatis investigavimus omnia puncta in eadem litera contenta vera esse . . . Eapropter dei invocato nomine auctoritate nobis . . . in hac parte specialtier

commissa et concessa cum ipso domino Benessio et Anna nata quondam domini N. de . . .[1] dispensavimus et presentibus dispensamus, ut impedimento consanquinitatis non obstante matrimonium insimul contrahere possint et in contracto licite permanere, nichilominus eciam prolem . . . legitimam presentibus pronunciantes etc. . .

32. Forma dispensacionis cum concubinario manifesto.

Stephanus Pragensis et Olomucensis ecclesiarum canonicus, venerabilis etc. Arnesti etc. vicarius in spiritualibus generalis, universis . . . salutem. Literas venerabilis in Christo patris d. Francisci etc. nobis de Romana curia transmissas, quarum principium fuit et est tale: Venerabili etc. d. Arnesto etc. vel eius vicario in spiritualibus Franciscus . . episcopus Cassinensis etc. . ., finis vero talis est: proviso etc. . . Datum Avinioni etc. . . cum debita reverencia nos noveritis recipisse. Post quarum recepcionem per discretum virum W.[2] rectorem parochialis ecclesie in Plass Pragensis diocesis nobis exstitit humiliter supplicatum, ut cum ipso super irregularitate racione concubinatus notorii contracta dispensare dignaremus. Nos vero . . . ipsius supplicacioni condescendentes, ipso tamen a sentencia excommunicacionis . . . absoluto etc. . . dispensavimus . . .

V. Petitiones.

Diese Abtheilung enthält interessante Einzelnheiten über Sammlungen zu wohlthätigen Zwecken. Nr. 1 und 2 betrifft die Einführung einer allgemeinen Sammlung von freiwilligen Beiträgen zum Ausbau der Prager Kirche und der Prager Brücke. König Johann von Luxemburg hatte im Jahre 1341

---

[1] Beneš von Wartenberg, (mit seinem Bruder Johann) Besitzer der Herrschaft Tetschen († 1372), war vermält mit Anna von Potenstein.

[2] Lib. conf. I. 28 nennen 1367 als Pfarrer von Plass den Priester Wyeczemilus.

den Beschluss gefasst, die Prager Metropolitankirche neu aufzubauen, und hatte zu diesem Zweck den gesammten Zehent aus allen Silberbergwerken von Böhmen gewidmet. Als im Jahre 1344 namentlich durch die Bestrebungen Karls IV. das Prager Bisthum zum Erzbisthum erhoben wurde, erfolgte auch (21. November) die Grundsteinlegung zu der neuen Kirche. Die finanzielle Lage des Landes gestattete wahrscheinlich nicht die dazu nöthigen Auslagen in dem Masse, wie es die Absicht der Gründer erheischte, und so nahm man Zuflucht zu dem damals sehr verbreiteten und beliebten Mittel von Sammlungen freiwilliger Beiträge. Vor dem Jahre 1355 noch erliess Erzbischof Arnest den in unserm Formelbuche (Nr. 1) enthaltenen Aufruf an die sämmtliche Geistlichkeit, um in diesem Sinne bei der Bevölkerung zu wirken und die Sammler zu unterstützen. Es scheint, dass diese Sammlung ein befriedigendes Resultat hatte, denn nicht lange darauf brachte man dieses Mittel neuerlich in Anwendung, und zwar nicht nur zum Ausbaue der Kirche, sondern zugleich auch zum Besten des Baues der Prager Brücke (Nr. 2). Im Jahre 1342 wurde die alte steinerne Prager (Judith-) Brücke in Folge heftigen Eisstosses zerstört. Die Kreuzherren an der Prager Brücke, welche verpflichtet waren, die nöthigen Reparaturen der Brücke selbst zu besorgen, konnten natürlich die zu einem Neubau nöthigen Mittel nicht herbeischaffen und selbst zu den dringendsten Herstellungen musste die allgemeine Wohlthätigkeit in Anspruch genommen werden. Im Jahre 1357 legte Karl IV. den Grundstein zu der neuen Karlsbrücke, und gleich zu Anfang des Baues wurde durch Arnest mit Hilfe der Geistlichkeit eine neue Sammlung zum Ausbaue der Kirche und der Brücke zugleich veranstaltet. Welche Bedeutung Erzbischof Arnest der Brücke zuerkannte, erhellt aus der Stelle: ‚Ecce pons ille quondam lapideus etc.‘ Neu und interessant ist auch jener Theil der Formel, wo die Art und Weise, wie die Sammlung anzustellen sei, angegeben wird. Wir erfahren auch, dass Sammlungen zu wohlthätigen und Kirchenzwecken häufig waren, und dass bezügliche Aufforderungen durch die Kirchenväter auf Tafeln geschrieben wurden, die man dann in der Kirche aufhängte. Alle derartigen Sammlungen mussten in der Zeit der Sammlung für die Prager Kirche und Brücke aufgehoben werden. Dass die collectores und procuratores dieser Samm-

lung mit besonderen Vollmachten ausgerüstet waren, ist selbstverständlich. — Aehnliche Sammlungen wurden zum Besten der durch Alter bereits verfallendén St. Stephanskiche in Leitmeritz und des Klosters in Jaroměř vor dem Jahre 1352 (Nr. 5), zum Besten des Hospitals in Freistadt (Nr. 3) u. a. veranstaltet.

1. Incipit tytulus peticionum (sive mendicacionum) et primo peticio ad ecclesiam Pragensem.

Arnestus etc. . Universis abbatibus . . . prepositis . . . prioribus . . . archidiaconibus (sic) . . decanis et dilectis in Christo filiis plebanis, viceplebanis ceterisque ecclesiarum et capellarum rectoribus tam religiosis quam secularibus, exemptis et non exemptis per Pragensem civitatem et diocesem constitutis salutem in domino et pro karitatis officiis vitam in domino sempiternam. Quoniam deus, cuius providencia in sui disposicione non fallitur, laudabilis et gloriosus in factis suis mirifice predicatur, qui ineffabili sapiencie sue celsitudine, recti censura judicii celestia pariter et terrestria moderatur, sibi sponsam sanctam matrem ecclesiam ex multis electam milibus concupivit, de cuius clara filiorum genitura beatus vir Venceslaus processit oriundus singulariter fulgensque miro et ingenti privilegio sanctitatis, regali ex progenie secundum carnem ortus regi regum deo immortali militari decernens se totum ipsius servicio castus mente et corpore mancipavit. Cui gracia dei non desinens vitam eius omnium morum venustate, operum sanctitate ac miraculorum claritate mirabiliter adornavit, cuius judicia sanctitatis fidelium cordibus infallata movent et consulunt eius beneficia toto devocionis conamine postulare. Hinc est, quod universos sacrosancte orthodoxe fidei zelatores nostre diocesis volumus non latere, quod spiritus almifici gracia instiganti ac felicis memorie olim Johannis, regis Bohemie, filiique sui primogeniti serenissimi principis et domini nostri domini Karoli, Romanorum regis[1] semper augusti et Bohemie regis, nec non dominorum prelatorum et canonicorum ecclesie nostre Pragensis matricis nostre diocesis, matura deliberacione,

[1] Deutet auf die Zeit vor der Kaiserkrönung (1355).

consensu et voto parili annuente, simulque necessitate notoria prefate ecclesie nostre exigente, decrevimus eam funditus exstruere, erigere et magnificare ac presumptuoso opere non immerito ampliare, in honore sancte et individue Trinitatis et gloriose dei genitricis Marie, specialiter tamen titulum fundacionis gloriosis martiribus patronis nostris Vito, Venceslao atque Adalberto pre aliis annotando, ex qua tamquam fonte largifluo et a matre uberima in omnes filios et filias nostre diocesis Christicolas omnium sacramentorum fluenta dinoscuntur emanare. Quapropter tenemur ex debito ipsam veluti piam matrem aliis preferre et magnificis honoribus ampliare, in qua eciam ex divina providencia infallibiliter corpora sanctorum predictorum gloriosorum patronorum nostrorum requiescunt nobis in solacium et in animarum nostrarum salutem, unde pre ceteris omnes, quos clericalis condicio huic materno nexu connodavit, hanc tenemur filiali affectu prosequi et in omnibus tam per nosmetipsos quam per alios consilio et auxilio promovere. Igitur universitatem vestram plenissime rogamus, monemus per presentes et devocius exhortamur per viscera misericordie dei nostri nichilominus obsecrantes vobisque in remissionem peccatorum vestrorum iniungimus universis et singulis auctoritate qua fungimur in virtute sancte obediencie et sub excummunicacionis pena et suspensionis firmiter mandantes, quatenus illius intuitu, qui suo precioso sanquine a peccati vinculo nos redemit, negocium prefate ecclesie nostre Pragensis, matris omnium ecclesiarum, tam venerandum, tam pium et sanctum, benigno suscipientes affectu ipsum in ecclesiis vestris et in locis oportunis a recepcione presencium studiosissime de verbo ad verbum, prout vos procurator seu procuratores ipsius sancti negocii in convocacionibus plenius instruxerint, debite tamen et cessantibus quibuscunque mendaciis, omni contradictione postposita fideliter et efficaciter promovere curetis etc. . . (Fortsetzung v. in der nachfolgenden Formel [‚Peticio ad pontem et ecclesiam Pragensem‘], welche mit Auslassung der auf den Brückenbau bezüglichen Stellen mit dieser beinahe gleichlautend ist).

2. Litera petitionis ad pontem et ecclesiam Pragensem.

Arnestus etc. . Universis abbatibus, prepositis, prioribus, archidiaconis, decanis et dilectis in Christo filiis, plebanis, viceplebanis ceterisque ecclesiarum et capellarum rectoribus tam religiosis quam secularibus, exemptis et non exemptis, nec non omnibus et singulis Christifidelibus per nostram Pragensem dioecesim constitutis, salutem cum benedictione paterna et pro caritativis officiis vitam in domino sempiternam. Quoniam deus, qui ineffabili sapiencie sue celsitudine recti censura judicii celestia pariter et terrestria moderatur, gubernat, ordinat et disponit sibi sponsam sanctam matrem ecclesiam elegit, de cuius clara filiorum genitura beatus vir Venceslaus regia stirpe secundum carnem gentis nostrae Bohemicae dei clemencia largiente processit oriundus, cuius vitam dei omnipotentis, omnium morum venustate, operum sanctitate, miraculorum claritate adornans nobis ac universis Christi fidelibus imitabilem omni studio, honoribus, laudibus et devocione extollendam, venerandam mirabiliter declaravit. Hinc quod in honore sancte et individue Trinitatis et gloriose genitricis dei Virginis Marie ac omnium sanctorum una cum illustri principe felicis memorie domino Johanne, quondam Bohemie rege, ac eius primogenito serenissimo domino nostro domino Karolo Imperatore[1] Romanorum semper augusto ac Bohemie rege sanctam ecclesiam nostram Pragensem evidenti necessitate urgente magnifico et sumptuoso opere ampliare et de novo exstruere cooperante spiritus sancti gracia cupientes dudum fundavimus, titulum fundationis eiusmodi specialiter gloriosis martyribus patronis nostris Vito, Venceslao atque Adalberto, quorum sacratissima corpora in ipsa ecclesia requiescunt, annotando. Est etiam in presenti, quod non sine dolore animi nostri vestre retulimus caritati. Ecce pons ille quondam lapideus Pragensis super fluvio ibidem decurrente, quem magnifica dispositio cum maximis et sumptuosis expensis dive recordacionis principum construxerat fundatorum, dudum per glaciei et inundacionum impetum divina permissione et antiqui hostis invidia funditus corruit et totaliter est diruptus. Ex cuius pontis dirupcione

[1] Also bereits nach 1355.

quot et quanta mala humano generi provenerunt et continuo plura provenire certitudinaliter concernuntur, clarius patet oculorum intuitibus quam scriptorum possit apicibus declarari. Ex ipsius namque pontis ruina lugent vidue, plorant orphani, flent pupilli, vagiunt infantes, plangunt pauperes, peregrini turbantur laboratores, luunt mercatores, deficiunt cives et incole compaciuntur et condolent, tristantur quoque pariter universi pontis ipsius solamine desolati, quandoque propter nauli defectum, quandoque propter distemperiem eris, quandoque per varia et diversa pericula transfretare, quod suis oportunitatibus et necessitatibus non valentes; cultus divinus minuitur et honor sanctissime dei genitricis virginis Marie et gloriosissimis sanctis Vito, Venceslao, Adalberto cum aliis sanctis et beatis patronis nostris debitus propter transitus periculum impeditur et quod lamentabilius est multi proch dolor submersi et plures in gravibus periculis fuerunt constituti. Et quum tam praefate nostre sancte Pragensis ecclesie structura et reedificatio, ex qua tanquam fonte largifluo et matre uberrima in omnes filios et filias nostre dioecesis Christicolas omnium sacramentorum fluenta noscuntur emanare, quam etiam pontis praefati Pragensis, qui precipue regnicolis nostris, omnibusque advenis peregrinis et pauperibus est maxime necessaria, utilis et oportuna, sine fidelium subsidiis nequit consummari, nos volentes Christifideles donis spiritualibus armare et ad impendendum pro reedificacione et construccione ecclesie et pontis predictorum caritativa subsidia mutare, quatenus redemptoris et salvatoris nostri mutacione et exemplo, cuius misericordia a nostra miseria sumus liberati, misericordie et pietatis operibus insistentes pro parvis magna, pro temporalibus perpetua, pro transitoriis gaudia consequi mereamur eterna, ad votivam instanciam prefati invictissimi principis et domini nostri domini Karoli Romanorum Imperatoris semper augusti et Bohemie regis, nonnullorumque baronum, clericorum et civium admisimus et concessimus peticionem per nostram Pragensem diecesim fieri graciose per spacium unius anni a festo ss. Philippi et Jacobi apostolorum proxime instanti duraturam. Idcirco universitatem vestram plenissime rogamus, monemus per presentes et devocius exhortamur per viscera misericordie dei nostri in domino obsecrantes, vobisque in remissionem peccatorum vestrorum injungimus universis et singulis auctoritate qua fungimur in virtute

sancte obedientie et sub pena suspensionis et excommunicacionis firmiter mandantes, quatenus illius intuitu, qui suo precioso sanquine a peccati vinculo nos redemit, negotium prefate ecclesie nostre Pragensis, matris omnium ecclesiarum, nec non negotium pontis Pragensis predicti tam venerandum, tam pium et tam sanctum benigno suscipientes affectu ipsum in ecclesiis vestris et in locis oportunis a recepcione presencium studiosissime de verbo ad verbum, prout vos procuratores seu procurator ipsius sancti negocii in convocacionibus plenius instruxerint, debite tamen et cessantibus quibuscunque mendaciis, omni contradictione postposita, fideliter et efficaciter promovere curetis, populum dei vobis commissum dominicis festivisque diebus per terminum, quem vobis predicti procuratores seu nuncii eorum assignabunt, in predicacionibus, confessionibus, audiendo et ordinacione testamentorum a recepcione presencium usque ad diem reportacionis eleemosynarum vobis prefigendum nullis aliis peticionibus nec tabulis ecclesiarum vestrarum interpositis sed pocius amotis, tam studiose et fideliter promoveatis, ne per aliquam vestram negligenciam indignacionem dei omnipotentis et nostram offensam ac excommunicacionis penam graviter incurratis. Item volumus et precipimus sub penis predictis, quatenus cartas indulgenciarum et alias cartulas predicti sancti negocii amicabiliter recipiatis et eas singulis diebus dominicis et festivis plebibus vestris cum omni diligencia exponere in vulgari per omnia fideliter studeatis, volentes, ut quilibet vestrum primo die promocionis hujus sancti negocii unum virum vel duos fide dignos de parochianis vestris in ecclesiis et villis parochiarum vestrarum statuatis eleemosynarum collectores, qui annonas et alia caritatis subsidia pro peccatis suis colligant et easdem vobis ante diem reportacionis presentent assignandas per vos, procuratorem seu procuratores memoratos, nil pro vobis retinentes, praeterquam vobis per ipsos procuratores seu procuratorem liberaliter fuerit elargitum. Precipimus vobis insuper, ut nulla prohibicione obstante in ipsius procuratoris seu procuratorum adventu omnes subditos vestros annos discrecionis habentes ad diem, locum et horam, quam procurator seu procuratores predicti vel nuncii eorum vobis assignaverint, convocetis in unum negotium novum audituros devote et opere completuros. Illaque dies solempnis et festiva tamquam dominica dies ab omnibus celebretur, taliter

eciam, quod si locus ipse auctoritate nostra vel inferiorum nostrorum ecclesiastico subjaceat interdicto, in ipsorum procuratorum adventu exclusis duntaxat excommunicatis divina possint solempniter celebrari et quidquid subditi vestri in celebrium dierum violacione et aliqua levitate commiserint, ipsis in domino relaxamus. Die vero reportacionis vobis per . . . exhibitores presencium prefigenda eleemosynas tam per socios dicti negocii tam per vos aquisitam (sic) ad diem, locum et horam sub penis predictis integraliter reportetis et repraesentetis eisdem. Vos autem decani absencium nomina plebanorum, qui in convocacionibus vel reportacionibus non intererunt, conscribatis, cartulas etiam predicti negocii sancti plebanis absentibus per vestros nuncios transmittatis, pena quam talibus pro negligenciis eorum infligimus nobis penitus reservata; procuratores seu procuratorem ipsius ecclesie sancte Pragensis et pontis Pragensis predicti et eorum nuncios, cum ad vos venerint fidelium eleemosynas petituri, in ecclesiis et hospiciis vestris benigne recipiatis et caritative absque qualibet remuneracione pertractetis in nullo eosdem molestantes, nam ipsos in nostram protectionem recepimus et tutelam, quos etiam per vos et vestros nuncios volumus conduci, cum ab eis fueritis requisiti. Si autem, quod absit, aliqui inventi fuerint, qui sepedictum negocium sanctum vel procuratorem seu procuratores vel nuncios eorum verbo vel facto impedire vel turbare presumpserint, damus sepedictis procuratoribus vel procuratori et nunciis eorum monicione tamen premissa alias canonice auctoritatem excommunicandi laicos, clericos vero suspendendi a divinis usque ad satisfactionem congruam et ad nostram presenciam evocandi, scientes quod quidquid eis gracie vel honoris inpenderitis nobis reputabimus fore factum. Volumus eciam, quod a primo die promocionis huius sancti negocii tabule ecclesiarum et parochianorum vestrorum, qui vitrici ecclesie appellantur, totaliter cessent, quas cassamus;[1] nam predictum sanctum negocium in visceribus gerimus caritatis. Quicunque vero ex vobis tabulam pro sepedicto negocio constituere minime curaverit, taliter tales puniemus, quod aliis cedere poterit in exemplum. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatissime virginis Marie

---

[1] Damit ist diese Formel beendet und verweist (mit etc. . . ut supra in praecedenti forma) auf die vorhergehende Formel.

genitricis ejus et sanctissimorum apostolorum ejus Petri et Pauli, nec non gloriosorum martyrum Viti, Venceslai atque Adalberti patronorum nostrorum meritis et intercessionibus confidentes, omnibus vere penitentibus et confessis ubicunque et quociescunque ad predictam sanctam ecclesiam manus suas porrexerint adiutrices, tocies 40 dierum peccatorum terminalium venialium auctoritate qua fungimur misericorditer in domino relaxamus, indulgencias ipsius Pragensis ecclesie per septem sanctissimos patres Romanos pontifices et specialiter modo et ex novo per beatissimum patrem dominum C. papam modernum ac legatorum sedis apostolice eidem concessas, nostre indulgencie annectentes, insuper dominorum archiepiscoporum et episcoporum donatas eidem Pragensi ecclesie veras et gloriosas indulgencias similiter annectimus nostre indulgencie antedicte, item vota fracta, peccata oblita, poenitencias non studiose neglectas, offensas patrum et matrum sine injectione manuum violenta, juramenta quae fiunt ex animi levitate ipsis in domino relaxamus. Ceterum de iniuriis et rapinis, ubi veri heredes ignorantur, aliisque rebus male quesitis quoquomodo nisi sciatur cuius sint reddende, si de consilio procuratorum predictorum ad predictam Pragensem ecclesiam date fuerint, auctoritate nostra predicta sint penitus absoluti. Ipsis quoque in cumulum amplioris gracie conceditur, ut sint participes omnium bonorum, que fiunt in predicta Pragensi ecclesia et fient in futurum durante quoque negocio predicto, quod nobis prorsus est cordi, omnis alia peticio quecunque sit illa per Pragensem civitatem et diecesim interim penitus conquiescat. Si autem aliquos alios qualescunque petitores cum quibuscunque litteris inveneritis, quos falsarios et truffatores reputamus, damus supradictis procuratoribus seu procuratori et nunciis eorum coram (sic, copiam) auctoritate nostra capiendi eosdem et ad nostram audienciam adducendi. Insuper antedicti procuratores sine casibus infrascriptis possunt libere dispensare votis simplicibus et peregrinacionibus ultra marina sanctorum Petri et Pauli ac Jacobi apostolorum peregrinacionibus duntaxat exceptis. Ceterum damus eisdem procuratoribus seu procuratori, nunciis eorum clavium potestatem habentibus, ut in casibus specialiter nobis a jure reservatis possint confessiones audire eisque iniungere penitentiam salutarem, ita tamen quod si predicti tantum ad predictam sanctam Pragensem ecclesiam quantum inveniendo,

stando, redeundo expenderint de consilio plebanorum suorum et procuratorum predictorum seu procuratore (sic) voluerint elargiri, sint penitus absoluti, quod locum habere volumus in hiis, quos paupertas vel alia rationabilis necessitas excusaret. Demum finaliter concedimus omnibus plebanis hoc negocium fideliter promoventibus in casibus nobis reservatis alterutrum confitendi duranteque negotio supradicto se mutuo absolvendi. In cujus rei testimonium etc. . .

3. Forma petitionis hostiaria (pro pauperibus ad hospitale liberae civitatis).

Arnestus etc. . Universis Christifidelibus per nostram Pragensem dioecesim constitutis salutem in domino sempiternam. Si juxta sentenciam sapientis inter tempus seminandi discernimus et metendi, seminare debemus in terris, quod multiplicato fructu recolligere valeamus in coelis. Et licet secundum hoc indigentibus omnibus aperire teneamus viscera caritatis, illis tamen specialius et habundancius quodammodo liberalitatis debemus graciam exhibere, qui cum sint pauperes spiritu sponte subeunt onera paupertatis, ut pauperibus possint copiosius subvenire, hoc vero quamvis multi laudabiliter exequuntur, illi tamen student laudabilius adimplere, qui hospitalitati vacantes non solum infirmos et egenos recipiunt sed etiam trahunt. Cum igitur honesti et discreti viri Ulricus dictus Osk. (sic) et Stephanus dictus Ledr cives libere civitatis, [1] procuratores et dispositores hospitalis gloriose virginis Marie, Thome apostoli, Stephani prothomartyris, Laurencii, Martini, Erasmi, Anthonii etc. et quam plurimorum sanctorum extra menia ejusdem libere civitatis constituti ad hoc totis viribus elaborent, ut undique confluencium egenorum pariter et egrorum subvenire necessitatibus se exponant, de suisque non habeant facultatibus seu redditibus, quod numerositati egenorum ibidem decumbencium victualium necessaria valeant ministrare; quodque eciam praefatum hospitale ex incendii periculo bina vice fere totaliter est consumptum. Quare universitatem vestram monemus et hortamur in remissionem peccaminum vestrorum

[1] Freistadt — Hühnerwasser (Kuřívody), Stadt im Bunzlauer Kreise.

vobis injungentes, quatenus ut cooperatores sitis operis pietatis, cum ad vos accesserint nuncii dictorum procuratorum ipsos benigne respicere ac honeste tractare curetis, eis grata subsidia et pias eleemosynas conferentes, ut vos per hoc et alia bona, quae domino inspirante feceritis, ad eterna possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis et intercessione confisi omnibus vere penitentibus, contritis et confessis, qui ad predictum hospitale manum porrexerint adjutricem, 40 dies indulgencie de injunctis eis poenitenciis misericorditer in domino relaxamus praesentibus a data praesencium tantum ad unum annum duraturis, quos mitti per questuarios perhibemus eas si secus actum fuerit eadem viribus decernentes (sic). Datum etc. . .

4. Forma petitionis per Pragensem dioecesim pro aliqua misera persona mulieris a peccato conversae.

Johannes dictus Paduanus etc. . et Wratiwoj etc. . universis Christi fidelibus per Pragensem dioecesim constitutis salutem in domino sempiternam. Cum Katherina et Margaretha de Grecz, pauperes mulieres Pragensis dioecesis, exhibitores praesencium desideriis inhiantes libidinosis actibus retroactis temporibus se publice exposuerunt, spiritus sancti gratia annuente ad cor reverse statum hujusmodi dampnabilem relinquentes de peccatis per eas publice commissis dolentes plurimum poenitenciam eis injunctam explerent libenter suique continencia corporis in antea libenti animo custodirent, si non gravarentur sarcina paupertate. Universitatem vestram requirimus, monemus et in domino exhortamur per viscera misericordie dei deprecantes, quatenus praedictis mulieribus, cum ad vos venerint hostiatim, ne propter defectum necessariorum vite in statum pristinum relabantur, de bonis a deo vobis collatis vestras pias eleemosynas et alia caritatis subsidia ipsis errogare velitis propter deum. Nos vero de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis et intercessione confisi omnibus vere poenitentibus, contritis et confessis, qui predictis mulieribus pro agenda per eas poenitentia manus porrexerint adjutrices, 40 dies indulgencie de iniunctis eis

poenitenciis misericorditer in domino relaxamus, presentibus tantum ad Epiphaniam domini venturam de proximo duraturis. Datum etc. . .

5. Forma petitionis solempnis pro fabrica ecclesiarum (sti Stephani in Luthomierzicz).

Arnestus etc. . Universis abbatibus, prepositis, decanis, plebanis, viceplebanis ceterisque ecclesiarum et capellarum rectoribus exemptis et non exemptis in Curimensi archidiaconatu constitutis salutem in domino sempiternam. Ecclesiarum fabricis manum porrigere adjutricem pium aput deum et meritorium reputantes, frequenter Christifideles ad impendendum ecclesiis ipsis auxilium nostris litteris exhortamur et ut ad id eo forcius annuentur quo magis ex hoc eis animarum commodum speraverint (?) adipisci, nonnunquam pro hiis temporalibus suffragiis spiritualia eis munera, videlicet remissiones et indulgencias elargimur. Cupientes igitur ecclesiam sti Stephani prothomartyris in suburbio civitatis Luthomericensis, que propter sui vetustatem minatur ruinam, de novo construere, nec non monasterium canonicorum regularium in Jarmir[1] per nos de novo erectum in edificiis et aliis emendare, quibus proch dolor proprie non suppetunt facultates, universitatem vestram rogamus et in domino exhortamur per viscera misericordie dei omnipotentis deprecantes et in remissionem vestrorum peccaminum vobis injungentes, quatenus negocium tam ecclesie sti Stephani quam monasterii supradictorum in vestris ecclesiis omni qua poteritis diligencia promoveatis, parochiales vestros ad diem locum et horam, quam latores praesencium vobis assignaverint, convocetis in unum, ipsaque dies et hora tanquam dies dominica festivetur, donec negocium dictarum ecclesie et monasterii producatur ad effectum. Volumus eciam et mandamus, ut cum nuncii praedicti negocii, exhibitores presencium, portantes sanctissimas reliquias vestris ecclesiis appropinquaverint, eisdem ipsi sacerdotes cum parochialibus processione et vexillis solempniter occurratis, inhibentes vobis ne aliquis vestrum hanc ordinacionem propter salutem animarum infringere presumat, nuncios

[1] Die Gründung des Klosters in Jaroměř vgl. Erect. VIII. 1.

eciam hujus negocii, cum ad vos venerint, honorifice suscipiatis et caritative in domibus vestris pertractetis. Nos ipsos nuncios seu procuratores eorum in nostram recipimus protectionem et tutelam, quicunque secus fecerit, quod non credimus nec speramus, sciat, quod talem taliter puniemus, quod aliis cedere poterit in exemplum, taliter vos nichilominus in hoc pio gerentes negocio, ut per hec et alia bona, que pro predicto negocio domino inspirante feceritis, una cum subditis vestris possitis coram deo meritum obtinere et de prompta obedientia aput nos commendari. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli etc. . (wie in der vorhergehenden Formel) . . . relaxamus, preter indulgencias sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Clementis pape VI.,[1] qui similiter omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad opus dicte ecclesie s^ti^ Stephani manus porrexerint adjutrices, unum annum et unam quadragenam de injunctis eis penitentiis auctoritate apostolica condonavit, nec non preter indulgenciam predicti s^ti^ Stephani ecclesia et monasterium antedictum dinoscitur obtinere. Ceterum volumus, ut primo die promocionis hujus sancti negocii omnes peticiones alie conquiescant, quas omnino cassamus, inhibentes vobis et cuilibet vestrum in virtute sancte obediencie, quatenus pro vobis de hujusmodi eleemosyna nichil penitus recipere debeatis, sed ipsam a parochialibus vestris ad mandatum predictorum procuratorum plene recollectam procuratoribus ipsis aut eorum nunciis fideliter assignare curetis. Contrarium facientem pena puniemus condigna. Preterea in majorem graciam damus vobis et omnibus illis, qui pro opere ecclesie et monasterii predictorum manus adjutrices porrigere vel negocium ipsius ecclesie et monasterii promovere curaverint, ut sint participes omnium bonorum, que in ipsa s^ti^ Stephani ecclesia et in monasterio in Jermer antedicto fiunt et sicut in perpetuum in orationibus et missis. Postremo nunciis hujus negotii, quorum nomina in alia nostra littera exprimuntur, concedimus, ut confessiones Christi-

---

[1] Clemens VI. starb 1352. — Die Sammlung zum Neubau der St. Stephanskirche in Leitmeritz dürfte höchst wahrscheinlich unter dem Propste Bohuslaus, dem Bruder des Erzbischofs Arnest (1349—1358) und zwar gleich in den ersten Jahren 1349—1352 stattgefunden haben. Vgl. Pelzel Karl IV. I. 218.

fidelium utriusque sexus, ubicunque eis in eodem archidiaconatu venire contingerit auctoritate nostra audire et etiam in casibus a jure nobis reservatis absolvere penitenciamque injungere valeant salutarem duobus duntaxat casibus exceptis, incendii videlicet et lesione (sic) bonorum archiepiscopatus nostri, quos casus nobis specialiter reservamus. Omnibus etiam plebanis seu viceplebanis hoc negocium fideliter promoventibus damus auctoritatem alterutrum confitendi in casibus episcopalibus et se invicem absolvendi durante negocio supradicto praesentibus post instans festum s^ti Michaelis numerando valiturum. In cujus rei testimonium etc. . .

6. Forma petitionis hostiaria.

Arnestus etc. . Universis Christifidelibus per Pragensem civitatem et diecesem constitutis salutem in domino sempiternam. Cum eternorum intuitu ea seminare debeamus in terris que reddeunte domino cum fructu multiplici juxta dictum apostoli recolligere valeamus in celis, cum igitur claustrum honestarum dominarum abbatisse et conventus ordinis s^ti Francisci, que ibidem omnipotenti deo jugiter famulantur et idem claustrum paupertate nimia sit astrictum, ad cujus paupertatem relevandam predictarum pauperum dominarum proprie non suppetunt facultates, de bonis a deo vobis collatis vestras pias eleemosynas et alia caritatis subsidia taliter errogare curetis, cum ab ipsis vel eorum nunciis fueritis requisiti, ut per hec et alia bona, que inspirante domino feceritis, possitis ad eterna gaudia pervenire. Nos enim omnibus penitentibus et confessis, qui predictis dominabus manum porrexerint adjutricem, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli etc. . . 40 dies indulgencie misericorditer in domino relaxamus, condonamus presentibus tantum ad unum annum valiturum. In cujus rei testimonium etc. . .

VI. Processus.

Von den Formeln dieser Abtheilung gehören nur Nr. 1—8 und 23 der Zeit des Erzbischofs Arnest an, die anderen Nr. 9—22 sind aus der Zeit des Bischofs Johann IV. von Dražic (Nr. 10 aus dem Jahre 1308). Alle enthalten Aufträge bezüglich strafbarer Handlungen von Laien und Priestern. Nr. 4 gibt uns Nachricht über die Verpflichtung der Diöcesangeistlichkeit zur Zahlung der Reise- und Zehrungskosten der päpstlichen Nuntien (vgl. Commiss. III. 57 und Diversa XXIV. 73—75). Wichtig ist die Formel Nr. 6, welche uns Aufschlüsse über das Amt der öffentlichen Notare bietet. Die Formeln des Bischofs Johann handeln grossentheils von Plünderungen der bischöflichen Güter; Nr. 15 ist gegen den Wucher unter der Geistlichkeit gerichtet, Nr. 16 berichtet über Streitigkeiten des Bischofs mit der Stadt Leitmeritz wegen gewisser Salzabgaben, welche die Stadt dem Bischof zu leisten verpflichtet war u. a.

Hic incipit tytulus processuum et primo

1. Processus contra percussorem clericorum.

Arnestus etc. universis plebanis, viceplebanis nec non ecclesiarum parochialium et capellarum rectoribus Maioris et Minoris civitatis Pragensis et suburbiorum earundem, salutem in domino. Quia instigante dyabolo quidam iniquus homo Albertus nomine, ut dicitur, sue salutis immemor nuper in honorabilem ac religiosum virum fratrem Gallum ordinis fratrum predicatorum [1] manus iniecit temere violentas eum usque ad sanguinis effusionem vulnerando, ob quod non est dubium eundem Albertum sentenciam canonis Si quis suadente incidisse, verum quia nichilominus ipsum Albertum predictum hoc nephas seu delictum de consilio quorundam pravorum hominum perpetrasse, unde cum facientes et consencientes pena simili plectantur sacre canonum sanctiones, eapropter vobis omnibus

---

[1] War Inquisitor hereticae pravitatis; — Commiss. III. 23 und Anm.

et vestrum singulis in virtute sancte obediencie districte precipiendo mandamus, quatenus prenominatum Albertum cum omnibus illis, qui ad perpetrandum scelus predictum sibi dederunt consilium, auxilium vel favorem, singulis diebus dominicis et festivis in ecclesiis vestris infra missarum solempnia publice excommunicatos nuncietis. Ceterum si qui forent, qui scientes prenominatum Albertum perdicionis et nequicie filium delictum predictum velle committere et eum a suo malo proposito non retraxerunt, ymo pocius exequendum disimulacione eundem consenserunt, eos exnunc monemus, ut ipsi coram nobis infra 14 dies a data presencium continue computandos comparere Prage vel alias ubi eciam fuerimus debeant, quos ipsis pro primo, secundo ac tercio et peremptorio termino assignavimus et exnunc assignamus misericordiam et graciam pro excessu huiusmodi a nobis quesituri, alias ubi hoc facere renuerent predicta monicione canonica premissa ipsos et eorum quemlibet excommunicatos esse volumus, quos eciam exnunc prout extunc et extunc prout exnunc excommunicamus in hiis scriptis vobis universis . . . . districte precipientes, quatenus lapso termino predicto eos una cum aliis singulis diebus dominicis et festivis in ecclesiis vestris excommunicatos publice nuncietis tamdiu donec a nobis aliud receperitis in mandatum. Volumus eciam, ut hoc in ecclesiis vestris insinuare debeatis, quod si aliquos tales lapso termino predicto culpabiles invenerimus in predictis contra ipsos in quantum de jure poterimus procedemus. Datum etc. . .

2. Processus contra Johannem de Drazycz (propter occupacionem bonorum eccles.).

Arnestus etc. . honorabili viro archidiacono Boleslaviensi salutem in domino. Cum dominus Johannes de Drazicz [1] bona ecclesie nostre racione altaris s^ti Silvestri [2] ad nostram perti-

---

[1] In der Urkunde des Bischofs Johann IV. von Dražic dd. 2. Juli 1340 (Arch. cap. Wyssegrad.) wird ‚nobilis vir d. Joannes de Drazicz nepos noster' genannt. — Denselben s. in Consens. XVII. 7 und Lib. conf. I. 131 (im Jahre 1360).

[2] Zu diesem Altar gehörten Einkünfte im Dorfe Jesenicz (Tomek III. 60). Aus Nr. 3 geht hervor, dass J. v. Dražicz sich an die an ihn ergangene

nencia ecclesiam iam per multa tempora temeritate propria in salutis sue dispendium occupaverit et detineat occupata, nos licet hac de causa procedere potuissemus, dissimulavimus tamen et expectavimus, ut forte ipse ad cor rediens per se ipsum ab occupacione desisteret bonorum eorundem. Verum quia dissimulacionem et pacienciam nostras erga dominum Johannem predictum in nullo videmus prodesse nec ipsum ad dimissionem bonorum eorundem quoquomodo inclinari, unde idempnitati ecclesie nostre prout tenemur et debemus consulere volentes, remedio oportuno vobis ambobus vel alteri vestrum in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et vestrum quemlibet sex dierum canonica monicione premissa ferimus in hiis scriptis, si quid mandamus effectui non curaveritis mancipare, quatenus vos ambo vel alter vestrum dum requisiti fueritis accedentes d. Johannem predictum ipsum moneatis, quod ab occupacione bonorum in Jessenicz altaris predicti infra spacium dierum XV a tempore monicionis computando desistat cum effectu, quod sibi pro primo, secundo et tercio ac peremptorio termino assignamus, et quod ea que a tempore vacacionis prenominati altaris percepit integraliter et complete magistro Stephano prothonotario nostro, ministro seu rectori prefati altaris restituat et assignet, alias ubi contrarium predictis seu alteri predictorum faceret, vestris ymo verius nostris monicionibus non parendo, extunc ipsum excommunicatum publice per ecclesias decanatus Curimensis nuncietis et nunciari faciatis seu procuretis etc. . . . Si quid autem prenominatus Johannes erga nos haberet racione altaris predicti questionis, postquam cesserit de bonis predictis in Jessenicz, que auctoritate propria temere invasit et detinet, coram quocunque judice competenti sibi volumus et fuimus (sic) parati de justicia respondere. Fidem eciam execucionis etc. . .

3. Nota agravacionis contra excommunicatum (J. de Drazicz).

Arnestus etc. . Discreto viro . . decano Turnoviensi salutem in domino. Cum dominus Johannes de Drazicz dudum

---

Mahnung nicht kehrte, und dass also gegen ihn die Aggravation ausgesprochen wurde.

per nos certis ex causis excommunicatus sentencias ipsas in ecclesiastice discipline et nostrum non modicum contemptum parvipendere non vereatur, ne igitur alii suo exemplo ad similia licencius prosiliant, cum crescente contumacia crescere debeat et pena iuxta legitimas sanctiones et quia nil obedientibus humilitas prodesset si pertinacia contumacibus non obesset, zelo igitur iusticie succensi, ut predictus Johannes ad cor rediens ad gremium s. matris ecclesie, de qua suis exigentibus demeritis est eiectus, citius revertatur, considerantes eciam, quod nonnunquam propter culpam domini subditi premuntur . . . et loca sibi temporaliter subiecta in hiis scriptis ecclesiastico subicimus interdicto, inhibentes per presentes omnibus nobis subiectis et specialiter locorum predictorum plebanis, exemptos vero in domino hortamur, ne in locis predictis officient seu officiari procurent, si penam contra violantes interdicta in iure proditam cupiunt evitare. Volumus autem hunc nostrum processum per te . . decanum Turnoviensem duobus diebus dominicis se immediate sequentibus in ecclesiis locorum prenominatorum publicari, ne quispiam ignorancie pretextu se possit excusare.[1] Fidem etc. . .

4. Processus contra non solventes procuracionem nuncio sedis apostolice debitam.

Arnestus etc. . Venerabili in Christo patri et domino d. episcopo Pamburgensi et honorabilibus viris . . . capitulo ecclesie ejusdem totique clero civitatis et diocesis Pamburgensis. Nos Bohuta archidiaconus Curimensis canonicusque Pragensis, executor ab honorabili viro magistro Geraldo de Maguncia, archidiacono de Bauch (Rauth?) in ecclesia Constanciensi et domini . . . pape Clementis VI. nuncio ad infrascripta specialiter deputatus, salutem in domino et mandatis apostolicis firmiter obedire. Noveritis nos memorati magistri Geraldi literas suo sigillo . . . sigillatas, nobis per eum presentatas . . . recepisse, quarum tenor: Geraldus de Maguntbia etc. . . . Volentes igitur eiusdem magistri Geraldi, ymo verius apostolicum mandatum nobis iniunctum . . . exequi ut

[1] Vgl. Nr. 2.

tenemur, vos . . dominum episcopum et . . . capitulum ac singulariter singulos de clero predicto sollicite ac peremptorie requirimus et monemus, quatenus quinquaginta florenos auri vobis per dictum magistrum Geraldum pro rata solucionis expensarum per eum in partibus Bohemie factarum impositos infra unius mensis spacium a receptione presencium numerandum, quem terminum vobis et singulis ac aliis quorum interest pro omnibus dilacionibus et terminis assignamus, omni excusacione et difficultate remotis nobis aut nobis non existentibus ibidem magistro Sdeslao, archidiacono Horssoviensi[1] et thesaurario venerabilis . . Arnesti archiepiscopi in civitate Pragensi vestris sumptibus vestroque periculo dare et solvere studeatis, alioquin in non solventes seu difficultatem aliquam in solucione predictorum quinquaginta florenorum ingerentes, nisi infra predictum terminum satisfecerint, ut prefertur, exnunc prout extunc in hiis scriptis canonica monicione premissa singulariter in singulos excommunicacionis, in capitulum vero predicte Pamburgensis ecclesie suspensionis sentencias promulgamus, vobis vero domino episcopo, quem ob reverenciam vestre dignitatis nolumus prefatis nostris sentenciis sic ligari, si contra premissam solucionem aliquid impedimenti prestiteritis predicta canonica monicione premissa ingressum ecclesie interdicimus in hiis scriptis, tandem canonica monicione premissa suspendimus. Si vero predictum interdictum per sex dies immediate sequentes sustinueritis vos in hiis scriptis tandem canonica monicione premissa suspendimus a divinis, verum si prefatas interdicti et suspensionis sentencias per alios sex dies sustinueritis, quod absit, animo indurato, vos exnunc prout extunc in hiis scriptis prelibata canonica monicione premissa excommunicacionis sentencia innodamus, scientes quod cum nostris presentibus processibus literam prefati magistri Geraldi, in qua tenor literarum legacionis et potestatis sue nobis tradite per eum inseritur et habetur, vobis duximus transmittendum. In quorum testimonium etc. . .[2]

---

[1] Ueber diesen s. Monit. II. 11.

[2] Vgl. Commiss. III. 57.

5. Processus executoris cui mandatur, ut sentenciam pro aliquo latam exequatur. (Subdelegacionis forma contra occupatorem ecclesie.)

Nos Arnestus etc. executor sive diffinitor pro Venceslao quondam Johannis de Slana clerico nostre diocesis, plebano . . . et contra Bartholomeum canonicum regularem Lithomislensis ecclesie per honorabilem virum dominum . . Auiruonem (?) de . . . legum doctorem, canonicum Cathaloniensem domini nostri pape capellanum et ipsius sacri palacii auditorem late una cum collegis nostris Czedlicensi videlicet et Podlazicensi monasteriorum abbatibus cum illa clausula, vos vel duo aut unus vestrum per vos alium seu alios etc. a sede apostolica specialiter deputatus, discreto viro decano Policensi salutem in domino etc. . Literas sanctissimi etc. . . Clementis pape VI. eius vera bulla bullatas etc. . . nobis per Venceslaum rectorem ecclesie parochialis in . . . nobis exhibitas nos recepisse noveritis, quarum principium erat tale: Clemens etc. . . . Quibus quidem literis . . . susceptis instante nobis Venceslao predicto, ut mandata sibi facta consequeremur, nos visis suis munimentis, quamvis personaliter mandatum nobis iniunctum huiusmodi ob reverenciam sedis apostolice libenter fuissemus executi, ex arduis tamen et multiplicibus ecclesie nostre negociis prepediti personaliter exequi non potuimus nec valuimus mandatum nobis directum. Unde de tua legalitate plurimum confidentes, tibi in virtute s. obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in te trium dierum a receptione presencium canonica monicione premissa ferimus in hiis scriptis, si vero feceris que mandamus districte precipiendo mandamus, quatenus predictum Bartholomeum . . . canonicum regularem, qui prefatam in . . . ecclesiam in sue anime periculum occupat, licet per nostrum collegam . . . abbatem monasterii Czedlicensis monitus sit, ut ab occupacione ipsius desisteret, adhuc monere debeas, ut non impediat Venceslaum predictum verum ipsius ecclesie . . . plebanum, quominus eiusdem ecclesie juribus et pertinenciarum universarum ipsius possessione pacifica gaudere possit, faciasque sibi ab universis eiusdem ecclesie plebezanis et hominibus veluti vero et legitimo plebano de iuribus universis respondere. Ubi autem prefatus Bartholomeus infra sex dierum spacium,

quorum duos pro primo, secundos duos pro secundo et tercios pro tercio et peremptorio (termino) ac monicione canonica assignamus in hiis scriptis, quod premittitur si non fecerit cum effectu, extunc ipsum nominatim in ecclesia tua diebus dominicis et festivis excommunicatum publice nuncies etc. . . . Ceterum cum ipse dominus . . . prefatus ipsum Bartholomeum in expensis litis 60 flor. auri et universis perceptis tempore mote litis prefato Venceslao finaliter diffiniverit prout ipse Venceslaus de hoc fecit nobis plenam fidem, ipsum moneas, ut hos florenos auri boni et universa percepta infra unius mensis spacium a die requisicionis tue ipsi Venceslao restituat, alias si secus fecerit, ipsum lapso mense, quem sibi pro omnibus assignamus dilacionibus et monicione canonica, excommunicatum modo quo supra publice nuncies . . . . Mandamus tibi insuper, ut omnes impedientes Venceslaum prefatum et promoventes Bartholomeum predictum monere debeas, ut ab impedimentis ipsius Venceslai et a promocionibus prefati Bartholomei desistant cum effectu, si penam seu penas in processibus dudum per nostrum predecessorem latas cupiunt evitare, nos enim dum nobis de hoc fides facta fuerit eos in penas incidisse processum curabimus manifestare. Fidem etc. . .

6. Processus contra tabelliones.

Arnestus etc. universis per nostram diocesim constitutis, ad quos presentes pervenerint, salutem in domino. Iniuncte nobis servitutis debitum exposcit, ut qui ad reformandos in clero mores et actus, prout nobis exalto permittitur, solertes intendimus, ibi precipue reformacionis accomodemus remedium apponamus, ubi minus conspicimus periculum imminere. Sane quum periculosum existat, quod quis in officio aliquo se esse asserat et pro tali eciam habeatur, nisi prius ipse quod asserit legitimis ostendat documentis, experiencia que optima, efficax rerum magistra existit, colligitur evidenter. Nonnulli siquidem sunt in nostra provincia et diocesi, qui se in tabellionatus officio [1] constitutos fore asserunt, qui tam rudes et ignari existunt,

[1] Tabellio = notarius publicus. Das Recht, öffentliche Notare zu ernennen, gebührte dem böhmischen Könige. Karl IV. hatte im Jahre 1358 dieses

quod a se ipsis et per se ipsos nec minimum possunt conficere instrumentum, unde fit, quod prout is seu hii, quem seu quos tangit negocium, eis dant seu faciunt prothocolla, ita per omnia et in totum ea redigunt in publicam formam, non intelligentes plerumque nec scientes quid scribant. Sunt eciam aliqui, quorum non habetur noticia et si habetur de auctoritate tamen eis data et concessa fidem non fecerunt nec forte facere possunt. Aliqui eciam sunt ita levis opinionis, quod testimonium ipsorum eciam in factis levibus esset repellendum. Reperti sunt et alii, qui rebus aliter se habentibus publica confecerunt instrumenta, propter quod persone huiusmodi publica exercentes officia nonnulla periuria incurrunt et partes, pro quibus seu ad quarum instanciam instrumenta conficiuntur, personas huiusmodi interdum permaximis periculis et dampnis afficiuntur seu implicantur. Nos igitur ausibus talium periculisque evidentibus, que ex factis personarum huiusmodi occurrerunt, occurrunt et verisimiliter possunt occurrere in futurum, viam quantum nobis est possibile precludere volentes, universis et singulis personis nostre diocesis, que se notarios publicos dicunt et sic se gerunt, in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in ipsas et earum quamlibet hac monicione premissa ferimus in hiis scriptis, si que eis precipimus effectui non curaverint mancipare districte precipiendo mandamus, quatenus earum quelibet a publicacione presencium infra duos menses se coram nobis presencialiter, ubicunque in diocesi nostra fuerimus, exhibeat seu exhibeant munimenta seu autentica sue creacionis ostensuri, volentes, quod deinceps nullus in diocesi nostra officium tabellionatus exerceat publice vel oculte, nisi prius de potestate sibi data et concessa coram nobis fecerit plenam fidem, super quo eciam ipsum literas nostras patentes volumus recipere et habere. Nos enim premissis seu premissorum alicui contrarium facientem seu facientes lapso termino

---

Recht an den Prager Erzbischof abgetreten (Lib. erect. I. 20), so dass seit dieser Zeit die öffentlichen Notare durch die erzbischöfliche Kanzlei ernannt wurden. Nach den Kirchengesetzen durfte das Amt eines öffentlichen Notars nicht von Priestern bekleidet werden (vgl. Inhib. XIV. 1), sondern nur von Clerikern mit den niederen Weihen (auch von weltlichen Personen, Tomek III. 222). Eine erzbischöfliche Einwilligung zur Ausübung des Notariats s. Diversa XXIV. 66. — Vgl. auch Ott, Receptg. S. 77 ff.

predicto, quem ipsis et cuilibet ipsorum pro primo, secundo, tercio et peremptorio ac monicione canonica assignamus, excommunicatum seu excommunicatos esse volumus eo ipso, ipsum eciam seu ipsorum quemlibet exnunc prout extunc et extunc prout exnunc excommunicamus in hiis scriptis. Instrumenta quoque per ipsos contra inhibicionem nostram confecta nullius esse volumus firmitatis. Nichilominus eciam ipsius seu ipsorum ausus temerarios aliis penis condignis prout suadebit iusticia curabimus refrenare, presentes maioris ecclesie nostre fratrum predicatorum, minorum et Augustinensium, item sanctorum Egidii, Nicolai, Galli, nec non beate Marie virginis in leta curia ecclesiarum januis affigi volentes, ne ignorancie pretextu se ipsorum quisquam posset excusare. Datum etc. . .

7. Processus de interdicto ponendo contra cives Pragenses qui exigunt pedagia et gabellas a clericis.

Arnestus etc. universis plebanis, viceplebanis nec non ecclesiarum parochialium rectoribus omnibusque et singulis, quos presentes tangunt, per civitatem Pragensem constitutis salutem in domino. Cum ecclesie ecclesiasticeque persone ac res ipsarum non solum jure humano quinymo divino a secularium personarum exactionibus sint immunes in tantum, quod collegium vel universitas seu aliqua singularis persona cuiuscunque dignitatis, condicionis aut status existat, ab ecclesiis aut personis ecclesiasticis seu rebus ipsarum, quas non negociacionis causa deferunt per se vel alium suo nomine vel eciam alieno, pedagia, gvidagia, gabellas seu theolonea exigant vel extorquent, aut eas ad huiusmodi persolvenda compellant,[1] persona singularis excommunicacionis, collegium vero seu universitas civitatis, castri seu loci alterius cuiuscunque, ipsa civitas, castrum seu locus interdicti sentencias ipso facto incurrant, quas sentencias diocesanus locorum ex precepto canonis publicare tenetur vel suos subditos facere publicari tamdiu, donec sic extorta restituantur et de transgressione competenter foret satisfactum. A. cum B. et C. salis et vini theolonarii civitatis Pragensis non in modicum animarum suarum detri-

[1] Vgl. dazu Formel 158 in Palacky, Formelb. II. S. 133.

mentum, sedis apostolice contemptum ac clericalis diminucionem privilegii, a rebus ecclesiasticarum personarum, quas ad usus suos non negociacionis causa deferunt seu vehunt, theolonea seu gabellas recipere non verentur. Nos igitur sanccionibus sacrorum canonum prout tenemur et debemus parere cupientes, A. B. et C. gabellarios predictos excommunicatos denunciamus, civitatemque Pragensem ecclesiastico subiacere interdicto mandantes vobis generaliter, singulis et singulum universis, quatenus prefatos A. et B. et C. gabellarios in ecclesiis vestris singulis diebus dominicis et festivis excommunicatos publice nuncietis, interdictumque a jure positum et per nos publicatum servetis tamdiu, donec ipsi sic extorta plenarie restituerint et transgressione sua satisfecerint competenter. Datum etc. . .

8. Processus contra illos, qui in visitacione pro procuracione pecunias exegerunt.

Arnestus etc. universis, quos nuper visitatores archidiaconatuum nostre dioceseos deputaveramus salutem in domino. Querelis plurimorum ad nos perlatis intelleximus aliquos ex vobis a singulis decanatibus eorum [quos visitastis archidiaconatuum certam summam pecuniae procuratorio nomine exegisse et exactam recepisse, quequidem summa ad tantam ascendit quantitatem, quod aliqui ex vobis ipsam totam non expenderunt in visitacionis existentes officio, ymmo ultra expensas necessarias aliquid remansit de huiusmodi pecunie summa. Nos autem an ea que ad nos sunt perlata vera existerent investigare volentes ex alia quoque parte periculis futuris occurrere cupientes, vobis et vestrum cuilibet, qui officium s. visitacionis nuper in nostra exercuistis diocesi, in virtute s. obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et vestrum quemlibet 6 dierum monicione canonica premissa . . . ferimus in hiis scriptis . . . et mandamus, quatenus vos omnes seu vestrum quilibet infra predictum terminum nos vel eum cui vices nostras in hac parte commiserimus, quantum a quolibet decanatu archidiaconatus, quem visitastis, procuratorio nomine receperitis et si quid de summa eadem ultra expensas necessarias, dum in visitacionis essetis constituti officio, vobis vel alicui vestrum remanserit certificare seu informare debeatis clare et distincte.

Nos enim in contrarium facientes seu facientem sentenciam excommunicacionis iam per nos latam incurrere volumus eo ipso. Verum licet presens nostrum mandatum in ecclesia nostra mandavimus publicari, specialiter tamen tibi . . . decano civitatensi mandamus . . ., quatenus ipsum mandatum eis, qui visitacionis officium exercuerunt, quam primum poteris publices seu publicari procures, ne ignorancie pretextu se possent excusare, de qua publicacione te nobis fidem facere volumus per publicum instrumentum, eos quibus semel presentes publicabuntur volumus publicacione huiusmodi et non alia fore contentos. Datum etc. . .

9. Processus contra fures bonorum episcopalium et invasorum.

Johannes[1] etc. . Licet iuxta sacrorum canonum instituta domus episcoporum simili prerogativa et imunitate gaudere debeant qua domus dei id est ecclesie gaudere consueverunt, tamen quia quidam scelerati seu iniquitatis filii sue salutis et huiusmodi statuti immemores domum nostram episcopalem more furum et latronum nocturno tempore invadentes diversarumque camerarum domus eiusdem hostia et clausuras hostiliter et temere disrumpentes ac honorabilem virum dominum . . . archidiaconum Plznensem et . . . diaconum, capellanos et alios familiares nostros, predictarum camerarum ac dicte domus pro custodia deputatos cum inieccione manuum violenta ausu sacrilego captivantes ac dire et crudeliter colligantes, nonnullas res ecclesie nostre et aliarum ecclesiarum, utpote baculum nostrum pastoralem et alia vasa argentea pro divino ministerio deputata, pecunias in eadem domo causa securitatis depositas, pannos diversos, vestes et nonnulla jocalia seu clenodia et equos in predicta domo ausu dyabolico auferre et recipere et cum receptis et ablatis abire et recedere presumpserunt. Cum autem huiusmodi invasores et dicte curie violatores ac omnes et singulos illos, qui ad hoc opem et operam, consilium, auxilium vel favorem publice vel occulte prestiterunt, propter predictam

---

[1] Diese, sowie die nachfolgenden Formeln dieser Abtheilung (bis Nr. 22) stammen vom Bischof Johann IV. von Dražic (1301—1343).

iniecccionem manuum in predictos capellanos nostros violenter et temere factam in canonem late sentencie non sit dubium incidisse et sint propter invasionem et violenciam predicte curie maioris excommunicacionis vinculo innodati, quos extunc eciam ut exnunc ob premissam causam canonica monicione premissa excommunicatos denunciamus in hiis scriptis, unde ne dicti malefactores aut fautores et complices eorundem possint de sua malicia conciliari, sed pocius ut cum Dathan et Abiron, quos terra binos absorbuit, recipiant porcionem, et ut non solum hii, qui in iniuriam ecclesie nostre prosiliisse probantur, merito consequenter pro facti sui qualitate vindictam, verum eciam ceteri a tali presumptione ulcionis istius timore revocentur, honestati vestre in virtute s. obediencie et sub excommunicacionis pena . . . mandamus, quatenus sepefatos malefactores, invasores et violatores ac omnes illos, qui ut premittitur dederunt ad hoc publice vel oculte, verbo vel facto consilium, auxilium vel favorem, in omnibus et singulis ecclesiis archidiaconatus predicti diebus dominicis et festivis infra missarum solempnia pulsatis campanis et candelis extinctis excommunicatos, prout sunt, publice nuncietis ipsosque faciatis a Christifidelibus tamdiu arcius evitari, donec satisfaccione premissa et restitutis omnibus sic ablatis meruerint se absolvi.[1] Datum etc. . .

10. Processus contra offensores episcopatus.

Johannes etc. . discretis viris . . . decano et . . . salutem in domino. Cum nonnulli tam provincialibus quam sinodalibus constitucionibus et precipue constitucione nostra dudum per nos videlicet currente anno domini milesimo CCCVIII (1308) XIII kalendas Augusti pontificatus nostri anno VII editas et solempniter publicatas promulgatas, qui incipit: Occupatores quoque et raptores etc. . clare et lucide caveatur, quod omnes et singuli invasores, raptores et spoliatores ceterique malefactores et occupatores ac detentores bonorum ecclesiasticorum et ecclesiasticarum personarum ac omnes qui in hoc consilio, auxilio vel mandato aut favore culpabiles extiterunt vel existunt

[1] Vgl. dazu Process. 16.

publice vel oculte cuiuscunque preeminencie, condicionis aut status existant, sint maioris excommunicacionis ipso facto sentencia et vinculo innodati. Et quia . . . . et . . . . castrorum castellani seu purcravii sue salutis immemores et fame sue prodigi, fidefragi ac periuri nec non proprii destructores honoris coadjuvantibus sibi in hac parte complicibus bona nostra et ecclesie Pragensis scilicet in . . . spoliare et depredari ac homines eorundem bonorum captivare et captivatos carcerali custodie mancipare ausu sacrilego et temere presumpserunt, propter quod dubium non existit, eosdem videlicet . . . et . . . ac complices ut predicitur eorundem ac omnes et singulos, qui eis in hoc ausu consilium, auxilium, mandatum aut favorem prestiterunt vel fecerunt, prefatam excommunicacionis sentenciam et alias penas in eadem constitucione positas et insertas omnino penitus et certitudinaliter incurrisse. Et ideo ne pretextu ignorancie quisquam eisdem scilicet . . . et . . . ac complicibus eorum in sue salutis dispendium communicare et participare presumat, neve ipsi de sua malicia valeant conciliari, discrecioni vestre . . . mandamus, quatenus pretaxatos . . . et . . . in specie ac complices et mandatores eorum in genere in omnibus decanatuum vestrorum ecclesiis singulis diebus dominicis et festivis, cum clerus et populus convenerint ad divina infra missarum solempnia . . . excommunicatos tamdiu a recepcione presencium curetis denunciare . . . donec ablatis plenarie restitutis ac hominibus memoratis libere et totaliter relaxatis a nobis in forma ecclesie meruerint se absolvi.[1] Datum etc. . .

11. Processus de interdicto (contra prepositum Melnicensem).

Johannes etc. . Cum constitucione sinodali dudum per nos edita caveatur, quod propter culpam et delictum invasorum, raptorum, depredatorum, spoliatorum bonorum ecclesiasticorum et homines eorundem bonorum capiencium vel capi mandancium omnes ecclesie, quarum predicti invasores, spoliatores et captivatores vel captivari mandantes patroni sunt vel existunt,

[1] Vgl. dazu Process. 11—13; dann Palacky, Formelb. I. Nr. 121, II. Nr. 6 a—e.

sint ipso facto et jure ecclesiastico supposite interdicto. Et quia honorabilis vir . . . prepositus Melnicensis sue salutis immemor et ingratus ecclesie nostre Pragensis, in qua beneficium obtinet illudque recipit ab ipsa, mandavit suis . . . et . . . purgraviis, homines bonorum ecclesie nostre videlicet in . . . contra deum et justiciam et libertatem eiusdem ecclesie inhumaniter captivare, qui purcravii captivatos virtute et pretextu mandati predicti carcerali custodie manciparunt, propter quod dubium non existit, omnes prefatas ecclesias ad presentacionem dicti prepositi pertinentes fore predicto suppositas interdicto. Unde ne in eisdem ecclesiis divina officia prophanentur, neque dicti prepositi factum et presumptio propter transgressorum perniciem et exemplum transeat inpunitum, discrecioni tue . . . mandamus, quatenus ad loca predictarum ecclesiarum videlicet in . . . et . . . et in quibus dictus prepositus jus obtinet patronatus . . . plebanis et rectoribus earundem auctoritate nostra inhibeas expresse, ne in eisdem ecclesiis . . . tamdiu divina officia celebrare ymo pocius prophanare presumant, donec predictum interdictum . . . fuerit relaxatum, alioquin contrarium facientes . . . irregularitatis notam, que nedum privacionem beneficii sed eciam detrusionem in perpetuum carceralem ducit et requirit se noveritis procul dubio incursuros.[1] Datum etc. . .

12. Processus ad idem.

Cum constitucione sinodali etc. . (wie oben). Cum igitur nobilis vir etc. . bona ecclesie nostre predicte quam pocius tanquam matrem et dominam suam in suis necessitatibus adjuvare suisque libertatibus confovere tenetur, invadi, spoliari et depredari mandaverit, seu invasionem et spoliacionem in dictis bonis factas ratas habuerit et habeat manifeste nolens de dampnis eidem ecclesie nostre notorie irrogatis satisfactionem congruam exhibere nec ablata restituere ut tenetur, propter quod dubium non existit, omnes prefatas ecclesias, in quibus dictus dominus . . . jus obtinet patronatus fore predicto suppositas interdicto, quare honestatem vestram etc. (ut supra) in vestris decanatibus et ecclesiis publice proponatis et dicere

[1] Vgl. Proc. 10.

studeatis, omnes huiusmodi ad dicti domini . . . presentacionem vel quancunque aliam disposicionem spectantes fuisse et esse ex premissis causis subiectas ecclesiastico ut premittitur interdicto, auctoritate nostra expressius et striccius inhibentes, ne quispiam audeat et presumat divina officia in eisdem ecclesiis celebrare ymo pocius prophanare tamdiu donec interdicti sentencia congrua satisfaccione premissa in memoratis ecclesiis per nos fuerit relaxata.[1] Alioquin etc. . .

13. Processus ad idem.

Johannes etc. . Cum raptores, invasores, spoliatores et depredatores bonorum ecclesiasticorum et precipue ecclesie nostre Pragensis, que tamquam mater omnium in regno Bohemie degencium promeruit variis et diversis tam a Romanis pontificibus quam principibus nostris videlicet dicti regni ducibus et regibus prerogativis et libertatibus ac immunitatibus decorari, iuxta provincialia et sinodalia statuta ipso facto maioris excommunicacionis pena et sentencia procellantur aliisque penis in eisdem constitucionibus comprehensis multipliciter innodentur, a quibus absolvi et liberari non possunt, nisi prius per eos sufficiens tamquam pro manifesta iniuria prestetur emenda. Sane cum tales etc. . sue salutis immemores, fame sue prodigi ac proprii destructores honoris bona ecclesie nostre predicte . . . ausu sacrilego invadere, spoliare ac inhumaniter depredari presumpserint, nonnulla eidem ecclesie dampnabiliter intollerabilia inferendo, propter quod dubium non existit, fore ut predicitur ipso facto predicta excommunicacionis sentencia innodatos. Quare honestatem vestram[2] etc. (ut supra).

14. Processus contra aliquem bonorum dilapidatorem.

Johannes etc. universis presencium inspectoribus salutem in eo qui est omnium vera salus. Experiencia rerum que est efficax et magistra manifeste edocet et ostendit, quod plerumque

[1] Vgl. Proc. 10.
[2] Vgl. Proc. 10.

propter inprovidam et indiscretam administracionem prelatorum et ecclesiarum rectorum eedem ecclesie, quibus presunt in suis facultatibus et possessionibus, quas dicti prelati et rectores alienare, distrahere ac perpetuo et ad tempus non sine maximo earundem ecclesiarum dispendio exponere et locare presumunt dampna gravia et irrecuperabilia paciuntur, propter quod digne et iuste agitur, ubi talium prelatorum et rectorum maliciis et inprovidencie per aliquod oportunum remedium obviatur et dictarum ecclesiarum indempnitatibus providetur. Sane cum ecclesia seu monasterium Doxanense sanctimonialium ordinis premonstratensis in nostra diocesi constitutum per prepositum eiusdem ordinis solitum gubernari, quod nostris et predecessorum nostrorum temporibus famosius et opulencius inter sui ordinis monasteria in dicta nostra diocesi situata communiter consueverat reputari, propter nonnullas alienaciones et dilapidaciones ac dampnosas locaciones, quas frater . . . eiusdem ordinis et monasterii ac dictarum sanctimonialium prepositus, de bonis et possessionibus variis et diversis ad dictum monasterium spectantibus fecisse dinoscitur, adeo in facultatibus temporalibus miserabiliter est collapsum, tantoque per eundem prepositum contractorum debitorum onere pregravetur, quod nisi celeriter adhibeatur remedium memoratum monasterium ad irrecuperabilis desolacionis obprobrium deducetur, prout hec omnia, que nulla tergiversacione celari possunt, fide dignorum testimonia edocent atque probant et de hiis eciam tam in civitate quam in diocesi Pragensi est publica vox et fama. Alienaciones autem et locaciones, quas idem prepositus fecisse noscitur, ut est dictum, sunt hec que secuntur: primo namque etc. . In quorum omnium testimonium etc. . .

15. Processus de usurariis.

Johannes etc. . discretis viris Belinensi et Uscensi decanis salutem in domino. Frequens et assidua ac clamosa multorum insinuacio aures nostras impulsavit, quod avaricie cecitas, que ydolorum servituti comparatur, quam plurimorum nostre diocesis, quod dolenter referimus, animos inbuit et perfudit, quod ipsi usurarum [1] lucris inhiantes sedis ad easdem usuras exercendas

[1] S. Statuta provinc. Arnesti ‚De usuris et usurariis'.

absque rubore per omnia se dederunt et usque ad presens in eodem crimine perdurantes, sauciantes corda et consciencias nonnullorum, verum quum utriusque pagina testamenti usurarum voragine prorsus detestatur, ideo nos non volentes tanti labem facinoris inpune pertransire, nec aliqua racione tollerare, vestre honestati committimus, iniungimus et mandamus . . . quatenus universis et singulis ecclesiarum plebanis in vestris decanatibus constitutis mandetis, quibus et nos sub eadem excommunicacionis pena precipimus in hiis scriptis, ut quilibet ipsorum in sua parochia cum omni diligencia studiose et curiose a juratis et aliis fide dignis villarum civitatibus regalibus duntaxat exceptis inquirat, utrum aliquis in parochia illa sit, qui usuras solet exercere et quoscunque aut qualescunque huiusmodi usurarios invenerint, nobis eos ex nomine qui sunt et in qua parochia demorantur usque instans proxime festum . . . studeant in scriptis assignare, sicut dei omnipotentis et nostram diligunt graciam obtinere. Datum etc. . .

16. Processus cum agravacione.

Johannes etc. . discretis ac honestis viris etc. . . Licet invasores et malefactores curie nostre episcopalis, qui cum propter iniuriam nostre ecclesie irrogatam canonica monicione premissa cum ex eo quod in honorabilem virum magistrum S. archidiaconum Plznensem et alios clericos in sacris ordinibus constitutos manus violentas temere iniecerunt ipsos manibus et pedibus vinciendo ipso facto et nichilominus nostra auctoritate excommunicati fuissent ac excommunicati publice nunciati, ipsi tamen malefactores et invasores in sua pertinacia ac peccatis sicut sus involuta bro . . (sic) in sue anime periculum et scandalum plurimorum volutantes huiusmodi sentencias parvipendunt, ad synum sancte matris ecclesie redire penitus non curantes et nichilominus tamen omnium fidelium in contemptum clavium se ingerere presumentes. Et quia humilibus obediencia nil prodesset si contemptus contumacibus non obesset, idcirco secundum apostolum omnem inobedienciam ulcisci et punire parati prefatas sentencias cogimur agravare. Quare honestati vestre . . mandamus, quatenus memoratos invasores et complices eorundem, si qui sunt in civitate vestra predicta ad

presens peremptorie monere curetis, ut a data presencium usque ad dominicam diem proximam exclusive, quem terminum ipsis pro primo, secundo, tercio et peremptorio termino assignamus exeant et recedant, alioquin statim ipsa dominica die eciam non expectato alio nostro mandato et quamdiu dicti malefactores in dicta civitate moram fecerint et post recessum eorum per triduum a divinis penitus cessare curetis.[1] Datum etc. . .

17. Processus contra invasores ecclesie bonorum (cives Lithomericzenses).

Johannes etc. . Cum graves et intollerabiles injurias nobis et ecclesie nostre Pragensi per cives Lithomericenses, qui bona ecclesie nostre predicte videlicet in Wrbycz[2] spoliare, invadere et depredari temere presumpserunt, sal quoque nobis et ecclesie nostre sepedicte debitum et consuetum in nostrum preiudicium et gravamen indebite retinentes nobis et dicte nostre ecclesie dare et solvere contradicunt licet tam a domino Petro de Rosemberg capitaneo quam a domino Ulrico Phlugone subcamerario[3] regni Bohemie, ut dictum sal nobis nomine dicte ecclesie sine difficultate aliqua darent et solverent, habuerint in mandatis evidentissime et notorie irrogatos, sub dissimulacione et conniventibus oculis ac sine iuris iniuria et divina offensa preterire ulterius nequeamus, ne ex dissimulacione et negligencia tam divinam quam humanam offensam incurrere valeamus, idcirco contra predictos cives procedere decrevimus ipsorum culpa ac iusticia exigente, sed quia canonica precipiunt instituta, quod omnem vindictam debet precedere monicio, quare honestati vestre . . . mandamus, ut pretaxatos cives seu judicem et juratos statim a receptione presencium requiretis et monere curetis, ut infra sex dies a monicionis tempore computandos, quorum duos pro primo, duos pro secundo et

---

[1] Vgl. Proc. 9.

[2] Ein Dorf auf der bischöflichen Herrschaft Raudnitz.

[3] In den Jahren 1319—1331. — Ueber den Streit des Bischofs Johann IV. mit den Bürgern von Leitmeritz haben wir keine Nachrichten gefunden. Im Jahre 1325 ertheilte König Johann der Stadt Leitmeritz ein Privilegium, den Handel und die Schifffahrt auf der Elbe betreffend (Památky VIII. 577. — Lippert, Leitm. 48).

reliquos duos pro tercio et peremptorio termino ipsis assignamus, quatenus fideiussores nostros a caucione fideiussoria, quam racione prede et ablatorum per eas et minus iuste recipere presumpserunt, absolvere et in totum ac penitus liberos et quietos reddere salque predictum infra tempus memoratum nobis dare et solvere studeant atque curent, quod si infra predictum tempus nec fideiussores a predicta caucione absolvere nec predictum sal dare et solvere curaverint, ut prefertur, extunc post lapsum termini memorati ecclesiam parochialem ibidem in Lithomericz ac ipsos cives ex causa premissa auctoritate nostra, quam vobis concedimus in hac parte subiciatis ecclesiastico interdicto, quam et quos nos exnunc prout extunc in hiis scriptis eciam eidem subicimus interdicto tamdiu duraturo, donec caucione predicta liberaliter relaxata et soluto sale predicto integraliter et complete relaxacionem interdicti predicti a nobis meruerint in forma ecclesie obtinere. Datum etc. . .

18. Processus contra raptores violentos.

Johannes etc. . honorabilibus viris dominis . . . Pragensi et . . . Curimensi archidiaconis salutem in domino sempiternam. Quia quidam iniquitatis alumpni sue salutis immemores venerabilem fratrem nostrum fratrem Przybiconem Sadorensem[1] episcopum et alios nostros et suos capellanos ac familiares ausu temerario in via invadentes spoliare equis, vestibus et aliis rebus universis, quas habuerunt, hostiliter et inhumaniter presumpserunt, per quod non est dubium, eosdem malefactores ipso facto excommunicacionis sentenciam latam a canone incidisse. Quare committimus vestre honestati et mandamus in virtute s. obediencie, quatenus eos omnes et singulos in genere statim post receptionem presencium in omnibus ecclesiis archidiaconatuum vestrorum excommunicatos sicut sunt infra missarum solempnia, cum populus Christifidelium congregatus fuerit ad divina, denuncietis et denunciari faciatis . . . singulis diebus dominicis et festivis sine intermissione tamdiu donec restitutis ablatis et satisfactione pro dampnis et injuriis illatis predictis

---

[1] Prager Weihbischof seit c. 1312, (Tomek I. 365, Frind II. 68).

spoliatis et lesis sufficienti premissa meruerint per sedem apostolicam se absolvi et a nobis aliud receperitis in mandatum etc. . .

19. Processus contra invasores plebanorum.

Johannes etc. . discreto viro etc. . Quia nobiles viri . . . et . . . abiecto dei timore discretum virum Johannem plebanum ecclesie de Czrwat . . (sic) ab ipsa ecclesia in sue salutis dispendium repellentes ipsum omnibus bonis que habuit in domo dotis spoliarunt, librumque, calices et alium ornatum ecclesiasticum ac claves ecclesie receperunt, nec non et alia dampna quam plurima plebano et dicte ecclesie intulerunt, que sub dissimulacione nobis non competit pertransire. Quare discrecioni tue in virtute s. obediencie . . . mandamus, quatenus accedens ad presenciam predictorum dominorum . . . et . . . ipsos moneas ex parte nostri, ut a data presencium infra sex dies . . . . universa ablata plebano et ecclesie restituant et pro dampnis illatis satisfactionem exhibeant condecentem. Quod si non fecerint, mandamus tibi et universis plebanis, viceplebanis et aliis ecclesiarum rectoribus in tuo decanatu constitutis sub pena predicta, quam in eos eciam monocione premissa canonica etc. . quatenus statim predicto sex dierum termino elapso iam dictos dominos . . . et . . . ex nomine et alios eorum complices et qui eis in hoc auxilium et consilium prestiterunt, in omnibus ecclesiis vestris excommunicetis et excommunicatos ab omnibus Christifidelibus arcius faciatis etc. . .

20. Processus contra impedientes possessionem plebanorum.

Johannes etc. . discretis viris . . decano civitatis Pragensis et religiosis viris fratribus . . . priori fratrum predicatorum et . . . lectori fratrum minorum in . . . nec non et plebanis, viceplebanis ceterisque ecclesiarum rectoribus tam in civitate Pragensi quam in aliis locis nostre diocesis, ad quos presentes pervenerint salutem in domino etc. . . Cum nobis sit auctoritate sedis apostolice commissum firmiter et iniunctum,

ut discretum virum . . . presbyterum in corporalem possessionem ecclesie in . . . inducere et inductum defendere ac contra omnes et singulos impedientes eum vel suum procuratorem eius nomine in possessionem ecclesie memorate procedere debeamus, et quia constat, religiosos viros fratres . . . et . . . in . . . ordinis . . . impedimentum eidem . . . in possessione dicte ecclesie prestasse et prestare, licet moniti ut ab ipsis impedimentis desisterent, quod non curaverunt facere, ymo magis ac magis ad impediendum eundem prosilire presumpserunt, propter quod declaramus eosdem . . . et . . . ac ceteros impedimenta parantes in sentencias latas per judicem sedis apostolice deputatum ad hoc incidisse ipso facto. Quare discrecioni vestre . . . mandamus, quatenus prefatos fratres . . . et . . . ac alios impedimenta parantes . . . excommunicatos denuncietis etc. . .

21. Processus super eodem ad cives.

Johannes etc. . discretis viris judici et juratis totique communitati civium in . . . salutem etc. . (Behandelt dieselbe Angelegenheit wie Nr. 20 und schliesst mit der Aufforderung an die Bürger:) . . . quatenus prefatum presbyterum pro plebano legitimo habeatis, sibique aut suo procuratori eius nomine intendere, ab eoque vel eius procuratore ac presbyteris per eum constitutis et non a fratre . . . vel aliis suis confratribus divina officia audire et sacramenta ecclesiastica recipere debeatis, scientes etc. . .

22. Processus contra fratres Augustinenses.

Johannes etc. . Cum canonum dicat auctoritas, quod facientis culpam habet, qui quod potest corrigere negligit emendare, error cui non resistitur approbatur, volentes itaque errorem, qui in nostris videlicet civitate et diocesi irrepsit, toto ut tenemur conamine submovere et studio, vobis omnibus et singulis . . . mandamus, ut quilibet vestrum suis subditis ac jure parochiali subiectis sub eadem excommunicacionis pena precipiat et iniungat, ut nullus ipsorum fratribus heremitanis seu

Augustinensibus tam in civitate predicta, scilicet ad s. Thomam, quam in dicta nostra diocesi degentibus confiteri presumat et aput ipsos eligere ecclesiasticam sepulturam, nisi prius iuxta constitucionis formam, que incipit super kathedram, viros providos et discretos pro audiendis confessionibus per eos electos nobis presentaverint nosque ipsos duxerimus approbandos. Nam licet ceteri fratres ordinum mendicancium iuxta eandem constitucionem licenciam habeant predicta omnia et singula faciendi, memorati tamen fratres heremitani contempta constitucione predicta nostraque licencia minime expetita, omnium plebezanorum nobis et vobis ut predicitur subiectorum temeritate propria passim et indiferenter confessiones audire presumunt ipsosque in prejudicium parochialium ecclesiarum, si aput ipsos elegerint sepeliri, ecclesiastice tradere sepulture, non soluta eisdem parochialibus ecclesiis canonica porcione, ceterum licet per nos sinodaliter sub pena excommunicacionis late sentencie sit et fuerit interdictum, ut nullus clericorum seu plebanorum tam secularium quam religiosorum in locis non exemptis in altari viatico citra nostram licenciam specialem presumeret officiare, predicti tamen fratres Augustinenses in contemptum constitucionis nostre sinodalis predicte citra requisicionem et auctoritatem nostram divina officia, ut prefertur, et presertim in predicto altari viatico dicere seu prophanare presumunt et hactenus presumpserunt, propter quod non est dubium, omnes tales ipso facto in excommunicacionis sentenciam incidisse.[1] Datum etc. . .

23. Processus contra percussores cleri.

Arnestus etc. . honorabili viro domino N. Donati[2] canonico ecclesie nostre predicte salutem etc. Sicut alias ut invenimus vobis et aliis certis executoribus dedimus in mandatis, ut viros sceleratos iniquitatis filios, qui . . . dilectum nobis Ulricum canonicum Wissegradensem capellanum nostrum armata manu ausu temerario et sacrilego hostiliter invadentes diris vulneri-

[1] Frind II. 68. — Nach unserer Formel zu schliessen, bezog sich das Zerwürfniss des Bischofs Johann ausser den Franziscanern auch auf die Augustiner zum heil. Thomas in Prag.

[2] Nicolaus Donati, vgl. Commiss. III. 8, 9.

bus . . . afficere presumpserunt, propter quod non est dubium maioris excommunicacionis sentencia esse dampnabiliter irretitos, excommunicatos, in nostra ecclesia et aliis ecclesiis denunciare in genere deberetis. Sic vice iterata vobis . . . mandamus, quatenus eosdem malefactores et hos, qui ad actum huiusmodi scandalosum perpetrandum occulte vel aperte, directe vel indirecte dederint consilium vel auxilium aut favorem, similiter in genere excommunicatos nuncietis etc. . . monentes nichilominus in genere universos et singulos tam clericos quam laicos, dictis malefactoribus, ut in huiusmodi sua persistant contumacia et duricia prebentes . . . auxilium, consilium vel favorem . . ., quatenus infra tres dies continuos vestram monicionem sequentes . . . ab huiusmodi consiliis, auxiliis et favoribus resipiscant, alioquin . . . eosdem in genere laicos et clericos excommunicatos denuncietis publice etc. . .

VII. Incorporationes.

Von den hier vorkommenden Formeln, welche Einverleibungen von Kirchen und Capellen zu Klöstern oder anderen geistlichen Beneficien enthalten, waren Nr. 1, 4 und 5 bisher unbekannt. Ueber das Kloster Kladrub und über die Burg Duba, den Sitz der beiden berühmten obersten Landrichter desselben Namens (Andreas de Duba), ist überhaupt so wenig bekannt, dass selbst minder wichtige Nachrichten willkommen sein könnten. Nr. 5 ist aus der Zeit Johanns IV. von Dražic.

Incipit titulus diversarum incorporacionum et primo

1. Incorporacio (pro) monasterio Cladrubensi (ecclesie in Meczlow).

Arnestus etc. . honorabili ac religioso viro fratri Raczconi abbati[1] et conventui monasterii s. Marie in Cladrub nostre diocesis salutem in domino sempiternam. Et si loca singula

[1] Wird c. 1355 genannt. Lib. conf. I.

divino cultui mancipata ex incumbenti nobis cure pastoralis officio benigno favore prosequi teneamur, illis tamen amplior debetur pietas, que cultus religionis exornat. Hinc est quod attendentes nonnullas eciam parochiales ecclesias nostre diocesis per religiosas personas ordinis sancti Benedicti laudabiliter gubernari et devocius ac uberius divina obsequia per eos agi, nec non humanitatem ampliorem in recipiendis peregrinis et pauperibus supervenientibus iuxta preceptum domini exhiberi in eisdem, quapropter moti gracia et favore religionis predicte affectantes, quod divini cultus augmentum ac pietatis et elemosynarum exhibendarum pauperibus fructum ampliorem habito prius super hoc cum honorabilibus viris Padwano decano et Sdeslao scolastico et capitulo prefate nostre Pragensis ecclesie tractatu et deliberacione diligenti consensu eiusdem capituli nostri accedente ad laudem et gloriam domini et omnium sanctorum eius et precipue sancti Michaelis archangeli, patroni parochialis ecclesie in Meclow dicte nostre Pragensis diocesis, eandem in Meczlow ecclesiam, cuius jus patronatus ad abbatem et conventum prefati monasterii Cladrubensis pertinet, predictis abbati, monasterio et conventui incorporamus, annectimus et unimus, juribus legatorum, nunciorum domini pape, nostris, successorumque nostrorum, archidiaconorum et aliorum semper salvis universis, ita quod cedente vel decedente rectore ecclesie supradicte, qui nunc est, abbas Cladrubensis prefatus, vel qui fuerit pro tempore, nobis vel successoribus nostris, qui erunt pro tempore, unam personam religiosam et alias ydoneam ordinis s. Benedicti pro plebano in dicta ecclesia, quocies eam vacare continget, instituendam et confirmandam tenebitur presentare, et quod eadem persona per nos in dicta ecclesia instituenda et omnes eius successores perpetue dictam ecclesiam cum fructibus, redditibus et proventibus, agris, obvencionibus, juribus, jurisdiccionibus, utilitatibus et pertinenciis universis prout nunc per secularem presbyterum dicte ecclesie plebanum possidetur, sine diminucione possideat et fratres sui ordinis iuxta consilium sui abbatis secum teneant, nec liceat abbati et conventui predicti monasterii Cladrubensis quidquam de hereditatibus, agris etc. . . ab ipsa parochiali ecclesia pro monasterio suo predicto, ne in ea cultus divinus, quem augeri cupimus vel pauperum subsidia et elemosyne ac hospitales minuantur. In quorum etc. . .

2. Nota incorporacionis ecclesiarum (sc. Neyzsmyl, Chcz[ebuz], Brumow circa Zwiekow [sic], Brisst pro monasterio Brzewnowiensi).[1]

3. Nota incorporacionis ecclesie in Bor pro monasterio Zderasiensi auctoritate apostolica.

Arnestus etc. . executor unicus ad infrascripta a beate memorie domino Clemente papa VI. proximo et immediato predecessore sanctissimi etc. . . Innocencii pape moderni specialiter deputatus, universis etc. . . salutem. Literas predicti domini Clementis pape VI. dudum videlicet dum adhuc ageret in humanis per honorabilem et religiosum virum dominum Henricum prepositum monasterii Sderaziensis[2] Pragensis sacrosancti sepulcri dominici Jerosolimitani ordinis s. Augustini, ipsius vera bulla plumbea in filis canapis pendenti more Romane curie bullatas, non viciatas etc. . . presentatas cum ea qua decuit reverencia nos recepisse noveritis, tenoris et continencie de verbo ad verbum infrascripte: Clemens episcopus etc. . . . Post quarum literarum presentacionem licet nobis tunc domino Clemente predicto in solacio vite cursus presentis existente per predictum fratrem Henricum, prepositum monasterii Sderaziensis predicti instanter fuisset supplicatum, ut execucionem in predictis literis apostolicis contentorum procederemus, ipsius tamen peticionem pro tunc certis ex causis effectui nequivimus mancipare, nunc vero quia oportunitas se ingerit et ingessit, prefatus prepositus Sderasiensis commodum et profectum monasterii sui antedicti prout debet et tenetur summo studio procurare affectans, nos iterum humilibus et instantivis pulsavit precibus, certas et racionabiles causas extra eas, que in litera continentur apostolica, exponens et exprimens, quibus

---

[1] Abgedruckt in: Ziegelbauer, Hist. mon. Brevnoviensis pag. 267—269. Die Namen der Dörfer nach dem Text der Formel: Neyzsmil (Ziegelbauer hat richtiger Nezamislicz), Chcz(ebuz), Brumow, Kostelecz circa Swyekow (nicht Kostelecz etiam Zwykow) et Brysst. — Bei Ziegelbauer ist die Urkunde datirt: V. Kalend. Octobris (27. Sept.) 1341.

[2] In den Jahren c. 1346—1358.

et per quas efficaciter insistit et instabat affectuose postulans, ut quod tempore felicis memorie domini Clementis pape VI. ex causa et causis per nos pretermissum fuerat, suppleretur in presenti. Nos vero religionis et cultus divini favore, quem nostris temporibus adaugeri summo studio affectamus, peticioni prefati Henrici prepositi generosius annuentes, deliberacione super hiis nobis commissis prehabita diligenti, datis et assignatis eciam ante omnia perpetuo per prefatum prepositum et eius conventum ecclesie in maiori Bor incastellate pro meliori sustentacione sex fratrum sui monasterii, qui in ipsa deo omnipotenti perpetuis temporibus divina decantando officia familiabuntur duabus araturis ad laudem et gloriam domini nostri Jhesu Christi et gloriose matris eius b. Marie perpetue virginis specialem et singularem memoriam, sub cuius titulo et nomine predicta ecclesia fertur esse dedicata. Ipsam ecclesiam in maiori Bor ad presens incastellatam cum capella seu ecclesia ante iam dictam incastellatam ecclesiam erecta et que regitur et hactenus fuit recta per presbyterum secularem, in quibus prefatus prepositus et ipsius conventus jus patronatus seu presentandi habere dinoscuntur, ac eciam capellam eandem cum omnibus suis agris, pratis, pascuis, silvis, aquis, rivulis, censibus, redditibus, juribus, utilitatibus, decimis, oblacionibus, obvencionibus et pertinenciis universis, quocunque nomine censeantur, undecunque et qualitercunque proveniant prefato monasterio Sderasiensi auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, incorporamus, annectimus et unimus, ita tamen, quod ibidem videlicet in antiqua ecclesia in Bor, que nunc est ut dicitur incastellata, perpetuis temporibus in antea, postquam rector capelle memorate, qui nunc est, cesserit vel decesserit, cui per presentem unionem in nullo volumus derogare seu preiudicare, sint et debeant ad minus quinque vel sex presbyteri monasterii antedicti, qui in ipsa divina officia decantabunt, qui eciam pro sua sustentacione et oneribus incumbentibus ultra duas araturas predictas omnes proventus, agros, jura, redditus et emolumenta ad prefatam capellam spectancia habebunt et habere debent integre et sine quavis diminucione, cedente eciam vel decedente rectore moderno capelle prelibate prepositus Sderasiensis, qui nunc est seu qui pro tempore fuerit, una cum suo conventu aliquem fratrem ydoneum sui ordinis nobis et successoribus nostris Pragensibus archiepiscopis,

quociens opus fuerit, pro institucione seu confirmacione ad predictam ecclesiam in maiori Bor et animarum cura recipiendis presentabit et presentare tenebitur quavis excusacione cessante, juribus nostris et aliis successorum nostrorum nec non archidiaconorum et decanorum et aliorum quocunque in omnibus et per omnia semper salvis, quibus eciam per incorporacionem et unionem presentes nullum prejudicium afferre.[1] In quorum omnium testimonium etc. . .

4. Incorporacio capelle castri Duba pro ecclesia in Hradyst.

In nomine domini amen. Sollicitudo pastoralis officii nos inducit, ut ea que ecclesiarum commoda et augmentum cultus divini respiciunt benigno promocionis affectu prosequi debeamus. Eapropter nos Arnestus etc. . notum facimus universis etc. quod cum nobilis et strenuus miles dominus Andreas de Duba, divino fretus et ductus instinctu, capellam novam in castro Duba in remedium anime sue ac progenitorum suorum in honore s. Clementis martiris fundaverit et construxerit dei sibi gracia suffragante, petens a nobis humiliter et devote, ut predicte fundacioni ac constructioni pium assensum graciose prebere dignaremur, volentes igitur cultum divini nominis non minui sed augeri predictam fundacionem et constructionem ratas habentes et gratas, ipsas presentis scripti patrocinio confirmamus. Sed quia prefatum castrum Duba, in quo dicta capella est fundata, est situm infra limites parochialis ecclesie in Hradyst super ripam Sazewe[2] fluminis et intencionis nostre non sit, dicte ecclesie in Hradyst per fundacionem predicte capelle nove aliquid debere preiudicium generari, dicimus, volumus et declaramus, quod dicta capella in castro Duba sit

---

[1] Die Burg und das Städtchen Bor (bei Schüttenhofen) wurden dem Kloster Zderaz von den Gebrüdern Ulrich und Wilhelm de Bor und ihrer Mutter Benedicta zur Zeit König Johanns von Luxemburg geschenkt. Die beiden Brüder sind in das Kloster Zderaz eingetreten und erneuerten die Stiftung (Urkunden der Univ.-Bibl. zu Prag dd. 1353, 20. Januarii, 1362, 22. Junii).

[2] Hrádek nad Sazavou (Komorní, Kammerburg), in der Nähe die Ruinen der Burg Alt-Duba.

et esse debeat perpetuis temporibus filialis ecclesie in Hradyst supradicte, quam et nos presentibus in filialem eidem asscribimus et incorporamus decernentes, per eundem presbyterum et successores suos ac vices eorum gerentes divina officia in dicta capella celebranda et agenda, harum quibus etc.

5. Incorporacio (ecclesie in monte pulcro ad decanatum s. Egidii).

Johannes etc. . dei gracia Pragensis episcopus etc. . . Cure pastoralis instancia, quam divini celsitudo consilii nostris induxit humeris perferendam, vehementer nos excitat pulsatque propensius mentem nostram, ut inter cetera sollicitudinum studia, quibus noster animus multiplici redditur varietate distractus, ad subiectas nobis ecclesias, presertim que nobis jure patronatus inserviunt, operose consideracionis intuitum convertentes, sic in eis ministrancium ordinem nostre circumspectionis providencia moderemur, ut debitus precellencie gradus sufficiencie pocius ubertate proficiat quam defectus necessitate vilescat. Quapropter statum ecclesie s. Egidii Pragensis, in qua tam dignitatum quam prebendarum ad nos spectat ex jure patronatus provisio, ad examen necessarium et exactione discussionis indaginem reducentes decanatum ipsius ecclesie, cui maior pre aliis in ecclesia labor et sollicitudo amplior est annexa, sic tamen sicque (sic) in temporalibus invenimus defectum, quod in sue dignitatis obbrobrium ad expensarum necessaria supportanda non sufficit sed magis deficit in se ipso milicie quoque sue non adequatum stipendium laborem sibi in dampno constituit et dignitatis preeminenciam defert plus oneri quam honori, quod quidem nonnulli ex predecessoribus nostris eadem qua et nos contemplacionis serie providissent, non tamen decanatum ipsum umquam ad statum sufficiencie deduxerunt durabilem, sed eum semper inanem quasi et vacuum et paupertati deditum relinquerunt, propter quod decanatus ipsius sufficienciam nostre reservatam sollicitudini advertentes ad hoc nos dedimus et studium convertimus mentis nostre, ut sic decanatus ipsius provideremus defectui, quod et sibi competens proveniret subsidium et Pragensi cui favente deo presidemus ecclesie dampnum vel lesio non inesset. Vacante itaque nobis

parochiali ecclesia in pulcro monte,[1] cuius sicut et decanatus predicti collacio ad nos spectat, hoc provida et matura deliberacione decrevimus, ut ecclesia ipsa predicto uniretur decanatui sibique unione perpetua uniretur, per hoc enim mensam nostram non oportet diminui et ipsa ecclesia sic unita decanatui a nostre collacionis dependeret arbitrio sicut prius. Invocato ergo dei nomine ad honorabilium virorum Hinconis[2] prepositi, Jo(annis) decani[3] tociusque capituli nostri Pragensis ad hoc accedente connivencia et consensu ipsam ecclesiam parochialem in pulchro monte cum omnibus juribus et pertinenciis suis tam presentibus quam futuris predicto decanatui s. Egidii perpetua unione conjungimus ecclesiamque ipsam in jus et proprietatem decanatus ipsius transferimus et totum ipsius ecclesie sive in spiritualibus et temporalibus sive in quacunque jurisdictione vel honore consistat in decanatum ipsum transfundimus et esse volumus presentis scripti annotacione transfusum, statuentes et constitucione perpetuo valitura firmantes, ut decanatus predictus et ipsa ecclesia sic uniti non duo sed unum tantum beneficium, decanatus videlicet s. Egidii et decanatus ipsius vocabulo censeatur, et quod discretus vir . . . qui in presencia ipsius s. Egidii ecclesiae est decanus[4] et omnes qui eius in decanatu ipso fuerint successores, decanatum ipsum cum ecclesia et ecclesiam cum decanatu non tamquam duo diversa beneficia sed unum tantum, quod ut predictum est decanatus censebitur, tenere debeant et habere proviso taliter, quod salus fidelium, qui ad predictam ecclesiam in pulcro monte in spiritualium habent dispensacionem respectum debitis et consuetis non fraudentur officiis et cura animarum que eidem ecclesie imminet, nullatenus negligatur et quod omnia episcopalia et archidiaconalia jura nec non et alia incumbencia onera (ad)quorum solucionem predicta ecclesia in pulcro monte ante presentis erat unionis constitucionem astricta, ab ipsa ecclesia sicut solvi consueverant persolvantur. In cuius rei testimonium etc. . .

---

[1] Mons pulcer — Krásná hora, bei Deutschbrod.

[2] Hynco Berka de Duba, nach 1311 Probst der Prager Kirche, 1324 Administrator des Bisthums, 1327 Bischof von Olmütz.

[3] Joannes decanus Prag. c. 1305—1311 (vielleicht aber noch später).

[4] In den Jahren 1308—1323, in welche unsere Formel fallen muss, war Gregor Decan bei St. Egidi. — Das Präsentationsrecht der Kirche Mons pulcer wurde später vom Decan der Kirche St. Egidii wirklich ausgeübt (Lib. conf. I. 57, 93).

VIII. Erectiones.

Wie bekannt hat Erzbischof Arnest im Jahre 1358 die ‚Libri erectionum' begründet, welche alle Stiftungen und Schenkungen an Kirchen der Prager Diöcese enthalten, und die kirchliche Landtafel derselben bilden. Aus der Zeit vor 1358 sind die diesbezüglichen Nachrichten nicht so zahlreich und daher jede Bereicherung dieses Materials schätzbar. Von den in dieser Abtheilung vorkommenden Erectionen ist z. B. die Gründungsurkunde des Augustinerklosters zu Jaroměř (Nr. 1) bis jetzt unbekannt gewesen. Aus derselben erfahren wir nun auch, dass die Pfarrkirche zu Jaroměř von Bischof Johann IV. von Dražic der Probstei bei der Allerheiligenkirche in Prag incorporirt wurde, und dass das Kloster, welches an Stelle der Pfarrkirche daselbst errichtet wurde, dem jeweiligen Probst bei Allerheiligen als Entschädigung 24 Schock Gr. jährlich zahlen musste. Ebenso war die Stiftung der Präbende bei der Kirche des heiligen Egidi in Breslau für den Leitmeritzer Probst Bohuss von Pardubitz (Nr. 2) nicht bekannt.

Nota tytulum erectionum.

1. Erectionem monasterii in Jermer (pro canonicis regularibus s[ti] Augustini).

In nomine domini amen. Pastoralis officii cura nos ammonet, ut gregem nobis creditum cibo spiritualis alimonie pascere et eundem a luporum insidiis custodire omni cautele studio debeamus, que tunc efficacius adimplere possumus, si sacra religio in nostra diocesi recipiat incrementum, ad cuius exemplum plebs discat vivere et eius doctrinis salutaribus inbuatur. Hinc est quod ordo canonicorum regularium ordinis beati Augustini, licet a paucis citra temporibus in istis partibus sit plantatus, in spirituali tamen vita et observancia regulari exercuit tantum, quod dignum ducimus, quod sicut in multorum edificacionis exemplum diffunditur et dilatatur vice merito sic eciam monasteriorum numero augeatur. Nos igitur Arnestus etc. .

ad perpetuam rei memoriam notum esse volumus tenore presencium inspectoribus universis, quod nos cupientes divinum ac religionis cultum in nostra diocesi nostris temporibus adaugere, parochialem ecclesiam in opido regali Jermyr[1] super Albeam, solitam usque ad hec tempora per seculares clericos gubernari, que alias per bone memorie dominum Johannem immediatum predecessorem nostrum prepositure et capelle regie Omnium Sanctorum in castro Pragensi legitime incorporata extitit et unita, de ipsorum prepositi et capituli capelle regie consensu ut puta qui totum ius, quod eis in predicta ecclesia in Jermyr ac membris seu capellis suis spiritualiter ac temporaliter competebat et ex nomine jus patronatus ipsius ecclesie in nos unanimiter transfuderunt, ut eandem ecclesiam possemus libere de personis regularibus ordinare et nichilominus Serenissimi principis et domini nostri domini Karoli Romanorum regis semper augusti et Bohemie regis interveniente consensu et eciam capituli nostri, ad honorem dei omnipotentis et beate Marie semper virginis matris sue tociusque milicie triumphantis ecclesie predictam ecclesiam in Jermyr ab omni jure, subjectione et onere, quibus preposito et capitulo predicto capelle Omnium Sanctorum fuerat obnoxia, ipsam in conventualem canonicorum regularium ordinis sancti Augustini erigimus et eciam sublimamus, et ipsam ecclesiam in Jermyr una cum omnibus membris et capellis suis et universis suis redditibus et proventibus, in quibuscunque rebus consistant, in ipsorum canonicorum regularium jus et proprietatem transferimus et ea ipsis conferimus modo quo possumus meliori, decernentes, quod de cetero perpetuis futuris temporibus eadem ecclesia per . . . prepositum canonicorum regularium gubernetur et conventus eiusdem monasterii vel maior et sanior pars prepositum sibi eligat quociens opus fuerit secundum sui ordinis instituta, qui

[1] Jermer oder Jermyr Jaroměř. Balbin (Vita Arnesti 278) klagt über den Abgang sämmtlicher Urkunden dieses Kloster betreffend, so dass nicht einmal das Jahr der Gründung bestimmt werden könne, und setzt dieselbe in das Jahr 1356; Frind dagegen (Kircheng. II. 320) in das Jahr c. 1349. — Unsere Formel stimmt mit dieser (Frinds) Angabe insofern überein, als Karl IV. darin noch ‚rex Romanorum‘ genannt wird, die Gründung also jedenfalls vor 1355 fallen muss. Da aber in Petit. V. 5, wo zur Sammlung von Beiträgen zum Baue des Klosters aufgefordert wird, noch Papst Clemens VI. genannt wird († 1352), so dürfte die Annahme Frinds die richtige sein.

prepositus demum per . . . archiepiscopum Pragensem, qui pro tempore fuerit, confirmetur addicientes quod prepositus, qui ibidem institutus fuerit et conventus pro prepositura Omnium Sanctorum predicta 24 sexag. gross. pragens. perpetui census in aliquibus possessionibus aptis emere debeant in recompensam onerum, que ipse prepositus Omnium Sanctorum et capitulum suum in predicta ecclesia in Jermyr et membris suis obtinebant, et antequam huiusmodi redditus comparaverint singulis annis predictas 24 sex. gross. ipsi prepositus et conventus in Jermyr predicto preposito Omnium Sanctorum sub certis penis, ad quas se per suas literas obligabunt, solvere teneantur, juribus eciam et successorum nostrorum et archidiaconi in eodem monasterio Jermirensi in omnibus semper salvis. In quorum etc..

2. Erectio prebende (in ecclesia s^ti Egidii Wratislavie).

In nomine domini Amen. Digne credimus agere, dum illis promocionis seu provisionis nostre liberalitatis dexteram aperimus, quibus propria virtutum opera et approbate vite commendacio iugiter suffragatur. Hec igitur nos Przyeczlaus dei gracia episcopus Wratislaviensis in honorabili viro domino Bohussio [1] preposito Lithomericensis Pragensis diocesis et canonico Magdeburgensis ecclesiarum nobis sincere dilecto consideracione paterna pensantes ac propterea cupientes, ipsum tamquam bene meritum specialis prerogative titulo decorare, pro ipso domino Bohussio canoniam in ecclesia collegiata s. Egidii Wratislavie creandam duximus et tenore presencium creamus et prebendam, quas aliis prebendis et canoniis inibi pro augmento divini nominis cultus ampliando sine cuiuspiam tamen preiudicio sociatas esse pro tempore volumus et adiunctas, de voluntate namque nostri Wratislaviensis capituli et consensu huic nove prebende taliter per nos erecte decem marcas grossorum in Conradswald Bregn. [2] nec non in superiori Bela [3] tres marcas et in Pyskerivilla [4] quatuor marcas gr. Rychenbachen-

[1] Bohuss von Pardubicz, Bruder des Prager Erzbischofs.

[2] Konradswaldau, Kreis Brieg. Vgl. Heyne, Breslau I. 903.

[3] Langenbielau (Heyne I. 702).

[4] Peiskersdorf bei Reichenbach im Schweidnitzer Archidiaconat. — Ueber die Stiftung selbst finden wir bei Heyne keine Erwähnung.

sium districtuum nostre diocesis in fertonibus decimalibus ad mensam nostram episcopalem spectantes assignavimus, deputavimus et presentibus assignamus ac predicto domino Bohussio huiusmodi prebendam et canonicatum sic de novo creatas in prefata ecclesia s. Egidii conferimus sibique exigentibus suis multiplicibus virtutum meritis de illis providemus per presentes, ita tamen, quod post mortem ipsius domini Bohussii predicti canonicatus et prebenda, qui sunt cum ipsius persona taliter de novo creati, esse desinant cum persona. Supradicti quoque fertones decimales decem et septem marce statim ad episcopalem mensam nostram libere et integraliter revertantur, quos nos post mortem dicti Bohussii extunc prout exnunc ad eandem episcopalem mensam presentibus revocamus ac eos decernimus revocatos. Preterea ex gracia cum ipso nostro Wratislaviensi capitulo admittimus speciali, quod prefatus dominus Bohussius supradictos canonicatum et prebendam cum quacunque persona ydonea voluerit pro alio ecclesiastico beneficio permutare in semel in ecclesia, civitate et diocesi Wratislaviensi duntaxat consistentibus possit et valeat canonice permutare et ipsa persona, cum qua sic permutaverit, mortua seu defuncta canonia huiusmodi et prebenda modo superius expressato ad eandem nostram episcopalem mensam libere revertantur et sint eciam totaliter revocate. In cuius rei testimonium etc. . . Actum et datum Wratyslavie presentibus etc. . .

3. Erectio monasterii in Scalicz ordinis Cisterciensis.[1]

4. Forma creacionis misse s. Marie in Glacz (cantande perpetuo).

In nomine domini amen. Nos Arnestus etc. . (Es folgt eine längere Arenga, sodann:) Cupientes igitur terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare vitamque consequi sempiternam, ad honorem, laudem et gloriam dei

---

[1] Diese Formel (eigentlich erzbischöfliche Bestätigung der Stiftung des Kanzlers Dietrich von Kugelweit, Bischofs von Minden dd. 1357, 12. Novembris) ist abgedruckt in Borový, Lib. erect. I. 13.

eiusdemque genitricis virginis Marie et in divini cultus augmentum missam de ipsa virgine gloriosa in ecclesia parochiali fratrum Cruciferorum ordinis s. Johannis Jerosolimitani in Glacz, ad quam specialem graciam et devocionem habuimus et habemus per unum plebanum ex fratribus predictis et quatuor clericos seculares perpetuis temporibus in choro eiusdem ecclesie in altari maiori in honore ipsius sanctissime virginis Marie dedicato ordinamus et presentibus instituimus sub nota singulis diebus decantandam. Et quia spiritualia sine temporalibus non subsistunt, idcirco ut memorati commendator, fratres et clerici, qui nunc sunt, erunt et pro tempore seu perpetuis temporibus fuerint et esse debent, eiusdem ecclesie in divinis officiis diurnis et nocturnis devote et laudabiliter servientes decencius valeant sustentari et alia necessaria exinde percipere et habere, villam nostram patrimonialem et fratrum nostrorum utpote Bohute prepositi Lithomericensis, Smilonis et Wilhelmi de Pardubicz dictam Lhotam districtus Mutensis cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, ortis, pomeriis, aquis aquarumque decursibus, piscacionibus, piscatoribus, fructibus, redditibus, proventibus, juribus, honoribus, emolumentis, vinetis, gadibus, circumferenciis et limitibus et aliis universis utilitatibus, pertinenciis ad premissa, accedente ad hoc voluntate et consensu fratrum nostrorum predictorum ecclesie prefate parochiali commendatori et fratribus domuique ipsorum ibidem in Glacz de pure mentis beneplacito sponte et liberaliter donavimus et donamus, errogamus, consensimus et concedimus, conferimus et contulimus ac donacionis titulo presentibus assignamus, omne jus proprietatis et directi dominii ac utilitatis predictorum reddituum et bonorum in prefatos commendatorem, fratres successoresque ipsorum liberaliter transferentes proprietatis jure per ipsos perpetuo procul dubio possidentes (sic, possidendos) seu possidenda ad usum et congruam sustentacionem eorundem fratrum et clericorum antedictorum, ut eo quiecius genitricis dei prefate queant et delectentur expromere, quo sibi in temporalium rerum usibus agnoverint competencius fore provisum, renunciantes expresse pro nobis et fratribus nostris predictis omni iuri, auxilio aut actioni, que nobis competere possint in bonis predictis quomodolibet infuturum sub infrascriptis tamen condicionibus, modis, pactis et oneribus per predictos commendatorem et fratres in Glacz, qui nunc sunt

et qui pro tempore fuerint, perpetuis temporibus observandis. Et primo, quod commendator seu ipsius vicesgerens fratresque ibidem conventum facientes unum fratrem plebanum habere et tenere ultra numerum ipsorum consuetum tenebuntur, pro cuius sustentacione ipsis quinque sexag. gross. argenteorum in dicta villa Lhota duximus assignandas et presentibus assignamus. Item commendator vel eius vicesgerens tenetur ordinare quatuor clericos ad sacros ordines aptos vel ad sacerdocium habiles et ydoneos aut sacerdotes, qui cum fratre predicto missam b. virginis Salve sancta parens vel aliam de ipsa virgine tempori competentem cottidie in aurora in altari eiusdem virginis gloriose in choro, diebus singulis Salve Regina ante incepcionem eiusdem misse et post Completorium similiter dicto (fratre) vel alio incipiente cum versiculo et collecta consuetis et competentibus sub nota per se vel alios decantare teneantur, excepto die parasceven, in qua abstinere a predicta missa debebunt ob reverenciam divinice passionis et eius matris doloris, cuius tunc animam filii mortis gladius pertransivit, qua decet Christifideles ad servientes matri eius plus plangere quam cantare. Pro quorum sustentacione in prefata villa Lhota VIII sexag. gr. ipsis fratribus similiter deputamus, et idem commendator, qui pro tempore fuerit vel eius vicesgerens cottidieque eisdem clericis unicuique ipsorum interessentibus misse predicte quatuor denarios per nos usualis monete tenebitur assignare poteritque eosdem clericos idem commendator instituere et destituere et ydoneos ordinare quando et quociens sibi visum fuerit expedire. Item volumus et ordinamus, quod postquam vocacione divina de hoc seculo vocati et viam universe carnis ingressi fuerimus, anniversarium deposicionis nostre cum vigiliis novem lectionum et missa defunctorum sub nota tercia die post quodlibet festum b. virginis Marie, nisi festum aliud impediat tunc sequenti die, qua fieri potest, predicti fratres devote et decenter peragere teneantur, quibus duas sexag. in villa prefata pro qualibet die mediam sexagenam pro pitancia fratrum ibidem assignamus. Item quinque sexagenas minus 5 gr. et 4 d. occasione erectionis monasterii Montis sancte Marie (sc. in Rudnicz) canonicorum regularium pro dampnis et satisfactione, que in offertorio et aliis oblagiis possent habere nunc et in futuro, prelibate parochie et fratribus eiusdem seu domui ipsorum, prout esse eciam in litera nostre ordinacionis sive arbitrii

tactum et expressum deputamus et legamus. Residuam vero partem census in eadem villa Lhota, qui extenditur ad VIII sexag. gross. predictorum in numero, quamdiu vita comes nobis fuerit, nostre disposicioni seu ordinacioni reservamus, post mortem vero nostram disposicionem illarum VIII sexag. fratri Jacobo commendatori in Glacz committimus in parte et in toto, qui in disposicione ipsarum, quod de ipsis fieri debeat, jam de intencione et voluntate nostris plenius est informatus, qui si prius quam nos moreretur, tunc loco sui possumus et volumus et debemus alium pro disposicione huius ordinanda subrogare, ambobus vero nobis morientibus commendatori, qui pro tempore fuerit, ut dicta onera superius expressata eo diligencius valeat promovere et ad inplecionem eorundem perducere pro utilitate domus et expensis melius supportandis, duas sexag. singulis annis retinebit, fratres vero predicti commemoracionem omnium fidelium defunctorum tercia vel quarta die post quodlibet quatuor tempora facere teneantur, quibus in dicta villa Lhota pro qualibet die per mediam sexagenam gross. pro pitancia et commemoracione assignamus, superfluas vero quatuor sexagenas cum duabus sexag. in commemoracionem omnium fidelium defunctorum expendendis, de quibus supra pietanciarius, qui pro tempore fuerit, in potestatem suam recipiat a commendatore sive in censibus ville prenotate et de ipsis quatuor sexagenis in qualibet die octavo festorum beate virginis, utpote Assumpcionis, Nativitatis, Conceptionis, Purificacionis et Anunciacionis et in festo sanctorum Johannis ante portam latinam in octava s. Johannis Baptiste, die s. Marie Magdalene, die s. Jacobi maioris et s. Egidii pietancias faciet facere et debebit, prout sibi conveniencius visum fuerit expedire. Quandocunque vero prelibati commendator et fratres in premissis vel aliquo premissorum circa explecionem eorundem negligenciam committerent, quod pro prima vice pro negligencia huiusmodi penam unius fertonis grossorum incurrant, secunda vice similiter et tercia vice eciam similiter, quam penam promiserunt solvere et solucionem dicte pene judici et juratis civitatis Glaczensis assignare, nullam defensionem juris vel facti adhibentes, qui eandem distribuant et distribuere teneantur inter pauperes ibidem in hospitali degentes; quarta vero vice si negligentes fuerint ipse commendator seu vices eius gerens ac fratres predicti ab ingressu ecclesie ipso facto

sint suspensi et si pertinaciter premissa omnia vel aliquorum premissorum adimplere noluerint per unum mensem extunc ipsa parochialis ecclesia ipso facto supposita sit ecclesiastico interdicto tamdiu donec premissa neglecta in statum pristinum reformentur, nisi talis casus fortuitus et eventus evidens, quod absit, eveniret, qui eos circa explecionem onerum suprascriptorum possit notabiliter ac probabiliter excusare. Item si omnia prefata non curaverint adimplere et fuerint de negligencia canonice moniti et convicti, tunc predicta villa cum omnibus suis pertinenciis ad ecclesiam Pragensem et mensam archiepiscopalem devolvatur. Ad que omnia et singula superius expressata explenda per eos fideliter commendator et fratres predicti de Glacz se suis literis patentibus cum appensione sigilli fratris Galli de Lemberg, prioris domus ordinis predictorum per Boemiam, Poloniam, Moraviam et Austriam obligabunt et obligare tenentur. Preterea . . . . nos Arnestus archiepiscopus supradictus omnes et singulos Christifideles, cuiuscunque status aut preeminencie existant, auctoritate omnipotentis dei, qua fungimur in hac parte, exhortando requirimus et monemus et in remissionem iniungimus peccatorum, ut nullus bona et redditus supradictos predicte ecclesie s. Marie, commendatori et fratribus domuique ipsorum in Glacz collatos seu collata invadere seu spoliare aut quamvis molestiam inferre seu irrogare audeat et presumat, alioquin contrarium faciens, nisi celeri restitucione et satisfactione prospexerit, indignacionem omnipotentis dei, qui iratus animas percutit ipsiusque genitricis . . . ipso facto incurrat et maledictione perpetua feriatur, quosquidem invasores bonorum ecclesiasticorum constat a patre et filio et spiritu sancto condempnatos esse et deputabuntur etc. . . In quorum omnium testimonium et robur perpetuo valiturum presentes literas fieri volumus etc. . .[1]

---

[1] Balbin (Vita Arnesti 46) bringt aus dem Archiv zu Glatz eine Urkunde dd. 1352, 8. Januarii, in welcher diese Stiftung des Erzbischofs Arnest in den Hauptsachen wiederholt wird. Zu Ende ist die Ratification des Ordenspriors Gallus von Lemberg.

5. Forma super creacione alicuius loci in collegium (pro Sclavis Prage).

Arnestus etc. . Universis ad quos presentes pervenerint salutem in eo, qui est omnium vera salus. Et si cunctis quantum cum deo possumus nos liberales et benivolos exhibere debeamus, ibi tamen hoc precipue debemus et tenemur facere, ubi divinus cultus intenditur, ecclesiarum quoque et personarum in ipsis ministrancium utilitas procuratur, sane pro parte serenissimi principis et domini nostri domini Caroli Romanorum regis semper augusti et Boemie regis litera quedam eius sigillo regio sigillata in filis sericis pendenti non cancellata, non abolita, non viciata nec in aliqua parte sui suspecta, sed omni vicio et suspicione carens, nobis fuit exhibita tenoris de verbo ad verbum et continencie infrascripte: Karolus etc.[1] . . . Supplicatumque nobis extitit, ut locum, qui alias in honorem beatorum Cozme et Damyani martirum fuerat consecratus, ubi monasterium in honore beati Jeronimi facundissimi doctoris fieri optabat, quem ipse iam competenter dotavit et dotare promittebat, prerogativis collegii insigniremus, quodque prelatus, qui ibidem per monachos esset electus, abbatis nomine potiretur, cui una cum monachis suis divina officia diurna pariter et nocturna in lingua Sklavika esset celebrandi facultas et quod vacacione ordinacionem et disposicionem suas penis spiritualibus iuvaremus. Nos igitur devocionem ipsius, quam ad sanctam dei ac ipsius ministros gerit ecclesiam, propensius inter nos pensantes ipsumque in devocione, honore et promocione, quibus ecclesie dei ac ministris ipsius fervorem afficitur, eo amplius solidare volentes et firmare, maxime cum eciam in commissis a sanctissimo in Christo patre et domino d. Clemente papa VI. aliquid de predictis per eius patentes literas reperimus,[2] tum eciam quia disposicio ipsius redundat in divini cultus augmentum,

---

[1] Die Erectionsurkunde des Slavenklosters dd. 21. November 1347 ist abgedruckt bei Pelzl, Karl IV. I. Urk. 91, auch bei Frind II. 438. — Die nach unserer Ansicht ältere Gründungsurkunde des Klosters s. Donat IX. 2. — Ueber dem Namen ‚Karolus' hat in unserm Formelbuch eine spätere Hand zugeschrieben ‚in 3 folio'.

[2] Die betreffende Erlaubniss Clemens VI. in Pelzl, Karl IV. Bd. I, Urkundenb. S. 90.

peticionem ipsius iustam, racionabilem atque piam admisimus et exnunc admittimus, graciose diffinientes fratres lingue Sklavonice ordinis s. Benedicti posse locum predictum recipere et in ipso in lingua Sklavica iuxta ritum suum divina decantare, officiare nocturna pariter et diurna, quodque ab hodie in antea, dum opus fuerit, prelatum sibi eligere valeant, nomen abbatis ipsum habere volentes, qui munus confirmacionis et benedictionis, quod a successoribus nostris recipiet nostreque iurisdictioni ut alii abbates nostre diocesis ordinis iam dicti in totum et per omnia subiacebunt, sigillum camere, cassam, capitulum et alia insignia collegii sibi concedentes, dotacionem insuper ordinacionem ac disposicionem prefati principis et domini nostri domini Karoli Romanorum regis etc. quoad omnes eius clausulas et puncta presentibus confirmamus omnibus et singulis sub pena excommunicacionis, quam in quemlibet contrafacientem sex dierum monicione canonica premissa ferimus in hiis scriptis districte inhibentes, ne quis premissa seu ipsorum aliquid in toto vel in parte audeat infringere nec eis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius nec non sanctorum martirum et patronorum nostrorum Viti, Venceslai atque Adalberti et beatissimi Ieronimi patroni monasterii iam dicti se noverit incursurum et nichilominus excommunicacionis sentencia iam per nos lata, nisi infra octo dierum spacium a die perpetrati excessus computandorum satisfecerit competenter, se noverit innodatum. In quorum omnium testimonium etc. . .

6. Forma de creacione alicuius vicarii de novo (in ecclesia Luthomierzicz pro preposito).

In dei nomine Amen. Experiencia efficax magistra docet, quod momentanea seu temporalia servicia plerumque ecclesiis dampna inferunt, cultum divinum interrumpunt ipsosque servientes nonnunquam mercede condigna spoliant, etc. . . . Hec igitur ego T.[1] prepositus Luthomericensis sollicite in animo meo pensans et revolvens, premissis in quantum possum et

[1] Tammo. Vgl. Disp. IV. 1.

valeo volens occurrere, cum alias me et successores meos temporalem habere opporteat vicarium, quemadmodum predecessores mei prepositi Luthomericenses habuerunt, eidemque vicario de vite necessariis providere disposui, feci et ordinavi et presentibus dispono, facio et ordino, quod in ecclesia mea predicta loco vicarii temporalis et momentanei ab hodie in antea perpetuis futuris temporibus perpetuus sit et habeatur vicarius, qui erit, debet et debebit censeri vicarius prepositi Luthomericensis et stallo in choro inmediate post canonicos utetur, qui eciam pro expensis mense cottidiane, si ego vel successores mei sibi easdem in domo propria nollem ministrare, a me vel a quolibet successorum meorum habebit annuatim III sexagenas gross., quarum medietas in beati Galli et alia in beati Georgii festis sibi de camera prepositi Luthomericensis, qui fuerit pro tempore, quavis excusacione, difficultate seu dilacione cessantibus cum effectu debebit assignari, pro necessariis vero aliis habebit et habere debet similiter de camera prepositi annuatim II sexag. in terminis predictis, insuper habebit decimas planas curie in K.,[1] que est prepositi Luthomericensis, videlicet de pisis, canapo, mileo, papavere, tritico, ordeo, siligine et avena quatuor duntaxat mensuras, una scilicet tritici, secunda siliginis, tercia ordei, quarta avene decimarum nomine pro plebano ibidem in K. ante omnia deductis. Reget eciam capellam s. Blasii sitam in ambitu ecclesie predicte, offertorium et alias obvenciones eiusdem in usus suos convertendo, super qua vicarius huiusmodi principaliter fundatur et ad quam capellam huiusmodi ab antiquo pertinere dinoscitur. Quibus rector ipsius contentus erit, nec ultra predicta aliquid ex debito sibi poterit vendicare, nisi diligencia et sollicitudine ipsius attentis prepositus vellet eum consolacione respicere ampliori. Sed quum disposicio et ordinacio predicte in non modicum ecclesie prefate nec non successorum meorum redundant profectum, . . . idcirco ad robur premissorum perpetuo valiturum venerabili in Christo patri et domino d. Arnesto etc. . . presentibus humiliter supplico, quatenus disposicionem et ordinacionem meas predictas quoad omnes ipsius clausulas et puncta ratificare et

[1] Krzesticz (Křešic bei Leitmeritz), nach Balbin, Erect. IX, pag. 187, wo ein Auszug der Stiftungsurkunde (dd. 1347, 1. October) abgedruckt ist. Vgl. auch Frind I. 132.

approbare et confirmare dignaretur, Jo(annem) que presbyterum, rectorem ecclesie parochialis in K. diuturnum prefate ecclesie Luthomericensis servitorem et ministrum ad vicariam eandem confirmare. In quorum omnium etc. . .

7. Forma super eodem (pro vicario perpetuo de novo).

In dei nomine Amen. Experiencia rerum efficax magistra perdocet, quod momentanea et temporalia servicia ecclesiis plerumque multa dampna inferunt etc. . . Hec igitur ego H. rector ecclesie parochialis in . . . sollicite in animo meo revolvens formidansque ecclesie mee jam dicte ac subditis meis ea successu temporis evenire posse, cum alias me momentaneum seu temporalem oporteat habere vicarium, volens ecclesie mee predicte, successoribus meis nec non plebezanis meis quantum ad predicta remedio succurrere oportuno disposui et ordinavi ac exnunc dispono quantum in me est et ordino, quod in ecclesia mea prefata loco vicarii temporalis et momentanei ab hodie in antea perpetuis futuris temporibus perpetuus vicarius existat, cui pro sustentacione seu solario de fructibus et obventibus ecclesie mee ista deputo et assigno scilicet: VII denar. offertorii et medietatem omnium minutorum decimis exceptis, item ad mensam meam de expensis meis semper comedat et bibat, quibus debet esse contentus de aliis se non intromissurus. Cum autem huiusmodi disposicio et ordinacio mea sit ecclesie mee, successoribus meis nec non subditis multum necessaria et oportuna, idcirco supplico humiliter et cum instancia venerabili in Christo patri et d. d. Arnesto etc., quatenus pro maioris roboris firmitate omnia et singula superius expressa ipsa ratificare, approbare et confirmare dignaretur. In quorum omnium etc. . .

IX. Donationes.

Auch diese Abtheilung der Schenkungen bringt manche neue Nachrichten. Die Schenkungen selbst sind grösstentheils unbekannt; Nr. 2 enthält wohl die bekannte Stiftung des Slavenklosters in Prag, unsere Formel aber ist jedenfalls älter

als die bekannte Schenkungsurkunde Karls IV. (vom 21. November 1347) und enthält nebstdem auch andere nähere Bestimmungen über die geschenkten Dörfer. Die erste Formel dieser Abtheilung bringt die neue Nachricht, dass Arnest von Pardubic auch Decan des Collegiatstiftes in Sadska gewesen war.

Incipit titulus donacionum.

1. (Pro collegio S. Appollinaris donantur 5 curie).

Arnestus etc. ad perpetuam rei memoriam. Et si quarumlibet ecclesiarum nostre diocesis ex commissi nobis cura regiminis profectibus et utilitatibus, quantum in nobis est, intendere tendamus, illi tamen precipue dexteram pietatis munifice obligamur porrigere, a qua in etatis nostre primordiis stipendia primaria noscimur accepisse. Sane cum ecclesia S. Appollinaris in Saczka,[1] cuius quondam decanum nos fuisse meminimus, tot et tantis non sit dotata redditibus, quod ministri ipsius sufficientem possint sustentacionem habere, quem defectum in parte hac vice supplere volentes ob dei omnipotentis, qui de sua miseracione nos licet immeritum ad presulatus officium vocare et exaltare dignatus est, et sanctissime virginis et matris eius Marie et s. Appollinaris patroni dicte ecclesie nec non omnium sanctorum reverenciam et honorem, ut ministri eiusdem ecclesie ad divina inibi peragenda misteria (sic) deputati eo diligenciori et devociori studio eadem depromere et peragere delectentur, quo se rerum temporalium, sine quibus spiritualia vix subsistunt, suffragiis uberioribus senserint coadiutos, in nostrorum eciam remissionem peccatorum ac nostre nec non progenitorum nostrorum animarum remedio et salute quinque curias rusticales in villa Libiechowicz,[2] quas pro nunc laici

---

[1] Das Collegiatcapitel zum heiligen Apollinarius in Sadska wurde bekanntlich im Jahre 1362 nach Prag übertragen. — Die vorliegende Schenkung des Erzbischofs wurde wahrscheinlich erst nach dieser Uebertragung in die böhmische Landtafel gelegt, wie die überbliebene Landtafel-Notiz aus dem Jahre 1363 ‚Idem d. Arnestus dedit in Saczka' (Reliquiae tab. terrae, ed. Emler, I. 430) anzudeuten scheint.

[2] Deutlich geschrieben; vielleicht Libochowicz im Leitmeritzer Kreise, wo das Capitel einige Besitzungen hatte.

Smutek, Venceslaus, Hodco, Bhahen (?) et Gallus sub annuo censu sex sexagenarum grossorum Pragensium denariorum, in quolibet termino sanctorum Georgii et Galli divisim solvendarum, excolunt et tenent cum areis, hereditatibus, pratis et pascuis et qualibet libertate, que predicti rustici in villa predicta ad presens obtinent seu in antea obtinebant et omni dominio prefate Saccensi ecclesie ac eius vicariis et ministris de certa nostra sciençia et libera voluntate damus, donamus, legamus, assignamus, ac habendas, tenendas et possidendas hereditarie cum omni jure et dominio perpetue tenore presencium deputamus ad hoc tamen specialiter, ut predictis redditibus et pecuniis blada seu frumenta debito tempore per ydoneum virum, quem iidem ministri ad hoc eligendum duxerint, comparari et in distribuciones cottidianas panum certo anni tempore dandorum converti, nec non eodem tempore panes huiusmodi de tritico vel siligine, ut dispensatori discreto videbitur, vicariis et ministris ibidem presentibus ac matutinis et missarum solempniis interessentibus et non absentibus cuilibet nisi per unum distribui debeant et equaliter errogari. Tamen si prelati aut canonici huiusmodi panum voluerint esse participes, extunc tantum videlicet sex sexagenarum redditus annuos perpetuos in panum distribucione expendendos vel amplius de bonis communibus dicte Saccensis ecclesie deputent vel suis procurent pecuniis comparari. Quibus comparatis et in usum communem conversis cum matutinis laudibus et missarum solempniis ut prefertur interfuerint ipsi prelati et canonici, si sex sexagenas annuos redditus pro panum distribucione perpetue deputaverint, extunc equalem, si vero amplius in redditibus dederint extunc ampliorem prout expediens fuerit, cum vicariis et ministris predictis in distribucione panum huiusmodi recipiant porcionem. Si quis autem huiusmodi nostram donacionem violare presumpserit etc. . .

2. Nota donacionis alicuius ecclesie cum arenga bona (pro Sclavis).

In nomine Domini amen. . Karolus etc. . . (Eine längere Arenga) . . Quare . . . in nomine sancte et individue trinitatis, victorissime crucis et intemerate dei genitricis beate Marie

semper virginis nec non beatissimi Jeronimi doctoris sancte dei ecclesie facundissimi originis cuius cunabula ex lingua Sclavica manaverunt, de qua eciam secundum lineam femininam nos fatemur processisse, monasterium seu cenobium prope muros maioris civitatis Pragensis in loco, ubi prius sanctorum Cozme et Damiani martirum erat parochia construi fecerimus, in quo optamus esse abbatem et nigros monachos lingue Sclavice sub regula sanctissimi patris Benedicti degentes, qui divinum officium nocturnum pariter et diurnum in lingua predicta decantabunt iuxta indultum sanctissimi in Christo patris et domini d. Clementis pape VI[ti] ad nostras preces specialiter concessum, ipsum pro nunc dote infrascripta dotantes. Conferimus enim et exnunc dotis nomine monasterio seu cenobio eidem, abbati qui pro tempore fuerit et ipsis fratribus presentibus et futuris donamus villam dictam Walan, que in heredibus redditibus habet quartam mediam marcham et unam parvam araturam, quam comparavimus a devoto nostro venerabili Joanne episcopo Olomucensi principe nostro [1] dilecto, per eos jure proprietatis et veri dominii perpetuo habendam, tenendam et possidendam. Donamus eciam modo et forma predictis eidem cenobio, abbati et monachis ipsius villam dictam Gencz in districtu Pragensi, quam aput discretum virum Pezoldum civem nostrum maioris civitatis Pragensis emimus, que de annuis redditibus habet XXXIII marcas. In quibus quidem villis prefatum monasterium secundum consuetudinem terre in terminis consuetis recipiet pro nunc tantum nudum censum cum exactionibus nichil disponendo, quousque ad hoc aliter duxerimus ordinandum, exactiones namque homines dictarum villarum solvent ibi ubi prius solvebant, ut autem statutis canonicis, quibus cavetur, ut unusquisque episcoporum non prius dedicet ecclesiam nisi antea dotem basilice et obsequium eius per cartule donacionem confirmatum accipiat, nam ut ibidem sequitur non levis culpe est ista temeritas, ut sine luminaribus vel sine substanciali sustentacione eorum, qui ibidem servituri sunt, ecclesia tanquam domus privata consecretur, ideo per hoc pragmaticum constitutum promittimus et spondemus, quod cursu temporis dante deo loco seu monasterio, quod in honore b.

---

[1] Bischof Johann von Olmütz († 1351) war ein natürlicher Sohn König Wenzels II.

Jeronimi presbiteri dedicari optamus, de tot et tantis redditibus providebimus, quod persone inibi deo servientes ac ipsarum ministri congrue et honeste poterunt sustentari. Non enim hesitamus, quod ille qui largitus est et concessit dotacionis principium medium et finem donabit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam dotacionis, disposicionis ac ordinacionis nostram infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem nostram regiam se sciat incursurum.[1] Datum etc. . .

3. Donacio provisionis.

Arnestus etc. . Dilectis nobis Ulrico et Przybiconi de Pracz (Procz?) fidelibus nostris salutem in domino. De fidelitatis vestre constancia, qua nobis existitis plurimum commendati, presumptionem habentes fiducie singularis, vobis nostrum et ecclesie nostre laneum cum area situm in villa Pracz (?) predicta per vos et heredes vestros excolendum, habendum, utifruendum, edificandum et possidendum absque solucione census cuiuslibet et servicio de liberalitate nostra tenore presencium duximus tribuendum, sic quod exnunc in antea mediam utilitatem totalem de lı (51) alveolis seu truncis apum, quos nunc habetis, nobis et successoribus nostris archiepiscopis et ad mensam archiepiscopalem bona fide opere debito presentando annuatim debeatis integraliter elargiri et apum multiplicacionem ac orti apum culture fideliter intendere cum effectu, tali condicione adiecta, quod si nobis aut nostris successoribus vestrum vel heredum huiusmodi servicium non placeret, aut vos vel heredes vestri nobis aut nostris successoribus cum dictis apibus et cultura servire nolletis, extunc pro media parte alveolorum seu cunctorum (sic, truncorum) apum sive apes multiplicate vel diminute tunc essent, nobis aut successoribus nostris relinquenda vobis aut vestris heredibus quinque sexag. gross. solutis et pro edificiis tribus sexag. idem laneus cum area et edifi-

---

[1] Wir halten diese Formel für die eigentliche Gründungsurkunde des Klosters Emaus, die der Zeit nach zwischen 1346, 9. Mai (Erlaubniss Clemens VI.), und 1347, 21. November (Schenkungsurkunde Karls IV. beide in Pelzel, Karl IV. Bd. I. Urkundb. 90—91) fallen würde.

ciis sine vestro vel heredum vestrorum impedimento ad nos aut ecclesiam nostram predictam libere revertantur, harum quibus etc. . .

4. Item provisio super eodem.

Nos Arnestus etc. . Notum facimus universis, quod nos fidelia servicia fidelis nostri dilecti Marssonis de Opozicz, que nobis dudum exhibuit, exhibet et exhibere poterit in futurum, considerantes, sibi ut in provisione[1] sua, quam ei in Horssow villa nostra dedimus, edificia ad valorem XII sexag. gross. denariorum Pragensium et non ultra locare valeat, graciose indulgemus, quem si nobis aut nostris successoribus ipsius servicia non placerent, datis eidem Marssoni aut heredibus suis pro predictis edificiis decem sexag. gross., vel si eadem edificia tanti valoris non essent tunc iuxta estimacionem proborum virorum ad hoc communiter electorum per nos aut successores nostros ut predicitur sibi aut heredibus suis persolutis, ipsum aut heredes suos de eadem provisione ammovere possumus qualibet difficultate proculmota, harum quibus sigilla etc. . .

5. Forma dotacionis alicuius ecclesie.

Johannes dictus Padwanus et Wrat(iwogius) etc. . tenore presencium notificamus inspectoribus universis, quod constitutus coram nobis discretus vir Nicolaus plebanus ecclesie s. M(arie) in Valle[2] nobis quandam literam quatuor sigillis pendentibus munitam exhibuit et presentavit, cuius tenor de verbo ad verbum erat talis: ‚Reverendo in Christo patri et domino d. Arnesto, s. Pragensis ecclesie archiepiscopo seu eius in spiritualibus vicariis generalibus Fridmannus de Smoyn et Benislinius paratam ad eius beneplacita voluntatem. Significamus paternitati vestre, quod ecclesia parochialis s. M. in Valle sub honore et vocabulo S. M. Magdalene dedicata ob guerras con-

---

[1] Provisio = böhmisch náprava, Vasallgut, d. i. ein solches, welches als Entlohnung für geleistete Dienste auf bestimmte Zeit oder auf Lebenslang verliehen wurde. Ueber die erzbischöflichen Vasalle vgl. Tomek III. 43.

[2] Libeznice = Grunt sv. Marie (Grunta) im Czaslauer Kreis.

tinuas et alia nonnulla gravamina eidem ecclesie illatas in fructibus, proventibus et propriis possessionibus temporibus retroactis defecit, ita quod eadem ecclesia propter defectum fructuum, proventuum et aliorum necessariorum pluribus annis extitit prout adhuc existit privata, ob cuius rectoris defectum parochiani ipsius ecclesie ex carencia rectoris, qui eis prefuisset et ecclesiastica sacramenta ministrasset, multa incommoda et pericula suarum animarum incurrerunt, quibus periculis obviare et saluti dictorum parochianorum secundum status nostri exigenciam providere cupientes ad cultum divinum reformandum ob reverenciam et honorem dei omnipotentis et beate Marie Magdalene ac omnium Sanctorum et in remedium animarum nostrarum et progenitorum nostrorum sustentacionem congruam pro rectore inibi perpetuis temporibus servituro ecclesie antedicte duximus assignandam, de qua inibi rector per paternitatem vestram instituendus sustentacionem habere poterit competentem. Primo enim ad usum dicte ecclesie pro sustentacione rectoris in dicta ecclesia instituendi damus, concedimus et assignamus de bonis nostris patrimonialibus unum pratum nostrum prope dictam villam Vallem Marie sitam iuxta rivulum, cui ex una parte confinant prata nostra, de quo valorem unius sexagenae gross. den. Prag. annuatim poterit rector dicte ecclesie percipere, per ipsum rectorem perpetuis temporibus tenendum, possidendum et habendum. Item recognoscimus, quod homines nostri dicte ville sponte nostra voluntate et beneplacito submiserunt se, quod unam sexagenam grossorum Prag. singulis annis census nomine secundum ratam quemlibet ipsorum contingentem dicto rectori ipsorum persolvent, mediam sexagenam in festo s. Georgii et mediam in festo s. Galli perpetuis temporibus duraturam, et quod nos una cum dictis hominibus arcam pro dote ipsius ecclesie comparavimus, super quam domus dotis nostro et ipsorum parochianorum auxilio mediante construetur. Insuper promittimus bona fide, quod secundum nostram possibilitatem de agris competentibus ad sustentacionem rectoris dicte ecclesie providebimus. Itaque rector in eadem ecclesia residens sustentacionem habere poterit congruentem, et quod summe necessarium extitit, ut ad gubernacionem dicte ecclesie rector instituatur paternitati vestre dominum Nicolaum exhibitorem presencium duximus presentandum affectuose rogantes, quatenus ipsum in rectorem ipsius ecclesie, cuius jus

patronatus ad nos pertinere dinoscitur, instituere dignemini, curam animarum et regimen dicte ecclesie sibi committentes. In cuius rei testimonium etc. . .' petens nos cum instancia, ut eandem literam et contenta in eadem auctoritate ordinaria approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Nos vero prefatis omnibus suprascriptis peticionique dicti Nicolai juste et racionabili favorabiliter annuentes, omnia et singula in predicta litera contenta quoad omnes clausulas ipsius et puncta auctoritate ordinaria approbamus, ratificamus et ex certa nostra sciencia per omnia confirmamus, harum quibus sigillum etc. . .

6. Donacio bonorum archiepiscopatui per aliquem.

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Noverint universi, quod ego . . . tenore presencium recognosco, quod deliberacione diligenti et matura interposita divine retribucionis premia, que incrementa salutis eterne generavit, cupiens animabus sc. mee et progenitorum meorum omnium in domino augmentare, bona patrimonialia omnia et singula, videlicet castrum . . .[1] cum domo . . . et opido . . . cum aliis villis ad dictum castrum spectantibus et bonis et censibus annuis eorumdem nec non piscinis, piscacionibus, aquis, aquarum decursibus, silvis, rubetis, ortis, pomeriis, venacionibus, aucupacionibus, pratis, pascuis, molendinis, agris cultis et incultis, semitis, montibus et vallibus, utilitatibus, libertatibus, honoribus et servitoribus et aliis bonorum eorundem pertinenciis universis, quomodocunque, qualitercunque et undecunque proveniant seu provenire possunt, eciam cum jure patronatus . . . ecclesiarum sancte ecclesie Pragensi jure hereditario appropriavi ac de consensu . . . regis Boemie donavi, condescendi atque contuli et donacionis titulo verumque dominium tam directum quam utile transtuli et presentibus transfero in supradictam ecclesiam de voluntate et consensu domine . . . conthoralis mee, que eciam sponte michi in hac parte consenciens renunciavit omni juri, que sibi racione dotalicii sui in premissis bonis quomodo-

[1] Unter Erzbischof Arnest kam die Stadt und Herrschaft Rožmitál (Rosenthal) zum Prager Erzbisthum. Es scheint, dass diese Herrschaft hier gemeint ist.

libet competere poterat seu debebat, prout hec omnia et singula reperiuntur in terre tabulis annotata expresse addiciens in donacione prefata, ut prelibata bona in . . . ad mensam archiepiscopalem Pragensem seu archiepiscopi Pragensis, qui nunc est et qui successuris temporibus fuerit, perpetuis temporibus debeant pertinere, promittens pro me, heredibus et successoribus meis diversis nunquam donacionem huiusmodi in toto vel in parte infringere aut contra eam quomodocunque venire verbo vel facto, et racione donacionis mee predicte fateor me a Reverendo patre predicto Pragensis ecclesie archiepiscopo tot sexagenas in pecunia prompta percepisse ac eciam bona seu villas . . . cum earum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet ad habendas, tenendas, utifruendas et possidendas per nos tres personas scilicet . . . et . . . et . . . ad vite nostre tempora tantummodo suscepisse, nobis vero tribus personis predictis viam universe carnis subeuntibus bona predicta . . . ad dictam Pragensem ecclesiam seu archiepiscopum Pragensem, qui pro tempore fuerit, jure pristino quomodolibet libere redeant, per nos in nullos heredes et successores nostros amplius transferenda. In quorum omnium premissorum testimonium etc. . .

7. Donacio altaris.

Nos Johannes dictus Padwanus et Wratiwogius etc. . . notum facimus universis presentes literas inspecturis, quod veniens ad presenciam nostram nobilis vir dominus Raczko de Janowicz quandam literam sigillo suo et discreti viri Woyslai rectoris ecclesie s. Jo(annis) in Janowicz [1] nec non dominorum . . . sigillatam sigillis, sanam et integram etc. . nobis ostendit et exhibuit, cuius tenor sequitur in hec verba: ‚In nomine domini Amen etc. . .‘ Post cuius litere presentacionem nobis factam dictus dominus Raczko una voce disposuit et ordinavit coram nobis, quod collacio dicti altaris seu presentacio persone ydonee ad illud dum vacaverit ad eum diebus vite sue debeat pertinere et post obitum suum collacio seu presentacio perpetue huiusmodi ad rectorem dicte ecclesie s. Johannis in Janowicz, qui nunc est vel fuerit pro tempore et successores suos per-

[1] Woyslaus, Pfarrer in Janowicz, † 1358 (Lib. conf. I. 72).

petue devolvatur. Quam quidem collacionem seu presentacionem ad dictum plebanum et suos successores perpetuis temporibus voluit pertinere ac eam dicto plebano et suis successoribus post obitum suum libere dedit, donavit et assignavit perpetuis temporibus valituram, supplicans nobis instanter, quatenus dotacionem dicti altaris de consensu Woyslai plebani predicti factam, prout de hoc per literam dicti plebani sigillo suo coram nobis docuit, ac omnia et singula predicta auctoritate ordinaria approbare, ratificare et confirmare dignaremur. Nos itaque visa litera supradicta attendentes piam disposicionem dicti domini Raczkonis et devocionem, quam ad divini cultus augmentum habere dinoscitur, considerantesque, quod justis et racionabilibus peticionibus non sit denegandus assensus, dotacionem dicti altaris ac omnia et singula predicta auctoritate ordinaria approbamus, ratificamus et ex certa sciencia confirmamus, onus subscriptum ad preces et peticionem domini Raczkonis ex officio nostro ministro ad predictum altare confirmando et suis successoribus imponentes videlicet, quod minister dicti altaris et sui successores perpetue singulis annis proxima die ante anniversarium dicti d. Raczkonis vigilias teneatur decantare et in ipso anniversario missam cum nota et tres missas defunctorum sine nota pro anima ipsius faciat celebrari et quatuor pauperes in prandio diei dicti anniversarii procurare pascendo teneatur de redditibus et obvencionibus suis antedictis sub penis per d. archiepiscopum Pragensem vel eius vicarium in spiritualibus, qui pro tempore fuerit, si predicta adimplere predictus rector altaris vel quilibet successorum suorum, quod absit, neglexerit, infligendis. In quorum etc. . .

8. Nota super donacione facta per aliquem dominum suo servitori.

In nomine domini Amen. Racionis et juris esse dinoscitur, ut bene meriti remuneracionibus consolentur condignis. Nos igitur T.[1] prepositus s. Stephani in Luthomericz etc. tenore presencium constare cupimus inspectoribus universis, quod nos diuturna, grata et multa ac presencialia servicia, que nobis

[1] Tammo, vgl. Disp. IV. 1.

providus vir . . . de . . . olim noster modo vero venerabilis in Christo patris etc. . . vicarius[1] fecit et impendit et non dubitantes, quod impendet in futurum, in animo nostro sepissime revolventes et considerantes volentesque ipsum uti bene meritum pro ipsis et si non in toto saltem in parte consolacionis beneficiis conferri duodecim sexagenas gross. den. Prag. terminis singulis de bursa nostra, quam habemus in predicta Pragensi ecclesia racione canonicatus[2] et proinde quas in ea obtinemus sibi donavimus et presentibus donamus sic quod sex sexagenas in s. Georgii et sex in b. Galli festis per ipsum vel alium eius nomine quavis cuiusvis contradictione seu impedimento cessantibus recipiet, quas sibi dominus Jo(annes) dictus (Padwanus?), sacrista predicte Pragensis ecclesie seu alius, qui eo non exstante officium sacriste geret, nomine nostro in terminis predictis dabit omni occasione seu causa proculmotis, cui exnunc concedimus et in quantum possumus mandamus, ut id quod premittitur facere possit sine alia nostra requisicione quacunque. In quarum quidem XII sexag. assecucione predictum dominum N. omnibus nostris creditoribus, si qui sunt, quod non credimus, vel forent in futurum, preferimus et preferri volumus per presentes. Quamquidem donacionem nostram tam diu stare et durare volumus quamdiu habemus prebendam Pragensem; verum si per viam permutacionis, renunciacionis aut alio modo quocunque prebenda, quam nunc in Pragensi ecclesia habemus, exaret de manibus nostris, extunc censum equipollentem ad ipsius domini N. requisicionem sibi ubicunque sibi videbitur in bonis ipsorum beneficiorum seu beneficii assignare sine omni difficultate tenebimur percipiendum per ipsum vel alium eius nomine in terminis predictis. Ubi autem nos ante percepcionem plenariam XII sexag. predictarum per ipsum dominum N. in terminis predictis contingeret ingredi

---

[1] Vielleicht Stephanus, vicarius archiep., dann protonotarius und Archidiac. Lutomericensis, vgl. Commiss. III. 22.

[2] Bursa canonicorum war wohl die gemeinschaftliche Cassa, in welcher die täglichen Einkünfte gesammelt wurden, welche dann durch die divisores portionum unter die Domherren getheilt wurden. — Seit 1355, 20. Sept. (Frind II. 429) war die Leitmeritzer Probstei mit einem Canonicat bei der Prager Kirche ständig verbunden; die ‚proventus bursae' beziehen sich wohl auf die darin genannten ‚portiones canonicales undecunque et quomodolibet obvenientes'.

viam carnis universe, annum gracie,[1] quem habemus in ecclesia predicta tam in prebenda quam in bursa, sibi damus volentes, ut defectum summe predicte de ipso supplere debeat de residuo quidquid sit et quantumcunque dispositurus taliter, prout sibi dominus inspirabit. Licet autem de duodecim sexag. superius expressis per hoc tantum graciam ampliorem non negavimus, quin ipsum ultra hoc graciis, favoribus et consolacionibus aliis prosequemur, sed quum hominum voluntates sunt mobiles et varie, propter quod nonnunquam donaciones facte aliquibus quandoque, interdum vero sine causa susurronum aliquorum revocantur instinctu, nos in hoc ipsi domino N. propter efficacissima que nobis temporibus retroactis impendit servicia et dante deo impendet infuturum providere honori quoque nostro ut inconstancie arguamur consulere summo studio affectantes, hanc legem nobis imponimus, quod donacionem nostram presentem ipsi domino N. per nos sic ut premittitur factam revocare seu eciam diminuere non possimus ex causa seu causis quibuscunque. Quod si faceremus, quod absit, ipse dominus N. super explecione ipsius nos tamquam pro vero debito convenire valeat per presentes, quibus nos nec in judicio nec extra nunquam contraveniemus verbo vel facto. Quicunque autem presentem literam habuerit, eum per omnia et in omnibus eo jure quo et ipsum dominum N. gaudere volumus in premissis, ne autem cuipiam circa premissa seu ipsorum aliquod suspicio sinistra erga ipsum dominum N. pro eo, quod ipse pro tempore nostrum regit sigillum, possit suboriri, presentibus profitemur, nos paginam presentem in robur omnimode firmitatis premissorum manibus propriis nostro sigillasse sigillo, cui eciam in testimonium evidencius honorabilium virorum dominorum . . . et . . . sunt appensa sigilla. Acta sunt etc. . .

9. Forma super donacione alicuius ecclesie de novo erecte bona.

Nos etc. . . (Die Namen sind ausgelassen. Nach einer längeren Arenga folgt:) Igitur ecclesiam in honore s. dei genitricis virginis Marie, quam speciali reverencia ex puris ample-

---

[1] Vgl. Monit. II. 13.

xamur affectibus instauratam in . . . villa, quam ibi adeo invenimus desolatam, quod in ipsa racione defectus temporalium, quibus humane fragilitatis adiuta condicio plasmatorum suis valet attencius vacare serviciis, per nos nostris propriis tribus laneis regalibus una marcha redditus agris cultis et incultis, montibus etc. . . prefate ecclesie donavimus dotis nomine et donamus etc. . .

X. Confirmationes et ratificationes.

Neben den ‚Libri erectionum' hatte Erzbischof Arnest die ‚Libri confirmationum ad beneficia ecclesiastica' gegründet. Für die ältere Zeit ist nun auch diese Abtheilung ein werthvoller Beitrag zu beiden, da hier nicht nur Confirmationen zu geistlichen Beneficien, sondern auch ähnliche Bestätigungen von Stiftungen und Schenkungen, wie in den vorangehenden Abtheilungen (Erectiones und Donationes) enthalten sind. Die Stiftungsurkunde des Karlsteiner Collegiatcapitels (Nr. 1) war bisher nur aus einer böhmischen Uebersetzung in Hájek's Chronik bekannt. Ueber das Privilegium der böhmischen Könige, alle zur Zeit ihres Regierungsantrittes erledigten Beneficien zu besetzen (primariae preces), berichten Nr. 13 und 14, aus denen auch hervorgeht, dass Karl IV. dieses Recht auch wirklich ausgeübt hatte. Die letzte Formel dieser Abtheilung, das Magdalenenkloster in Laun betreffend, stammt vom Bischofe Johann IV. aus dem Jahre 1331.

Incipit titulus confirmacionum et ratificacionum.

1. (In ecclesia Pragensi capellarum quatuor).[1]

In nomine domini Amen. Arnestus etc. ad perpetuam rei memoriam universis, ad quos presentes pervenerint salutem in

[1] Die vorliegende Formel ist die Bestätigung der Stiftung des Collegiatcapitels auf der Burg Karlstein durch Karl IV. Die von einer spätern Hand herrührende Ueberschrift ist offenbar unrichtig. (Eine andere spätere Aufzeichnung auf dem obern Rande des Fol. 64/v [von derselben

eo qui est omnium vera salus. Inter alios sollicitudines ex officii pastoralis debito nostris humeris incumbentes ad illa precipue vigilanti studio aciem mentis nostre sicuti tenemur convertimus atque precipuum destinamus affectum, que divinum cultum respiciunt eiusdemque pariunt incrementa, sane pro parte serenissimi principis et domini nostri domini Karoli quarti divina favente clemencia Romanorum imperatoris semper augusti et Boemie regis quedam litera maiestatis sue veris sigillata sigillis filis sericis pendentibus sana et integra, non viciata, non cancellata, non abolita nec in aliqua sui parte corrupta, sed omni prorsus vicio et suspicione carens nobis fuit presentata et exhibita, cuius tenor de verbo ad verbum dinoscitur esse talis: ‚Karolus quartus etc. . .' Fuimus itaque ex parte prefati domini nostri imperatoris cum instancia requisiti, ut fundacionem et dotacionem capellarum predictarum ac disposiciones et ordinaciones suas predictas ac omnia et singula in litera suprascripta contenta approbaremus, ratificaremus et confirmaremus, prout ad nostrum officium spectare dinoscitur. Nos itaque donacionem (sic) ipsius domini nostri imperatoris, quam ad s. Pragensem ecclesiam ac ipsius ministros gerit, infra nos pensantes propensius, ipsum in devocione et promocione huiusmodi eo amplius solidare volentes et confirmare, maxime cum disposiciones et ordinaciones predicte redundant in divini cultus augmentum fundacionem et dotacionem capellarum predictarum nec non disposicionem et ordinacionem decani et canonicorum ministrorum in capellis predictis ac omnia et singula in litera predicta contenta, quoad omnes eius clausulas et puncta tenore presencium approbamus, auctorizamus, ratificamus et auctoritate nostra ordinaria ex certa sciencia confirmamus, statuentes, ut quemadmodum predictus dominus noster imperator ordinavit et disposuit predicte prebende sint et esse debeant sacerdotales nullusque in ipsarum aliquam possit institui nisi in sacerdocio constitutus et ut eciam decanus et ceteri quatuor canonici sacerdotes predicti, qui sunt et qui fuerint pro tempore, seu aliqui vel aliquis eorundem nullum aliud penitus beneficium

---

Hand] sagt: ‚Capella in Mendico est unita decanatui ecclesie Pragensis.') Unsere Formel stimmt in den einzelnen Bestimmungen mit der in Hájek's Chronik erhaltenen Uebersetzung der Stiftungsurkunde Karls IV. dd. 29. Martii 1357 überein.

ecclesiasticum quantumlibet simplex aut modicum cum decanatu vel prebenda huiusmodi ullomodo valeat obtinere, et in decanatu et prebendis ipsis continuam absque fraude iugiter et precisam residenciam teneatur facere personalem, quod si quis aliud beneficium obtinens ad unum ex istis se passus fuerit vel forte procuraverit presentari et cum effectu institui, is eodem primo beneficio sit et esse debeat ipso facto privatus, sique aliquis decanatum et prebendam aliquam obtinens de predictis aliam acceptaverit seu ad illam vel quodcunque beneficium ecclesiasticum eciam si minimi valoris seu quantumcunque simplex existat se presentari permiserit, insuper et quicunque ipsorum a decanatu seu aliqua ipsarum prebendarum se absentare presumpserit, hiis casibus (et) earum qualibet absque alio quocunque judicio seu sentencia decanatu seu prebenda predictis quam obtinuit eo ipso sit privatus, statutum nostrum huiusmodi non solum ad decanatum et prebendas iam creatas verum eciam ad creandas ibi de novo ex certa nostra sciencia extendentes et prorogantes. Ut autem predictus decanus, cui cura et labor pre aliis amplior in premissis incumbit, uberiorem eciam sicut decet consolacionem recipiat, capellam castri in Mendico de consensu predicti domini nostri imperatoris et ad ipsius peticionem, ad quem jus patronatus capelle eiusdem pertinere dinoscitur, cum omnibus fructibus, redditibus et proventibus ipsius eidem decano et suo decanatui tenore presencium incorporamus, annectimus perpetuo et unimus. Itaque cedente vel decedente rectore dicte capelle, qui nunc est, decanus predictus, qui est et qui fuerit pro tempore, reservata prius per eum congrua porcione et deputata pro presbytero ipsi capelle deservituro, prout infra describitur, fructus, redditus et proventus ipsius capelle possideat et in usus suos accipiat, provisurus tamen, ut per aliquem ydoneum presbyterum in capella castri predicti perpetuis temporibus missa perpetue celebretur, presbytero eciam qui in predicta capella missam legerit ad hoc per decanatum fuerit deputatus offertorium altaris ipsius quantumcunque fuerit, et V sexagenas gross. Prag. annui census de redditibus ipsius capelle deputamus presentibus et applicamus. Porro quod singulari excellencia et condigna reverencia sanctorum insigniorum passionis divinice statuimus et ordinamus, ut in altari insigniorum ipsorum maioris capelle nulli alii preterquam archiepiscopis et

episcopis execucionem officii pontificalis habentibus ullo umquam tempore liceat missarum solempnia celebrare. Omnibus et singulis sub interminacione malediccionis eterne districte inhibentes, ne quis premissa vel premissorum aliquid in toto vel in parte audeat infringere vel eis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum patronorum nostrorum Viti, Venceslai, Adalberti, Procopii et Ludmille se noverit incursurum. In quorum etc. . .

2. Confirmacio donacionum (facta pro hospitali in Crumlow per dominos de Rosis).

Arnestus etc. universis et singulis tam presentibus quam futuris cupimus fore notum, quod venientes ad nostram presenciam nobiles viri domini Petrus, Jodocus, Ulricus et Johannes fratres dicti de Rosemberg nobis exposuerunt, quod felicis memorie dominus Petrus de Rosemberg genitor ipsorum, summus regni Boemiae camerarius et pie recordacionis domina Katherina ipsorum genitrix ad laudem omnipotentis dei et sanctorum Jodoci et Viti martirum hospitali in ipsorum civitate Crummaw, in honore s. Jodoci fundato ac ecclesie parochiali ibidem in Crummaw sub honore s. Viti martiris insignite ob suarum et progenitorum suorum animarum salute certos redditus et possessiones de consensu ipsorum Petri, Jodoci, Ulrici et Johannis donaverunt libere et dederunt sub certis condicionibus et ordinacionibus per dictos parentes ipsorum expressatis, super quibus certe litere confecte dinoscuntur, quarum tenores inferius describentur. Quas quidem literas sanas et integras non rasas, non abolitas, nec in aliqua sui parte suspectas, veris sigillis dictorum parentum ipsorum sigillatas, una cum litera ratificacionis et approbacionis per eos facte sigillis ipsorum sigillata ac eciam litera recognicionis, promissionis et submissionis Nicolai [1] rectoris parochialis ecclesie in Krummau supradicte suo sigillata sigillo coram nobis exhibuerunt omnia et singula per dictos genitorem et genitricem in dictis literis donata, concessa, ordinata et disposita ad maiorem certitudinem in nostri presencia una voce ratificantes et eciam approbantes

[1] Starb 1361 (Lib. conf. I. 150).

petentes humiliter et devote, ut easdem literas, omnia et singula in eis contenta de benignitate solita approbare, ratificare, auctorizare et confirmare dignaremur. Quibus literis per nos receptis, visis et diligenter perspectis attendentes, quod peticioni dictorum dominorum tamquam pie, juste et racionabili non sit denegandus assensus, donaciones, condiciones, ordinaciones, voluntates, provisiones ac omnia et singula in eisdem literis contenta quoad omnes clausulas et puncta ipsarum auctoritate ordinaria approbamus, ratificamus, auctorizamus et ex certa sciencia nostra confirmamus, statuentes ac sub attestacione divini judicii ac interminacione maledictionis eterne districte precipientes, quatenus dominis Petro, Jodoco, Ulrico et Johanni ac ipsorum heredibus, nec non plebano dicte parochialis ecclesie in Krumnau, qui nunc est, aut suis successoribus, nec non omnibus et singulis quorum interest vel intererit, cuiuscunque condicionis existant, omnes et singulas donaciones, ordinaciones et disposiciones, sicut et prout per dictos dominum Petrum de Rosis et dominam suam Katherinam consortem donate, ordinate et disposite forent, integre et inviolabiliter observare et adimplere studeant cum effectu, nec eas in aliquo infringere audeant vel immutare absque nostro et successorum nostrorum scitu et licencia speciali. Si quis autem dictas donaciones etc. infringere presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et ss. Viti et Jodoci martirum se noverit incursurum. In quorum etc. . .

3. Forma approbacionis locacionis fructuum in (Grecz) et commissio cure animarum.

Arnestus etc. . Licet nuper omnes et singulos plebanos ac rectores parochialium ecclesiarum nostre diocesis ad residenciam citari mandaverimus et citaverimus, per hoc tamen locacionem frugum ecclesie sancti spiritus in Grecz per Symonem[1] plabanum ibidem in persona Bartholomei[2] altariste ss. Symonis et Jude in eadem ecclesia facte, inquantum de

---

[1] Wird 1358 (Lib. conf. I. 77) altarista s. Leonardi in ecclesia s. Spiritus in Grecz genannt.

[2] † 1359 (Lib. conf. I. 96).

30*

jure processit, in nullo derogare intendimus sed pocius eam in suis terminis, maxime cum in comodum et profectum eiusdem ecclesie prout sumus informati redundet, conservare, cum eciam Bartholomeo per et infra tempus subsequens locacionis predicte curam et regimen memorate ecclesie sancti spiritus in Grecz duximus committendum. Harum quibus etc. . .

4. Forma approbacionis cuiusdam lanei (in permutacione).

Nos Arnestus etc. . notum facimus universis, quod constituti coram nobis nobiles viri dominus Jo(annes) de Wart(emberg?) et Jo(annes) de . . . nec non discretus Nicolaus p(lebanus) in Giczin recognoverunt coram nobis, quod predictus dominus Jo(annes) pro redditibus duarum sexagenarum grossorum denar. Pragens., quas in villa Pssel ecclesie predicte abstulerat et tandem strenuo militi Sdessoni et heredibus suis de Direwacz [1] hereditarie vendidit duos laneos cum dimidio in villa Zamecz, quas tenent incole ville eiusdem videlicet . . . de . . . et M . . . in recompensam predicte ecclesie in Giczin tytulo permutacionis suo et heredum suorum nomine perpetuo dedit, contulit et donavit, omni juri et dominio renuncians, quod sibi et heredibus suis competebat in eisdem, ita tamen, quod Nicolaus plebanus jam dicte ecclesie et successores, qui sunt pro tempore, prefatum dominum Sdessonem, heredes et successores suos in predictis duabus sexagenis reddituum impedire non debeant quovis modo petentes nos cum instancia, ut permutacionem huiusmodi auctoritate nostra approbare, ratificare, auctorizare et confirmare dignaremur. Nos vero peticionibus ipsorum inclinati considerantesque, quod ex permutacione huiusmodi predicte ecclesie in Giczin comodum et evidens utilitas procuratur, eam approbamus, ratificamus, auctorizamus et ex certa nostra sciencia quoad omnes eius clausulas et puncta confirmamus, eandemque auctoritatem nostram interponimus et decretum etc. . .

---

[1] Třewač oder Střewač bei Jičín. — Sdesso de Střewač wird im Testament Arnests von Pardubitz, Vaters des Erzbischofs (Balbin, Vita Arnesti 75) als Zeuge angeführt.

5. Confirmacio testamentorum (ad altare ss. apostolorum Johannis, Simonis et Jude in ecclesia s. Galli in Praga).

Joannes dictus Padwanus et Wratiwogius etc. . Nuper providi et discreti viri Mathias, presbyter Johannes, fratres nati felicis recordacionis quondam Jacobi in Turri [1] civis Pragensis suo et successorum suorum altaris ss. Johannis apostoli et evangeliste et Symonis et Jude in ecclesia s. Galli civitatis Pragensis apostolorum et aliorum amicorum suorum nomine nobis exposuerunt et exponere curaverunt, quod licet bone memorie quondam Nicolai dicti in Turri civis Pragensis, avi ipsorum nec non Jeclini fratris ipsorum uterini testamenta et disposiciones seu conplanaciones testamenti Nicolai sepedicti per ipsos Matheum et Johannem fratres uterinos, cives Pragenses, facte ob hoc, ut maiorem sortirentur roboris firmitatem, fuissent per reverendum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Arnestum etc. in totum et per omnia ad instanciam Johannis et Mathei fratrum predictorum aliorumque amicorum suorum confirmata et confirmati, fuissetque eciam sicut et est per dictum dominum archiepiscopum infringentis disposicionis et huiusmodi ordinacionis excommunicacionis sentencia promulgata, tamen quod pena excommunicacionis iam dicta presertim quoad ministrum seu rectorem altaris predicti pro nunc et in posterum existentem, qui cottidie in ipso altari secundum modificacionem infrascriptam missarum solempnia debet celebrare nimium periclosa et rigorosa existet, idem videlicet Mathias et Johannes fratres humiliter et cum instancia nomine heredum et successorum suorum nobis supplicaverunt, quatenus penam excommunicacionis predictam duntaxat quoad ministrum seu rectorem altaris prefati pro nunc et imposterum succedentes tollere et aliam loco ipsius imponere dignaremur. Nos vero de voluntate dicti domini archiepiscopi non ambigentes, qui alias per prefatos Johannem et Matheum fratres aliorumque amicorum suorum super premissis pulsatus suum, ut fierent, dedit consensum pariter et assensum, maxime eciam, quia per sublacionem pene

---

[1] Ueber die Familie der ,Welflowici' auch ,de Turri' (vom Thurm), vgl. Tomek II. 434. Die Stiftung des Altars in der Gallikirche 1344 s. daselbst II. 162. — Vgl. dazu Conf. Nr. 11 und Tomek, Základy I. 120.

excommunicacionis iam dicte, qua in ecclesia dei gravior non existit, periculis obviatur animarum, peticioni memoratorum Johannis et Mathei fratrum, amicorum suorum et Wen(ceslai)[1] ministri seu rectoris altaris prefati, hoc ipsum suo et successorum suorum nomine supplicancium tamquam pie et juste nec non (?) et racionabili graciosius condescendentes penam excommunicacionis in literis confirmacionis domini nostri archiepiscopi prefati ex causa seu causis contra delinquentes expressa seu expressis in eosdem apposita seu appositis, duntaxat quoad Wencz(eslaum) ministrum seu rectorem, qui pro nunc minister memorati ss. Joannis apostoli et evangeliste Symonisque et Jude apostolorum altaris existit, et ad omnes et singulos successores ipsius non quoad alias personas in hiis scriptis tollimus, ammovemus et cassamus et loco pene iam dicte excommunicacionis penis subscriptis cum modificacione qua sequitur ministrum seu ministros altaris memorati, qui est pro tempore et qui imposterum fuerit seu fuerint, revocantes et sic futuris et perpetuis temporibus inviolabiliter observari mandamus, quod predictus Wenceslaus, qui pro nunc est rector altaris prefati et suus quilibet successor, qui fuerit pro tempore, ubi casu aliquo seu aliqua causa legitima prepeditus foret vel forent, per se ipsum vel se ipsos missam in predicto altari in honorem predictorum apostolorum celebrare vel officiare non posset seu non possent, extunc alium substituet loco sui ydoneum presbyterum, qui eandem missam celebrabit in eadem die in altari supradicto sumptibus suis et expensis de certa tamen sciencia plebani ecclesie s. Galli predicte. Si vero negligenter quibuscunque condicionis (sic) seu causis previis ipse Wenceslaus aut aliqui successorum suorum vel substitutus suus aliquo die infra annum exceptis tribus diebus passionis dominice, aut si ecclesiam s. Galli contingeret interdici, missam in altari supradicto celebrare negligeret, ex tunc unum grossum pene nomine pro cera ad altare prefatum pro qualibet die neglecta assignabit, verum eciam si quod absit, causa interdicti iam expressa exclusa, missa per Wenceslaum, successorem aut successores ipsius, alias substitutum seu substitutos eius seu ipsorum quemlibet

---

[1] Lib. conf. I. 183 sagen: ‚1362, 7. Octobr. Fridlinus ad altare s. Simonis et Jude in ecclesia s. Galli per resignacionem Venceslai vacans fuit institutus‘.

per sex dierum spacium celebrare continaciter neglecta fuerit seu neglexerint, extunc omni excusacione vel causa cessantibus ipsum Wenceslaum vel quemlibet suum successorem racione negligencie huiusmodi et ad hanc penam que premittitur extunc prout exnunc dictis sex diebus elapsis, quos sibi et eorum cuilibet pro monicione canonica assignamus, ingressum ecclesie interdicimus in hiis scriptis. Si vero predictum interdictum per alios sex dies prefatos sex immediate sequentes sustinuerit idem W. vel quivis suus successor vel successores, ipsum W. seu omnes alios successores canonica monicione previa in hiis scriptis suspendimus a divinis. Volumus eciam et de mandato et consensu prefatorum patronorum inserimus, quod si prefatus Wenceslaus vel quivis alius imposterum suus successor prefatis penis non paruerit cum effectu vel si premissa non curaverit contumaciter adimplere, vel si eciam penam cere vel unius grossi pro qualibet die neglecta infra sex dies non solverit et alias penas videlicet interdicti, suspensionis per prefatos dies sustinuerit animo indurato, quod tunc prefati Joannes et Matheus fratres, ad quos presentacio spectat, nec non alius quivis patronus seu quivis alius inposterum successor ac quivis alius domini archiepiscopi Pragensis inposterum in spiritualibus generalis administrator ipsum Wenceslaum et successores ipsius universi qui in premissis delinquentes fuerint, suo et successorum suorum nomine supradicto altari privari debent, videlicet lapsis prefatis personis (sic, terminis) et personam aliam ydoneam possint presentare et omnia alia facere, que circa presentacionem altaris predicti fuerint necessaria seu oportuna. Quibus eciam penis prefatus W. pro se et suis successoribus sponte se submisit et quod nollet venire contra nec de jure nec de facto per se nec per suos successores nobis et successoribus nostris per suam conscienciam promittendo, volumus eciam, quod omnes ipsius successores imposterum se eisdem submittere teneantur et eisdem sint astricti, aliis ordinacionibus in literis domini nostri archiepiscopi contentis et expressis in omnibus et per omnia semper salvis, quibus per presentes in nullo volumus derogare. In quorum etc. . .

6. Confirmacio litere super contractu permutacionis domorum.

Nos Joannes dictus Padwanus et Wratiwogius etc. notum facimus . . ., quod veniens ad presenciam nostram discretus vir Joannes dictus Pzdynak plebanus in Minberg (?) nobis duas literas, quarum tenor inferius describitur, unam videlicet sigillo religiosarum virginum sanctimonialium monasterii sancti . . . in . . . ordinis sancti . . . et aliam sigillo suo in pendentibus pressulis pergameni sigillatas, sanas et integras, non viciatas etc. . . . exhibuit et presentavit petens cum instancia, quatenus contractum permutacionis domorum, prout in ipsis continetur literis, per dictas sanctimoniales et eum factum de benignitate nostra auctoritate ordinaria ratificare, approbare etc. . . dignaremur. Visis et diligenter inspectis literis supradictis, considerantes, quod contractus permutacionis huiusmodi propter situm ipsorum domorum tam dicto monasterio et conventui suo quam eciam plebano antedicto et suis successoribus evidentem utilitatem, comodum et profectum inportat et inportare potest, contractum permutacionis huiusmodi . . . approbamus etc. . . . Tenor vero literarum, de quibus supra fit mencio, videlicet monasterii et conventus predicti talis est: ‚Nos Katherina priorissa etc. . .‘ Item tenor litere Johannis plebani antedicti sequitur in hec verba: ‚Ego Johannes plebanus etc. . .‘

7. Approbacio electionis scolastici ecclesie Pragensis.

Nos Arnestus etc. notum facimus universis etc. . ., quod honorabiles viri domini Prziedwogius decanus totumque capitulum ecclesie Pragensis antedicte post mortem domini Zdeslai olim Scolastici ecclesie eiusdem electione de futuro scolastico celebrata nostram cum decreto electionis sue accedentes presenciam nobis humiliter supplicarunt, ut cum ipsi in honorabilem virum dominum Plichtam de Mssen canonicum ipsorum exhibitorem presencium vota sua dirigentes ipsum unanimiter et concorditer in scolasticum dicte nostre ecclesie duxerint eligendum, prout in decreto electionis ipsius, quod ipsi nobis tunc exhibere curarunt, plenius continebatur, electionem ipsam

de persona eiusdem domini Plichte canonice celebratam approbare eidemque electo munus confirmacionis, prout ad nostrum spectat officium, inpendere misericorditer dignaremur. Nos vero eorum iustis et racionabilibus peticionibus favorabiliter annuentes cridam seu proclamacionem fieri fecimus in ecclesia nostra antedicta, ut si quis vel qui electioni predicte aut personis eligencium vel persone electe quidquam vellet seu vellent opponere, quod certo die coram nobis aut nobis absentibus coram vicariis nostris in spiritualibus debet seu debent peremptorie comparere, quo die veniente nobis absentibus memoratus dominus electus cum crida et fide ex fide execucionis coram honorab. viris domino Joanne dicto Paduano decano Wissegradensi et Wratiwogio, vicariis nostris in spiritualibus generalibus comparuit, qui auctoritate nostra, qua fungimur in hac parte, electionem eandem de persona prefati domini Plichte ut premittitur canonice celebratam approbarunt et eundem electum adhibitis ceremoniis debitis et consuetis confirmarunt, memorato domino Plichta electo in scholasticum administracionem plenam spiritualium et temporalium eiusdem scolastrie, prout ad nostrum spectat officium, committendo.[1] In cuius rei testimonium etc. . .

8. Litera confirmacionis super provisione archidiaconali cum intronizacione (in Thyn Horssoviensi).

Arnestus etc. honorabili viro domino Petro de . . .[2] officiali nostre curie archiepiscopalis in omnium salvatore salutem. Literarum sciencia et morum honestas et alia multiplicia virtutum dona, quibus apud nos fidedignorum quorundam (?) testimonio exposcunt, ut personam vestram grata benivolencia prosequentes vobis reddamur exhibicione liberales. Volentes igitur premissorum meritorum intuitu personam vestram favore prosequi gracie specialis, archidiaconatum Horssoviensem in

[1] Plichta de Msseu erscheint als Scholasticus zuerst im Jahre 1356 (Frind II. 432). Er wurde später (1358) Dechant der Prager Kirche, während an seiner Stelle Beness de Cravar zum Scholasticus gewählt wurde (vgl. Div. XXIV. 71). Plichta starb am 22. August 1362, sein Nachfolger war Wratiwoj. — Wie diese Formeln beweisen, wurde also der Scholasticus vom Capitel gewählt und vom Erzbischof bestätigt.

[2] Petrus de Cunzendorf, archid. Horssoviensis. Vgl. Cit. I. 5.

nostra ecclesia Pragensi ad presens per obitum Nicolai[1] ultimi eiusdem archidiaconatus archidiaconi, vacantem, cuius collacio ad nos pertinere dinoscitur, nulli alii de jure debitum, cum omnibus juribus et pertinenciis suis universis vobis auctoritate nostra ordinaria conferimus et de eodem eciam providemus, vosque per anuli nostri tradicionem investimus realiter et presencialiter de eodem, curam et regimen ac administracionem in spiritualibus et temporalibus dicti archidiaconatus vobis plenarie committentes. In cuius rei testimonium etc. . .

Intronizacio eiusdem.

Arnestus etc. discreto viro . . . Horssoviensi decano et plebano parochialis ecclesie in Horssow seu eorum vices gerentibus salutem in domino. Cum nos archidiaconatum Horssoviensem in nostra ecclesia Pragensi per obitum Nicolai etc. . . ad presens vacantem honorabili viro Petro de . . . officiali curie nostre Pragensis contulerimus etc. . . vobis seu vices vestras gerenti tenore presencium committimus et mandamus, quatenus dictum officialem nostrum vel procuratorem seu procuratores ipsius eius nomine in corporalem possessionem dicti archidiaconatus ac omnium jurium et pertinenciarum ipsius inducatis et defendatis inductum facientes sibi seu eius procuratori pro eo de omnibus et singulis fructibus, redditibus, proventibus et quibuscunque juribus archidiaconalibus dicti archidiaconatus integre responderi, contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum etc. . .

9. Confirmacio cum intronizacione super vicaria perpetua ecclesie Pragensis.

Arnestus etc. honorabili viro Wrat(iwogio), vicario nostro in ecclesia nostra Pragensi capellano nostro commensali in omnium salvatore salutem. Probitatis vestre merita, vite ac morum honestas, super quibus aput nos laudabile vobis perhibetur testimonium et ipsa experiencia nos edocet, attendentes

---

[1] Früher Pfarrer in Zabiehlicz, wurde 1354 Archidiacon Horss. (Lib. conf. I. 2). Am 12. September 1358 wird schon Petrus als Archidiacon genannt (Ibid. I. 66).

dignum arbitramur et congruum, ut personam vestram grata benivolencia prosequentes vobis reddamur in exhibicione gracie liberales. Volentes igitur premissorum meritorum intuitu personam vestram favore prosequi gracie specialis, vicariam nostram in nostra Pragensi ecclesia ad presens vacantem ex eo, quod magister Stephanus, tunc noster vicarius, ordinem canonicorum regularium in monasterio Rudnicensi nostre diocesis assumpsit ipsumque ordinem est professus, cuius collacio seu provisio ad nos pertinere dinoscitur pleno jure, nulli allii de jure debitam, cum omnibus juribus et pertinenciis suis universis vobis auctoritate nostra conferimus ordinaria et de eadem eciam providemus vosque per anuli nostri tradicionem investivimus realiter et presencialiter de eadem curam et administracionem dicte vicarie in spiritualibus et temporalibus vobis plenarie committentes. In cuius rei testimonium etc. . .

Sequitur intronizacio (ad vicariam ecclesie Pragensis).

Arnestus etc. honorab. viro d. Przidwogio decano nostre Pragensis ecclesie vel eius vices gerenti salutem etc. Cum nos vicariam nostram . . . . dilecto nobis Wrat(iwogio) preposito Tinensi etc. . . contulerimus . . . . honestati vestre . . . mandamus, quatenus dictum Wrat(ivogium) in corporalem possessionem vicarie predicte . . . inducatis et defendatis inductum sibique stallum in choro dicte nostre Pragensis ecclesie assignetis facientes etc. . .

10. Approbacio cum consensu super permutacione bonorum.

Nos Johannes etc. tenore presencium notum facimus universis, quod veniens ad nostram presenciam discretus vir Ottyco plebanus de Ways (?), cupiens condicionem eiusdem ecclesie sue facere meliorem, quosdam agros ipsius ecclesie pro agris W. de Mo. (sic) plebani sui permutare intendebat petens cum instancia, ut permutacioni huiusmodi consentire eamque confirmare et approbare dignaremur. Nos vero, utrum permutacio huiusmodi in utilitatem predicte ecclesie tendat ignorantes discreto viro decano Greczensi duximus commit-

tendum, ut de hoc, si permutació predicta vigeat in evidentem utilitatem ecclesie antedicte vel non, inquireret diligencius veritatem, qui facta inquisicione reperit, prout ex ipsius literis, quas nobis misit, apperiebat, quod ex ipsa permutacione non modica predicte ecclesie utilitas procuratur, nos peticionibus justis et racionabilibus predictorum plebani et Andree favorabiliter annuentes eidem permutacioni consentimus ipsamque . . . approbamus, ratificamus etc. . .

11. Forma ratificacionis super transsumpto alicuius litere cum lata sentencia.

Nos Arnestus etc. notum facimus . . ., quod discretus vir Jo(annes) de Turri nostram accedens presenciam literam quandam duobus pendentibus munitam sigillis, cuius tenor de verbo ad verbum presentibus inseritur, nobis exhibuit petens humiliter et cum instancia omnia et singula contenta in eadem per nos confirmari et ut inviolata conserventur pena excommunicacionis vallari. Tenor autem ipsius de verbo ad verbum est talis: In nomine etc. . . Qua quidem litera pér nos recepta et perspecta contenta in eadem pia et favorabilia ac cultus divini augmentum promovencia reperientes omnia et singula in predicta litera disposita et ordinata ratificamus etc. . . Ut autem confirmacio nostra et disposiciones ac ordinaciones predicte inviolabiliter observentur, omnes et singulos, qui se nostris sentenciis submiserunt seu qui predictorum aliquod infringere temeritate propria presumerent, excommunicacionis sentencia innodamus, quam ex nunc in ipsos et eorum quemlibet, si contrarium fecerint ut prefertur in eventum condicionis ferimus in hiis scriptis. Nolumus tamen, quod heredes et successores N. et H. fratrum predictorum, cum una persona pro alia spiritualiter excommunicari non debeat nisi se sponte submitteret eidem, excommunicentur. Verumtamen si quis ex ipsis premissa seu premissorum aliquod non adimplerent ut premittitur, tunc monicione canonica premissa sentencia excommunicacionis procellantur.[1] In quorum etc. . .

---

[1] Vgl. Nr. 5.

12. Approbacio domini archiepiscopi per modum subscripcionis.

Et nos A. etc. . predicte permutacioni, super qua prefati dominus Jo(annes) Luthomisslensis episcopus ex una et abbas et conventus monasterii Aule Regie parte ex altera dudum nobiscum et sepius tractaverunt et deliberaverunt et solempnes tractatus habuerunt, quia invenimus et cognovimus ac cognoscimus eandem permutacionem in pregrande commodum et utilitatem magnam ambarum parcium permutancium redundare et per ipsam permutacionem ipsarum condicionem fieri meliorem, nostram auctoritatem nec non expressum consensum auctoritate ordinaria interposuimus et nichilominus interponimus, adhibuimus et adhibemus eandemque permutacionem quoad omnia et singula in ea contenta et ipsam contingencia et concernencia in omnibus et singulis capitulis, punctis, sentenciis, articulis et tenoribus de verbo ad verbum ut superius exprimuntur auctorizando et nostram auctoritatem interponendo ratificavimus, approbavimus, ratificamus et approbamus, ipsamque jure, modo et forma meliori quibus possumus, animo deliberato non per errorem aut inprovide sed ex certa nostra sciencia prefata ordinaria auctoritate confirmamus. In quorum etc. . . [1]

13. Forma confirmacionis ad primares preces regis [2] (in Nepomuk).

Arnestus etc. . Cum inter N. clericum per serenissimum principem et dominum K(arolum) etc. ad ecclesiam in Nepomuk

---

[1] Vorliegende Formel ist die erzbischöfliche Bestätigung des Kaufes der Herrschaft Landsberg vom Kloster Königsaal zum Bisthum Leitomyschl dd. 1358, 26. Januarii. Vgl. Balbin Misc. VI. 75—82. — Lib. erect. I. 9.

[2] Preces primariae = jus, quod habet Imperator Coronatus ex antiqua consuetudine in omnibus cathedr. ecclesiis atque eciam monasteriis per Germaniae regnum unius canonici pro arbitrio nominandi, quem collegium recipere debet. Charta Caroli IV. de a. 1350 (Du Cange). — Eine Erwähnung dieses Rechtes der böhmischen Könige in Bezug auf die zur Zeit des Regierungsantrittes erledigten Beneficien finden wir nicht. Dass dieses Recht ausgeübt und anerkannt wurde, erhellt aus der Entscheidung

nostre diocesis vigore cuiusdam consuetudinis hactenus in regno Boemie inconcusse et inviolabiliter observate, qua cavetur, quod cum primo regni sui solium conscendunt et adipiscuntur, possunt et debent ad beneficia omnium ecclesiarum tam secularium quam et regularium cum vacant una vice dumtaxat sine difficultate et omni excepcione cessante personas ydoneas presentare, ex una et Jacobum presbyterum, qui eandem ecclesiam virtute gracie a sede apostolica sibi facte acceptaverat et de qua sibi per suum subexecutorem provisum fuerat, parte ex altera super eadem ecclesia orta fuisset materia questionis, nos multis et arduis nostre ecclesie et regiis negociis propediti predictam causam dirimere personaliter non volentes, honorabilibus viris et dominis videlicet Joanni dicto Padwano et Bohute archidiacono Curimensi predictam causam duximus committendam, ut receptis hinc inde informacionibus et allegacionibus eandem causam deciderent et iuxta juris ordinem determinare et diffinire deberent. Qui in eadem causa procedentes receptis quoque informacionis et jurium allegacionibus de consensu parcium in dicta causa concludentes diffinitivam sentenciam pro prefato N. clerico in scriptis et finaliter protulerunt pronunciantes, decernentes, predictum N. fore ad dictam ecclesiam vigore predicte consuetudinis confirmandum. Quem predicti commissarii nostri eadem auctoritate nostra ad dictam ecclesiam confirmaverunt et ne processu temporis possit et valeat de dicta sentencia et confirmacione ipsius N. in dubium revocari, confirmacionis literas, per quas sibi curam animarum predicte ecclesie in Nepomuk commisimus et committimus per presentes in testimonium premissorum et ut contra morsus latranum tutus et premunitus existat duximus et ducimus concedendas. Datum etc. . .

14. Forma confirmacionis post latam sentenciam.

Nos Arnestus etc. notum facimus etc. . ., quod cum honorabilis vir d. Joannes Padwanus, de causa, que inter W.

---

der erzbischöflichen Commissäre. Diese Entscheidung ist um so wichtiger, als sie gegen einen Priester lautete, der auf Grund eines päpstlichen Gnadenbriefes auf diese Pfarre Anspruch erhob. — Vgl. auch die nachfolgende Formel.

presbyterum ex una et Ogerium de . . . presentatum ad ecclesiam in . . . occasione ipsius ecclesie parte vertebatur ex altera, ex commissione nostra cognovisset et pro parte predicti W., quem invenit intencionem suam sufficienter probavisse diffinitivam sentenciam protulisset . . . ipsum ad nos remisit, ut sibi super eadem ecclesia munus confirmacionis impendere dignaremur. Nos vero visa sentencia huiusmodi predictum Wen. presbyterum exhibitorem presencium in memorata ecclesia in . . . de jure occasione primariarum precum serenissimi principis ad presentacionem pro hac vice rectorem legitimum instituimus et plebanum ipsum ad eandem cum omnibus juribus etc. .[1]

15. Forma super eodem.

Nos Arnestus etc. notum facimus etc. quod cum honor. vir dominus H.[2] officialis curie nostre archiepiscopalis Pragensis ex commissione nostra speciali in causis scilicet jure patronatus ecclesie in . . . et presentato domini . . . de . . . ad ipsam ecclesiam in . . . legitime cognovisset pro parte honor. ac religiosi viri . . . et monasterio . . . contra ipsum dominum . . . et presentatum ipsius diffinitivas sentencias, prout in actis officiolatus curie nostre plenius continetur, tulisset, idem frater . . . facta nobis fide de predictis religiosum virum fratrem exhibitorem presencium ad dictam ecclesiam in . . . nobis presentavit, petens ipsum confirmari ad eandem. Quem nos ad ipsius presentacionem et peticionem in prefata ecclesia in . . . de jure et de facto vacante, crida seu proclamacione premissa rectorem legitimum instituimus et plebanum ipsum ad eandem etc. . .

16. Forma confirmacionis inclusa cause cognicione (quando plures presentantur cum gratificacione).

Nos Arnestus etc. notum esse volumus etc. . quod cum ad ecclesiam parochialem in Hor (sic) per mortem discreti viri . . . olim rectoris ibidem de jure et de facto vacantem

[1] Vgl. die vorangehende Formel.

[2] Vgl. Anm. 2 zu Commiss. III. 30.

nobiles viri Jar(oslaus) ibidem in . . ., et Wil(helmus) de Scala patroni ecclesie prefate, duos nobis presentassent, quia dominus W. clericum minorem annis presentaverat, honorabilis vir dominus H. [1] nostre Pragensis curie officialis, cui questionem inter predictos patronos occasione vacacionis dicte exortam commiseramus, ipsum veluti inhabilem repulsit et indignum. Tandem cum diu inter patronos predictos coram domino officiali nostro fuisset disceptatum, prefatus dominus W. videns primo presentati per eum repulsionem, secundo loco quendam alium Sla. (?) nomine in minoribus constitutum presentavit aliquomodo in presentatum per dominum Jar. nolens consentire, lata vero per officialem nostrum sentencia parte pro utraque, ipse officialis presentatis examinatis ambos ydoneos reputavit ad regimen ecclesie memorate, ipsisque ad nos remissis ipsos examinari fecimus diligenter, quibus examinatis, licet plura pro presentato domini Jar. facerent, propter que ipsum presentato domini W. debeamus preferre, propter bonum tamen pacis et concordie atque ob scandalum vitandum prefatos dominos pluries nostris fuimus hortati literis, ut de vicissitudine vel de aliquo ex presentatis per eos, vel tercio preter presentatos convenirent, quod dum facere non curassent nec in aliquam viarum predictarum possent concordare, nos prefate ecclesie rectoris solacio destitute providere volentes, prefato domino H. officiali nostro et magistro Sco. dedimus in commissis, quod si domini predicti infra terminum, quem eis assignaveramus, non concordarent, nomine nostro alicui ex presentatis lapso termino eodem gratificarent et gratificato munus confirmacionis cum suis accessoriis inpertirentur. Veniente demum termino huiusmodi prefatis dominis in concordia non repertis ymmo ipso domino W. et tercium Zifridum (?) nomine de novo presentante, prefati domini nostri commissarii certis ex causis Przib. (sic) presbytero presentato per dominum Ja. prefatum gratificaverunt, curam et regimen in spiritualibus et temporalibus auctoritate nostra sibi committentes in eadem, protestantes expresse, quod per gratificacionem ipsorum quoad presentacionem vacacionis future domino W. in nullo preiudicare volebant, quodque P. prefatus ipsum dominum W. pro patrono habere debeat, honorem sibi debitum veluti compatrono ecclesie prefate impensurus. Quibus

---

[1] Vgl. Anm. 2 zu Commiss. III. 30.

sic gestis pro parte P. nobis humiliter exstitit supplicatum, ut premissa et eorum quodlibet ratificare, approbare et confirmare dignaremur. Nos igitur precibus suis acquiescentes omnia et singula superius expressa, quia de ipsis nobis constabat, ratificamus, approbamus et ex certa nostra sciencia confirmamus. In quorum etc. . .

17. Nota ratificacionis aliquorum negociorum seu literarum cum pena excommunicacionis.

(Ist in der Form so gehalten wie die vorangehende Formel und bietet, da sämmtliche Namen ausgelassen sind und die Briefe, auf welche sich die Bestätigung bezieht, nicht citirt werden, nichts Bemerkenswerthes. Zu Ende kommt nachstehende Bestimmung vor:) . . . si eos in excommunicacione huiusmodi per spacium VIII dierum persistere contigerit, unam sexagenam grossorum pro fabrica ęcclesie nostre Pragensis solvere sint astricti, nec eciam a sentencia excommunicacionis . . . absolvantur etc. . .

18. Ratificacio erectionis et dotacionis altaris (in ecclesia s. spiritus in Grecz).

Nos Arnestus etc. recognoscimus universis, quod ad nostram accedens presenciam . . . minister altaris s. Pauli et fidelium animarum in ecclesia s. spiritus parochiali in Grecz nobis exposuit, quod discreti viri . . . et . . . fratres de . . ., qui alias dictum altare et capellam ibidem construxerunt et dotaverunt certis redditibus puta sex sexag. in villa . . . sano ducti consilio in suarum remedium animarum ad dictam capellam et altare de consulum et scabinorum ibidem septimam sexagenam census perpetui in dicta villa . . . benivole donaverunt, ut eciam hoc tam in ipsorum fratrum litera sigillata ipsorum sigillis quam judicis et juratorum ibidem litera civitatis eiusdem sigillata sigillo plenius continetur expressum, supplicans nobis, ut donacionem huiusmodi ratam habere et nostris literis confirmare dignaremur. Nos vero attendentes, quod per donacionem huiusmodi cultus divinus augeatur . . . predictam

septimam sexagenam ut alios sex ecclesiasticos redditus de cetero esse decrevimus et donacionem predictam gratam habentes et ratam approbamus etc. . .

19. Forma renovacionis confirmacionis deperdite.

Nos Arnestus etc. notum facimus etc. quod constitutus in nostri presencia discretus vir . . . de . . . exhibitor presencium nobis exposuit cum dolore, quod ipse literas sue institucionis seu confirmacionis de ecclesia sua predicta . . . civi Pragensi dederat ad servandum, que postmodum ardente domo eiusdem per ignis voraginem fuerunt concremate, unde supplicavit sibi per nos misericorditer de oportuno remedio provideri. Nos igitur nostrorum subditorum cordibus amaritatis et ammissioni compati cupientes et quantum cum deo possumus eorum inopie subvenire, recepimus testes de tenore earundem literarum et de ammissione earum super ipsius . . . proprium juramentum, per quas probaciones quia nobis constitit ipsas literas confirmacionis super ecclesia antedicta habuisse, idcirco eundem jure antiquitus sibi acquisito ex presentacione et confirmacione eadem renovantes in ecclesia in . . . rectorem legitimum instituimus et plebanum, ipsam sibi cum omnibus juribus etc. . .

20. Alia forma innovacionis (confirmacionis perdite).

Nos Arnestus etc. . notum facimus etc. quod constitutus coram nobis discretus vir . . . presbyter dixit se per dominum Jo(annem) bone memorie Pragensem episcopum predecessorem nostrum fuisse et esse ad ecclesiam in . . . confirmatum asserens literas confirmacionis, quas habuit super eadem ecclesia, per ignis voraginem esse deperditas et consumptas, quod sufficienti testimonio et eciam per proprium juramentum legitime demonstravit, supplicans . . . ut sibi innovacionis literas super dicta ecclesia concedamus. Nos . . . presentes literas in testimonium ammissionis dictarum literarum sibi concedimus ètc. . .

21. Confirmacio donacionis.

Ad perpetuam rei memoriam etc. . . Ideoque ad nostram accedens presenciam discretus vir M . . de . . . nobis exposuit reverenter, quod honorabilis et religiosus vir . . . de unanimi et concordi voluntate et expresso consensu totius sui conventus sibi dicto M . . . et eius heredibus pensatis ipsius fidelitatis obsequiis . . . quatuor mansus sive laneos cum quartali in villa prefati monasterii . . . dicta jure emphiteutico tenendos et habendos per eum et eius successores donacionis ipsius tempore et deinceps in perpetuum, prout hec et alia capitula, condiciones seu articuli in instrumento patenti abbatis et conventus predictorum . . . plenius continentur . . . donavit . . . Series vero dicti instrumenti . . . sequitur in hec verba: ‚Nos Albertus[1] etc. . .' (Folgt die Bestätigung der Schenkung, die aber auch keine Namen enthält).

22. Forma confirmacionis ad perpetuam vicariam de novo creatam.

Nos Jo(annes) etc. notum facimus, quod nos ad presentacionem et peticionem discreti viri . . . plebani ecclesie in . . . ad vicariam perpetuam per ipsum . . . in eadem ecclesia de novo consensu ad hoc nobilis viri domini . . . de . . . patroni eiusdem ecclesie accedente creatam et de novo laneum (sic) et tercia parte offertorii ecclesie sue predicte sufficienter dotatam, de quo minister ipsius congruam habere poterit sustentacionem, prout de hoc fides nobis plena facta fuit, cuius collacio seu presentacio ad H. plebanum predictum et eius successorem qui pro tempore fuerit, pertinere dinoscitur, discretum virum . . . clericum exhibitorem presencium crida seu proclamacione premissa duximus et presentibus ducimus confirmandum, ipsam sibi cum omnibus juribus et pertinenciis suis etc. . .

---

[1] Vielleicht Albertus abbas mon. Portae Apostolorum, der c. 1357 genannt wird (Lib. conf. I. 45).

23. (Confirmacio fundacionis monialium ordinis s. Augustini de penitencia s. Marie Magdalene prope Lunam et approbacio donacionis fundi ad eundem locum).

Joannes[1] etc. . Rex magnificus omnipotens deus pia miseracione disposuit ecclesie sue acie amplitudinis membra dilatari, ut proles eius venustando cresceret et demum per religionis et humilis devocionis statum ad archana divine majestatis convolaret. Nostris itaque volente deo temporibus vir quidam utique providus et discretus videlicet Bero judex de Luna spiritus s^ti^ gracia preditus, sagax nostrorum premissorum verborum indagator, ad honorem dei et sue genitricis ac sanctorum eius et specialiter ad honorem beate Marie Magdalene ad amplitudinem ecclesie sancte de bonis a deo sibi collatis contulit fundum prope oppidum Lunense super ripam fluminis Egre sororibus sanctimonialium ordinis s. Augustini de penitencia s. Marie Magdalene, in quo quidem fundo idem Bero edificavit et construxit monasterium pro eisdem possessiones plurimas ipsis assignando, videlicet in villa . . .[2] cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus et hereditatibus ad id spectantibus cum agris seminatis, cultis et incultis, pratis, pascuis etc. . . . jure hereditario perpetuo possidendas petens una cum preposito sororum earundem humiliter et devote, quatenus eius voto tam pio nostrum assensum prebere dignaremur. Nos igitur, ad quem sacris approbantibus canonibus cura et disposicio ecclesiarum nostre diocesis dinoscitur pertinere, examinato cum sapientibus negocio supradicto, visis et diligenter perspectis privilegiis a sede apostolica sororibus predicti ordinis concessis et eis intellectis, invenimus, cum deo posse et debere admitti

[1] Johann IV. von Dražic, Bischof von Prag. — Das Original dieser Urkunde (dd. 1331, VIII. Idus Octobr.) befindet sich in der k. k. Univ.-Bibl. zu Prag; die Erneuerung der Stiftung durch Bero im Jahre 1334 befindet sich daselbst. Die Bestätigung derselben durch König Johann im Jahre 1335 ist abschriftlich im Stadtarchiv zu Laun.

[2] Das Original hat: in villa Dobromericz eam partem, que ad ipsum pertinet cum jure patronatus ecclesie ibidem, in quantum ad ipsum dinoscitur pertinere, et allodio ibidem sito cum omnibus rebus etc. . . Als Zeugen werden genannt: ‚magister Thomas archidiaconus Prag. domini pape capellanus, dom. Matheus prepositus Satcensis, Bohuta Curimensis, Dypoldus Belynensis archidiaconi, Elias civis Prag. curie episcopalis judex'.

peticionem B . . . et idcirco premissa satisfactione et recompensacione iam factis per B . . pro plebano ecclesie in Dobromicz (recte ‚Dobromericz‘), in cuius plebe idem monasterium est situatum, de quibus satisfactione et recompensa plebanus, qui ibidem pro tempore fuerit, debet contentari, cui non liceat de cetero nec nomine decimarum oblacionum nec eciam nomine jurium quorumcunque quicquam a monasterio ipso exigere neque vendicare ad honorem dei ut premittitur et in nomine ipsius fundacionem monasterii antedicti admittimus favorabiliter et benigne, donacionem quoque fundi possessionum et aliorum omnium, que per ipsum B. eidem monasterio sunt collata, rata et grata habemus et presentis scripti patrocinio confirmamus. In quorum etc. . .

XI. Indulgentiae.

Incipit titulus Indulgenciarum.

1. (Indulg. monasterio Opatovicensi concessae).

Nos Arnestus etc. Ad divine laudis obsequium basalice sanctorum in titulum eriguntur, ut in eis que domus oracionis existunt suffragia beatorum agminum implorentur, quorum presidiis Christi fideles eterne glorie premia consecuntur. Hinc est quod nos ad preces et devotam instanciam honorabilis ac religiosi viri fratris N.[1] abbatis monasterii Opath(ovicensis) ordinis s. Benedicti devoti nostri dilecti et propter magne devocionis affectum, quem ad ipsum monasterium gerimus et habemus, nec non cupientes, ut idem monasterium sepius frequentaretur et per Christi fideles congruis honoribus veneratur (sic), omnibus fratribus eiusdem monasterii, qui antiphonam Salve regina ob reverenciam beatissime virginis Marie dei genitricis devote decantaverint, seu qui missam de annunciacione ipsius virginis gloriose legerint aut cantaverint, nec non omnibus Christi fidelibus, qui predictam antiphonam cantare et missam legere aut cantare cum devocione in predicto mona-

[1] Neplacho der bekannte Chronist, Abt des Klosters Opatowicz c. 1332—1371 (Frind II. 180).

sterio audiverint de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis et intercessione confisi XL dies indulgencie de injunctis eis penitenciis misericorditer in domino condonamus etc. . .

2. Litera indulgencie (ecclesiae s. spiritus in Swietla conc.).

Nos Arnestus etc. . Cum condicio humana prona ad peccandum affectet divinis muneribus expiari, nos cupientes christianum populum quibusdam allectivis ad devocionis graciam invitare, ad honorabilis et religiosi viri fratris Galli,[1] prioris domorum ordinis s. Joannis Jerosolimitani per Boemiam, Poloniam etc. . . amici nostri dilecti supplicacionis instanciam omnibus vere penitentibus et confessis, qui per ecclesiam sancti spiritus in Swietla[2] circumeundo transiunt, suorum delictorum viniam petituri de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis et intercessione confidentes XL dies indulgencie de iniunctis eis penitenciis impartimur etc. . .

3. Litera indulgencie (hospitali in preurbio civitatis Novae Pilsnae).

Arnestus etc. . Cupientes, ut hospitale in honore s. Marie Magdalene in preurbio civitatis Nove Pilzne sepius frequentetur et a Christi fidelibus congruis veneretur honoribus, omnibus vere penitentibus contritis et confessis, qui ad dictum hospitale in festivitatibus domini nostri Jesu Christi nativitatis, circumcisionis, epifanie, passionis, resurrectionis, ascensionis, pentecostes, trinitatis et corporis Christi, in festivitatibus beatissime virginis Marie assumptionis, nativitatis, conceptionis, purifica-

---

[1] Gallus de Lemberg, Grossprior des Johanniterordens (1355—1366), als solcher der Vorsteher sämmtlicher Ordenshäuser in Böhmen, Mähren, Schlesien, Polen, Oesterreich, Steiermark, Kärnthen.

[2] Auf der Herrschaft Alt-Aicha; das Präsentationsrecht daselbst gebührte dem Johanniter Grossprior Gallus de Lemberg. Vgl. Lib. conf. I. 104. Ob hier eine Commende des Ordens bestanden hatte, lässt Frind II. 206 unentschieden.

cionis et annunciacionis, iterum in festis ss. Petri et Pauli apostolorum, omnium sanctorum et patronorum sancti Johannis Baptiste et dedicacionis hospitalis supradicti in humilitate spiritus accesserint et ibidem devote oraciones suas fuderint, de omnipotentis dei misericordia etc. . . XL dies indulgencie etc. . .

4. Litera indulgencie.

(Für ein nicht genanntes Kloster vom Erzbischof Arnest ‚ut a Christi fidelibus sepius frequentetur et congruis veneretur honoribus, de qualibet missa in dicto monasterio cum nota vel sine nota decantanda vel celebranda in perpetuum, in qua tamen in fine fuerit hec facta addicio: et famulum tuum antistitem nostrum cum clero et populo sibi commisso dirige in viam salutis eterne et ab ecclesia tua cunctam repelle nequiciam etc. . .).

5. Litera indulgencie.

(Von Erzbischof Arnest für eine nicht genannte Kirche in Prag [wahrscheinlich Gallikirche] und zwar für diejenigen ‚qui in anniversario consecracionis seu dedicacionis prefate ecclesie et altaris majoris ecclesie eiusdem ipsam ecclesiam devocionis causa visitaverint suorum delictorum veniam petituri et unum Pater noster et Ave Maria devote dixerint XL dies, item illis qui die alacionis capitis s. Galli et aliarum reliquiarum [1] videlicet XVI. mensis Octobris dictam ecclesiam . . . visitaverint . . . item illis, qui eodem die in dicta ecclesia missam celebraverint et qui missam integram ibidem audierint et cum reverencia condigna ad elevacionem corporis et sanquinis domini nostri Jesu Christi ienua flexerint etc. . .).

---

[1] Karl IV. schenkte der Gallikirche in Prag den Kopf des heiligen Gallus, den er im St. Gallenkloster erhalten und mit anderen heiligen Reliquien von Constanz aus nach Prag geschickt hatte (die betreffenden Original-Urkunden dd. 25. Sept. 1353 und 29. September 1353 in der Univ.-Bibl. zu Prag). Nach unserer Formel trafen also diese heiligen Reliquien am 16. October in Prag ein.

6. Nota indulgencie alicui pauperi vel exulanti concessa.

Arnestus etc. . Cum gencium infidelium hostilitate et incursu venerabilem virum dominum . . . episcopum de . . . presencium exhibitorem ab ecclesia sua una cum nonnullis Christi fidelibus exulari oportebat, et quia ut fertur rabies et impetus huiusmodi infidelium Christi aliquantulum in partibus suis existat mitigatus, ob quod predictus dominus ad ecclesiam suam predictam remeare intendit, et quia iter suum propter necessariorum vite carenciam non bene valet expedire, nisi eidem per Christi fideles caritatis beneficia sint impensa, ut igitur quod cupit effectui debito possit mancipare, vos omnes et singulos clericos et laicos per nostram provinciam constitutos per presentes requirimus, monemus et hortamur in domino, quatenus prefatum dominum . . . una cum sociis suis divine retribucionis intuitu ac eciam inopie et dignitati sue episcopali compaciendo recommendatum habere velitis cum caritativis beneficiis iuxta graciam a deo vobis datam uberius respicientes, nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum etc. . . (sic).

7. Forma indulgencie concesse quicunque facit exhortacionem aliquam ad fratres.

Arnestus etc. . Honorabili ac religioso viro fratri . . . totique conventui monasterii canonicorum monasterii eiusdem religionis preceptum firmiter insudare. Et si nonnullus (sic) misericordie operibus materialibus seu corporalibus loca pia et religiosa et nonnunquam eciam personas aliquas graciose et in humilitate spiritus reficientibus donis spiritualibus remuneremus, quanto magis spiritualibus misericordie operibus insudantibus, cuiusmodi est verbum sancte predicacionis, cuius excellencie et nobilitatis pretextu quoque eciam persone monastice de ocio ac sollicitudine monastica extrahuntur religioni aliorum proponende donis huiusmodi debeamus premiare. Siquidem ad nostri noticiam est deductum quosdam inter vos existere, qui in verbo sancte predicacionis strenue se exercent, nos volentes alios ad certamen huiusmodi gloriosum spiritualium largicione donorum

incitare, de omnipotentis dei misericordia, gloriose matris eius etc. . . et ss. Petri et Pauli etc. nec non beatissimorum patronorum nostrorum Viti, Venceslai, Adalberti et Procopii meritis confisi omnibus vere penitentibus, contritis et confessis, quicunque ex vobis et quocienscunque in capitulo seu alio loco vestri monasterii . . . collacionem latino sermone ad fratres cum humilitate spiritus fecerit, quilibet ex fratribus vestri monasterii eundem humiliter et pacienter audiverint, quadraginta dies indulgencie etc. . .

8. Forma indulgencie alicui pauperi concesse propter penitenciam explendam.

Arnestus etc. . Cum quisque mortalium, dum in humanis agit, in operibus misericordie et elemosinarum largicione se talem exhibere tenetur, ut pro hiis que hic misericorditer elargitur presentis vite subsidia et eterne claritatis premia a domino recipere mereatur. Igitur cum dominus A. de W. et . . et . . ., ut in literis quondam domini . . . miseracione divina . . . episcopi, penitenciarii domini pape continetur, propter peregrinaciones eis inpositas sunt ita pauperes, quod non habent unde commode valeant sustentari nec peregrinaciones ipsas valent adimplere, si per Christifideles non fuerint eis exhibita opera pietatis, quapropter universitatem vestram requirimus, monemus et in domino hortamur, quatenus divine retribucionis intuitu de bonis a deo vobis collatis memoratis fratribus eorum inopie condolentes vestras pias elemosinas erogare velitis propter deum. Nos enim etc. . . qui predictis fratribus manus porrexerint adjutrices, XL dies indulgencie etc. . .

9. Nota indulgencie canonicis in Rudnicz concesse.

Arnestus etc. . Dilectissimis in Christo fratribus . . . preposito . . . priori totique conventui etc. . . . . Sane nuper nobis vocis vive oraculo exposuistis, quod predecessor noster immediatus bone memorie . . d. Joannes Pragensis episcopus [1]

[1] Raudnitz war bekanntlich die erste Niederlassung der Augustiner-Chorherren in Böhmen, von Bischof Johann IV. von Dražic im J. 1332 gegründet.

sancto spiritu ductus ordinaverat missam sub nota de supra memorata intemerata dei genitrice virgine Maria perpetuis temporibus in lucis aurora in vestro monasterio decantari, cui conventualiter et personaliter consuevistis interesse. Et quia propter alia incumbencia onera, de quibus nobis fidem fecistis, cottidie nequitis personaliter in eiusdem misse saluberrima decantacione interesse, potestis (sic) humiliter fluctuantibus animis nostris per nos de oportuno remedio provideri. Nos vestris quantum cum deo possumus precibus inclinati respondemus, quod si quis vestrum corporali propeditus incommodo aut alicui spirituali occupacioni secundum graciam sibi concessam quam dicte misse decantacioni interesse magis vacare et inhiare voluerit, ipsum tamquam transgressorem precepti volumus obligari, provisuri tamen, quod vobis in virtute sancte obediencie discrete precipimus, quod eadem missa, sive presentes sive absentes fueritis, per clericos ydoneos et modestos consolacione competenti ipsis per vos humaniter exhibita, uno ex fratribus secundum ordinem vicis sue celebrante devote et distincte decantetur. Nolumus autem, si quis vestrum sub huiusmodi indulti velamento non tamen pro causa, quod absit, pretendens ex peculancia vel incuria huic misse se subtrahat, in quo caritatem vestram per viscera misericordie dei nostri, ne aliqua fraus inibi committatur, obsecramus et nichilominus a preposito vel priore, qui pro tempore fuerint, digna animadversione, qui in hoc approbatus fuerit delinquere, corrigatur. Singulis autem fratribus vere penitentibus et confessis ac contritis, qui ad dictam missam decantandam personaliter interfuerint, de iniunctis sibi penitenciis XII dies indul. relaxamus, eis vero qui diebus Sabbat. aut principalibus festis ipsius confessi (sic), de dei misericordia duplicamus. In quorum etc. . .

10. Nota indulgencie de neophitis bona (petitoria pro Judeis).

Arnestus etc. universis et singulis Christi fidelibus et predicatoribus sue diocesis . . . salutem etc. . Letemur in domino et in Majestatis eius clemencia gloriemur, quod vineam suam sanctam videlicet ecclesiam salubriter extollendo non desinit ampliare. Ecce enim P. exhibitor presencium, episcopus ut

certis relatibus accipimus Judeorum, judayce pravitatis et perfidie errore relicto ad Christum dei filium verum lumen per suscepcionem sacri baptismatis et ad fidem catholicam est conversus, uxorem, pueros et universa, que in Judaysmo possiderat, divini luminis consilio delinquens. Ideoque universitatem vestram exhortamur in domino, quatenus predicto P. in fide Christiana novello manus velitis porrigere adiutrices sibi de bonis a deo vobis collatis gratuita subsidia largiendo, ne propter defectum temporalium a fide katholica apostatans in errorem priorem relabatur. Nos enim omnibus vere penitentibus etc. qui eidem P. pro sustentacione sua manus porrexerint adiutrices, pro quolibet actu . . . XL dies indulgencie . . relaxamus. Vobis autem ecclesiarum rectoribus et predicatoribus veritatis . . . mandamus in remissionem peccaminum vobis iniungentes, quatenus predictum P. in elemosinis a Christi fidelibus adipiscendis non impediatis quoquo modo sed caritativis subsidiis et exortacionibus salubribus promoveatis etc. . .

11. Forma indulgenciarum pro missa (beate Marie virginis cantanda audita).

Arnestus etc. universis Christifidelibus in nostris civitate et diecese constitutis salutem etc. . . . Cupientes igitur, ut monasterium nostre fundacionis et ecclesia beate virginis fratrum de penitencia beatorum martirum de pord. (sic)[1] frequentetur etc. . . omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam devote accesserint et misse eiusdem virginis gloriose, que in eadem ecclesia in aurora vel bene mane deinceps singulis diebus decantari debet, interfuerint usque ad finem vel eam celebraverint, de omnipotentis dei misericordia etc. . .

---

[1] Das Cyriakenkloster (fratrum de poenitentia beatorum martyrum) in Pardubitz; vgl. Frind II. 301.

XII. Declarationes.

Incipit titulus declaracionum et primo

auctoritate sedis apostolice.

Arnestus etc. . Tenore presencium notum facimus universis, quod nos cum ea qua decuit reverencia literas reverendi in Christo patris domini S. miseracione divina tituli sancti . . . non viciatas, non abrasas, non cancellatas, sed in omni sui parte salvas et integras cum ipsius sigillo sigillatas recepimus per omnia in hec verba: Venerabili in Christo etc. . . . Volentes igitur mandatum eius ipsius domini penitenciarii prout tenemur reverenter adimplere, super contentis in predicta commissione inquisicionem fecimus diligentem. Et quia ex narracione facta in litera commissionis supradicte et eciam ex deposicione testium super hoc per magistrum P. vicarium nostrum in spiritualibus ex commissione speciali nostra receptorum invenimus, idcirco ipsius ex premissis decrevimus et decernimus ac tenore presencium pronunciamus, nullam irregularitatis ex casu huiusmodi maculam contraxisse. In cuius etc. . .

2. Nota declaracionis (ex commissione penitenciarii pape).

Joannes dictus Padwanus etc. notum facimus . . . quod nos literas Rev. in Christo patris d. Francisci miseracione divina episcopi Florentinensis, [1] penitenciarii domini nostri pape in absencia Rev. . . . domini Egidii ep. Sab. maioris dicte penitenciarie penitenciarii curam gerentis, non viciatas etc. . . recepimus etc. . . Volentes igitur mandatum dicti domini Francisci reverenter exequi ut tenemur, super contentis in literis supradictis inquisicionem fecimus diligentem et quia per huiusmodi nostram inquisicionem ita esse invenimus sicut narratur in literis antedictis et quod alias non potuit mortem evadere nec alias culpabilis fuit in premissis, ideo auctoritate prefati

---

[1] 1355—1356 (Gams, Ser. ep. 748).

domini Francisci, qua fungimur in hac parte . . . presbyterum antedictum non reputamus nec credimus premissorum ullam irregularitatis maculam contraxisse. Harum quibus etc. . .

XIII. Auctoritates.

Diese Abtheilung enthält Vollmachten die der Erzbischof für bestimmte Fälle ertheilt hatte. Alle Cleriker, selbst die mit niederen Weihen, unterstanden nur ihrer geistlichen Obrigkeit, die weltliche Obrigkeit hatte gegen dieselben keine Macht, durfte sie nicht einmal bei offenbaren Uebertretungen gefänglich einziehen. Ausnahmen davon wurden nur in gewissen Fällen gestattet. So ertheilte der Erzbischof Arnest dem Magistrat der Grösseren und Kleineren Stadt Prag die Befugniss, diejenigen Cleriker, die sich eines näher bezeichneten Vergehens schuldig machten, gefänglich einziehen zu dürfen (Nr. 1). Besondere Befugnisse erhielt (Nr. 2) der — wahrscheinlich für die Zeit der Abwesenheit des Erzbischofs aus dem Lande — ernannte ‚Collector fumalium'. Nr. 3 bietet einen neuen Beitrag zu den bereits bei den ‚Petitiones' IV. näher erwähnten Sammlungen zum Besten des Dombaues in Prag.

Incipit titulus diversarum auctoritatum et primo

contra clericos arma deferentes (declaracio qui capi possunt per brachium seculare vel non).

Arnestus etc. providis ac honestis viris . . . magistro civium et . . judici Minoris civitatis Pragensis plenam sinceritatem in commissis. Plerumque fit, quod ubi erga subditos rigor correccionis remittitur, qui correccione emendari poterant ipsius carencia in suis enormitatibus solidentur, propter quod expedit, ut presidentis industria condecentes modos et vias ausibus talibus talium (?) adhibeat, ut saltim eorum metu et timore delinquentes huiusmodi a sibi vetitis resipiscant. Igitur cum crebris querimoniis a nonnullis fide dignis personis de

variis excessibus nostrorum subditorum et precipue castri Pragensis, Maioris quam et Minoris civitatis Pragensis suburbiumque earundum noster sit pulsatus auditus, nos qui ex officii nostri debito tenemur eorum, quantum nobis est possibile, temerariis ausibus occurrere, ne ex dissimulacione talium eorum nequiciis consentire videamur, decrevimus non sine causa in adiutorium nostri officii recurrere ad subsidium brachii secularis. Recolimus autem nos nuper vobis concessisse, ut castri Pragensis, Maioris quam et Minoris civitatis clericos in civitate vestra inordinate se habentes capere possetis captosque curie nostre archiepiscopali Pragensi presentare. Verum ne sic ex generali concessione metas potestatis vobis iniuncte seu concesse eam minus bene intelligendo excedere vos contingat, ipsam duximus taliter limitandam, quod illos clericos, qui nulla necessitate coacti in thabernis inventi forent ludentes ad aleam taxillos vel globos, si beneficiati beneficiis perpetuis non sunt, vel de quorum fuga alias est suspicio, seu qui infames sunt, vel quorum honestatis noticia non habetur ab incolis civitatum, item qui nocturno tempore sine lumine manu armata incedunt, seu eciam cum lumine licenciam nostram ad arma deferenda non habentes, de qua cum per vos requisiti forent illico ipsius volumus fidem fieri sub sigillo nostro minori, deprehendere seu capere sub testimonio fide digno possitis citra tamen aliquam violenciam, manuum inieccionem, nisi tunc idem clericus seu clerici se capi non permittentes ad defensionem recurrerent, tunc enim vim vi repellere possetis cum moderamine tamen inculpate tutele, quibus deprehensis nobis vel thezaurario nostro, qui nunc est seu qui fuerit pro tempore, eos statim presentare debeatis pro meritis penam condignam recepturos. Hec eadem repetita fore volentes in enormibus excessibus, in modicis vero et levibus in totum vobis adimimus volentes, ut tales nobis vel thezaurario nostro denunciare debeatis, eos eciam, quos ob potenciam ipsorum detinere non possetis, similiter nobis declaretis, ut ausibus temerariis salubriter obviare possemus, per predicta tamen prelatos et canonicos ecclesie nostre aliarumque collegiatarum ecclesiarum clericos, insuper quoscunque beneficia habentes perpetua includi nolumus, eos a potestate vestra presentibus excludentes, concessionemque presentem vobis per nos factam aput vos tamdiu durare volumus, donec eam ad nos duxerimus revocandam. Vos igitur . . . judicem et familiares

vestros, item . . . magistrum civium . . monemus et hortamur in domino, quatenus omni ira, rancore, odio et mala voluntate postpositis, in quo consciencias vestras et vestrum cuiuslibet structissime oneramus, potestate vobis commissa sic uti debeatis, quod apud nos commendacione digni possitis inveniri, premissa foribus ecclesie nostre annecti volentes, ne quispiam eorum ignorancie pretextu se possit excusare.[1] Datum Prage etc. . .

2. Forma auctoritatis thezaurario (concessa pro colligendis fumalibus).

Arnestus etc. universis abbatibus, prepositis, decanis, plebanis, viceplebanis ceterisque ecclesiarum rectoribus per et infra nostram diocesim constitutis salutem in domino. Noveritis quod nos de fide, legalitate ac circumspeccione dilecti nobis fratris M. prepositi monasterii . . . thezaurarii nostri plurimum confidentes, ipsum collectorem fumalium[2] seu deci-

[1] Der Umstand, dass in dieser Formel nur von der Grössern und Kleinern Stadt Prag gesprochen wird, scheint darauf hinzudeuten, dass dieselbe in die Zeit vor der Gründung der Neustadt (1347) fallen dürfte. Auch später wurden ähnliche Ausnahmen von dem den Geistlichen gebührenden Rechte gemacht; im Jahre 1392 (14. Februar) erlaubte der Erzbischof Johann von Jenstein dem Magistrat der Stadt Budweis, Geistliche gefänglich einziehen zu dürfen (Diplomat. Mus. boh.).

[2] Fumalia (fumagium) seu decimales (dýmné) bildete nebst den Einkünften aus den bischöflichen Gütern das Haupteinkommen der Bischöfe. Diese Abgabe wurde jährlich von allen Wohnungen und Häusern dem Bischofe geleistet und war zwar gering, aber die Summe bei der grossen Anzahl der dazu Verpflichteten immerhin bedeutend. So wurde z. B. im Jahre 1336 anlässlich eines Streites zwischen Bischof Johann IV. und den Aebten von Plass und Nepomuk wegen der Höhe dieser Abgabe entschieden, dass die Aebte nicht — wie der Bischof verlangte — 1 Mark Goldes, sondern nur 10 Schock Groschen jährlich zu zahlen haben (Urk. der Univ.-Bibl. zu Prag. Mehreres in Tomek III. 41). Die Fumalia wurden gewöhnlich von den Pfarrern eingesammelt, von diesen an die Decane und von diesen an den Erzbischof abgegeben (vgl. Div. XXIV. 40). Die Ernennung eines collector fumalium ist aussergewöhnlich und wahrscheinlich für die Zeit der Abwesenheit des Erzbischofs bestimmt, was auch die beigeschlossene ausgedehnte Vollmacht anzuzeigen scheint. — Ob der hier genannte M. praepositus monasterii (Zderaz?) mit dem in Formel Div. XXIV. 51 genannten Michael plebanus in Cogetin identisch

malium den(ariorum) in eadem nostra diocesi constituimus pleno jure. Quare universitati vestre in virtute s. obediencie firmiter iniungimus et mandamus, quatenus eidem nostro thezaurario in exquisicione et fideli solucione fumalium huiusmodi obedire et humiliter intendere debeatis, honorificenciam sibi debitam impendentes. Damus enim eidem nostro thezaurario et collectori contra rebelles citandi, arrestandi, suspendendi, excommunicandi, absolvendi, interdicendi, suspensiones et interdicta tollendi et relaxandi et nichilominus omnia premissa et ipsorum quodlibet per se, alium seu alios quociens et quando sibi fuerit visum et videbitur faciendi et exercendi, insuper in omnibus et singulis causis, quas habemus et habituri sumus coram quocunque judice ordinario vel delegato ecclesiastico vel seculari uno vel pluribus agendi, defendendi, conveniendi, libellos dandi et recipiendi, litem contestandi, juramentum calumpnie et veritatis dicendi et cuiuslibet alterius generis in animam nostram et suam patrandi, ponendi, articulandi, posicionibus et articulis respondendi, testes, instrumenta et alias quascunque probaciones producendi et producenda per partem adversam, si opus fuerit, reprobandi, crimina et defectus opponendi, beneficium restitucionis in integrum et absolucionem tam simplicem quam ad cautelam a quibuscunque sentenciis latis seu ferendis petendi et obtinendi, allegandi, concludendi, sentenciam seu sentencias tam interlocutas quam diffinitivas audiendi et ab eis et earum qualibet, si opus fuerit, appellandi, appellacionem prosequendi, apostolos petendi et eos infra juris terminum recipiendi, alium seu alios loco sui substituendi et revocandi ac in se onus procuracionis huiusmodi resumendi, parti adverse deferendi, transigendi, paciscendi et generaliter procurandi et exercendi ac omnia et singula faciendi, que verus et legitimus procurator facere potest et debet et que nos faceremus et facere possemus, eciam si mandatum exigant speciale, nostram tenore presencium potestatem ipsumque in omnibus premissis et ipsorum quolibet nostrum commissarium et procuratorem constituimus specialem, ratum et gratum perpetuis temporibus nos habere promittentes, quidquid per ipsum fratrem M. in premissis et premissorum quolibet nec non ipsis cohe-

---

ist, können wir nicht bestimmen; die Pfarre in Cogetin (Mähren) wurde durch Priester des Klosters Zderaz besetzt.

rencium seu coherentibus factum actum fuerit sive gestum, preterea volentes predictum fratrem M. relevare ab omni onere satisdandi vice et nomine omnium quorum interest vel interesse poterit promittimus judicio fisci judicatum solve (?) sub rerum nostrarum ypotheca. In quorum etc. . .

3. Nota auctoritatis de audienda confessione (per seculares presbyteros).

Arnestus etc. . universis Christi fidelibus in monasterio Chut . . . (sic) ac suburbio eius constitutis salutem in domino. Cum sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus C. papa sextus, ut opus nostre Pragensis ecclesie nuper instauratum et inchoatum eo celerius confirmari valeat, omnibus manus ad hoc porrigentibus adiutrices spiritualia beneficia sit largitus, prout hoc ex literis super hoc datis et concessis clare liquet, nos beneficiorum eorundem participes vos fieri summo studio affectantes, dilectis nobis ac devotis nostris Jo . . . de . . . et . . . dedimus in mandatum, ut literas huiusmodi vobis publicare ac manifestare debeant lingua materna declaraturi in eisdem, ad exuberanciam autem graciarum et ut saluti animarum vestrarum salubrius consulamus . . . et . . . predictis concessimus et concedimus per presentes, ut confessiones vestras et vestrum cuiuslibet tociens quociens necessarium fuerit audire valeant et eciam vos in casibus a jure nobis reservatis absolvere penitenciamque iniungendi salutarem presentibus tantum ad octavam resurrectionis duraturis. Quare vos omnes et singulos presentibus monemus, requirimus et in domino hortamur, quatenus circa beneficia et gracias vobis transmissas et concessas sic vos habere velitis, ut ipsarum non sitis expartes.[1] Actum Prage etc. . .

4. Forma super eodem quoad religiosos.

Arnestus etc. . Universis decanis, plebanis, viceplebanis ceterisque per civitatem et diocesem Pragensem constitutis

[1] Ueber die Sammlungen zum Besten des Dombaues vgl. Petit. IV. 1. 2.

ecclesiarum et capellarum rectoribus etc. . . Quia honorabilis et religiosus vir frater N. . . nuper coram nobis constitutus supplicans humiliter, quatenus iidem fratres de nostro beneplacito et consensu in civitate et diocesi nostris confessiones ipsis confiteri volencium audire valeant et eisdem penitencias imponere salutares, nosque de prefati provincialis zelo et consciencia confisi ipsius peticioni inclinati dictos fratres nobis, ut predictum est, presentatos acceptantes et ut predictum officium, quod pro salute animarum institutum est, exercere legitime valeant, nostrum consensum prebuimus et assensum, volumus tamen, quod virtute presentis nostre concessionis prenominati fratres auctoritate ampliori fungantur quam simplices plebani seu alii eorum vices gerentes. Ne autem alii fratres nobis non presentati huiusmodi officio se ingerant aut presumant, nomina singula fratrum nobis per prefatum fratrem provincialem presentatos inferius exprimi fecimus et conscribi. In quorum etc. . .

XIV. Inhibitiones.

Von den hier mitgetheilten drei Formeln enthält Nr. 1 das Verbot der Ausübung des Notariatamtes durch Priester, worüber bereits bei der Abtheilung ‚Processus' (VI. 6) Näheres gesagt wurde. Nr. 2 macht uns bekannt, dass bereits in den ersten Jahren der Amtsthätigkeit Arnests — und wohl auch früher unter Bischof Johann IV. von Dražic — Versuche gemacht wurden, in den Kirchen Prags die Begleitung des Gesanges durch musikalische Instrumente (ausser der Orgel) einzuführen. Der Erzbischof erliess ein strenges Verbot dieser Neuerung, aber — wie spätere Klagen bezeugen — nicht mit vollem Erfolge.

Hic incipit tytulus Inhibicionum et primo

contra thabelliones in sacris ordinibus constitutos.

Arnestus etc. . Universis, quibus presentes exhibite fuerint, salutem in domino. Pleraque officia reperiuntur licita esse, que

tamen ex persona seu racione persone illicita redduntur. Inde est quod licet thabellionatus officium sit licitum interdum tamen racione persone ipsum exercentis illicitum reputatur. Clerici enim in sacris constituti ordinibus prohiberi possunt ab exercicio officii huiusmodi eciam appellacione remota, nam officium huiusmodi genus cuiusdam negociacionis esse videtur, quam sacri canones clericis interdicunt, licet autem possit sustineri ob tabellionum penuriam clericos in sacris constitutos ordinibus officium huiusmodi posse exercere deficit tamen hoc ibi thabellionum nodum non habetur penuria ymo quod plus est multitudo nimia et honerosa reperitur. Igitur ut viri ecclesiastici divinis officiis eo diligencius insistant et incumbant, universis et singulis clericis in sacris constitutis ordinibus per nostram constitutis diocesim in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in ipsos et eorum quemlibet, si huic nostre provisioni non paruerint cum effectu, ferimus in hiis scriptis districte precipiendo mandamus, quatenus nullus ipsorum deinceps thabellionatus officium in diocesi nostra fidei catholice negocio duntaxat excepto exerceat publice vel occulte absque nostra licencia speciali, de qua eos fidem facere volumus per nostras literas patentes. Contrarium enim facientem seu facientes sentencia excommunicacionis, de qua supra, eo ipso volumus percelli, nichilominus instrumenta contra nostram presentem provisionem per ipsos vel alterum ipsorum conficienda irrita decernentes. Volumus insuper, ut presens nostra provisio per principales ecclesias civitatis Pragensis publicaretur, eam foribus ecclesie nostre annecti mandantes, ne aliquis ignorancie pretextu se possit excusare.[1] Datum Rudnicz etc. . .

2. Inhibicio ne misse fiant intermixtis musicis instrumentis.

Arnestus etc. . Universis, quos presens tangit negocium seu tangere potest quomodolibet in futurum salutem in domino. Pervenit ad nos, quod nonnulli in civitate Pragensi figellis, citaris, psalteriis et aliis musicis instrumentis cantui intermixtis decantari nimium acurante procurant, prout fertur nedum in

[1] Vgl. dazu Process. VI. 6. — Eine ähnliche Synodalverordnung vom Jahre 1374 s. Höfler, Concilien 17.

clericorum secularium ecclesiis verum eciam regularium seu religiosorum cenobiis frequenter attemptatur cum effectu, ex quo indevocio surgit in populo, zelus carnalis seu illicitus pullulat, vigoratur vanitas et per multa scandala gravatur. Nos igitur, qui ex officii nostri debito viam talibus deberemus precludere et dato eciam quod alias licita forent, ubi tamen tendunt, ea nichilominus funditus amputare, universis plebanis, viceplebanis, nec non ecclesiarum parochialium rectoribus per Maiorem et Minorem civitates Pragenses constitutis, insuper prelatis monachorum regularium nobis ordinario jure subiectorum in virtute sancte obediencie et sub pena IV[or] sexagenarum grossorum Pragensium boni regalis et consueti pagamenti, quam contrarium facientem seu facientes quociens contra venerit seu venerint pro vice qualibet incurrere volumus eo ipso, quas eciam IV[or] sexagenas operi fabrice nostre Pragensis ecclesie duximus applicandas, districte precipiendo mandamus, quatenus nullus vestrum cuiuscunque preeminencie, condicionis aut status existat missas huiusmodi, vesperas seu quecunque alia divina officia musicis instrumentis quibuscunque intermixtis organorum symphonia duntaxat excepta in sua ecclesia seu monasterio deinceps faciat seu fieri procuret, inobediencie notam que equiparatur heresi et penam de qua supra si cupit evitare. Verum quia nonnulli religiosi et religiose exemptionis dotati seu dotate privilegiis nexibus huiusmodi nostre provisionis non stringuntur, sic quamvis ipsis circa premissa seu premissorum aliquod precipere non habeamus, ipsos tamen seu ipsas per viscera Jesu Christi exhortamur, quod talia in domibus suis seu monasteriis ulterius non faciant nec fieri admittant, quia cum pro Christo nostro paupere nudo crucifixo et esuriente sponte et libere vanitatibus huius seculi valedixerint decet, ut ipsarum incendia nedum quo ad se verum eciam quo ad alios per ipsos et ipsas precipue radicitus evellantur, mandantes . . . decano civitatensi signanter et expresse, ut presentibus eis quorum interest publicatis, quod fidem nobis de publicacione huiusmodi infra octo dierum spacium a data presencium facere debeas tuo presentibus impresso sigillo.[1] Datum etc. . .

[1] Durch die Statuten der Metropolitankirche zu Prag (Artikel: ‚de novitatibus in cantu et legenda non introducendis') wurde die Einführung neuer Gesänge, Hymnen und Responsorien ohne Erlaubniss des Erzbischofs untersagt. Unsere Formel, welche wohl in die Zeit vor der Aus-

3. Inhibicio ne subdiaconus recipiatur ad diaconatus ordinem.

Nos Arnestus etc. . notum facimus etc. . quod in anno domini MCCCLXIII sabbato quo cantatur Venitis venerabilis in Christo pater frater noster frater Hermannus episcopus Narratensis (sic, Nazaret.)[1] in monasterio orti s. Marie fratrum Cisterciensium (sic, Carthusiens.) in Ugezd etc. de licencia nostra clericorum ordines celebravit, ubi discretum virum W. exhibitorem presencium ad gradus subdiaconatus rite et legitime citra tamen licenciam nostram ordinavit spiritus sancti gracia invocata. Inhibemus igitur tenore presencium universis clericorum diocesis nostre examinatoribus seriose, ut predictum W. subdiaconum a data presencium infra tres annos continuos ad gradus diaconi non recipiant vel admittant, quousque eiusmodi elapso termino studio suo iuxta quod sibi iniunximus complete (sic) de nostra licencia speciali ordinari ulterius mereatur. Datum etc. . .

XV. Locationes.

Incipit tytulus diversarum locacionum et primo

locacio curie in G. (pertin. ad preposituram eccles. Prag.).

Nos Arnestus etc. . P. archidiacono Byelinensi tenore presencium recognoscimus, quod honorabiles viri domini Joannes

---

gabe der Statuten fällt — auch hier wird nur von der Grösseren und Kleineren Stadt Prag gesprochen — bekämpft die Einführung von musikalischen Instrumenten zur Begleitung des Gesanges mit Ausnahme der Orgel (Figella = fidella, ein Saiteninstrument).

[1] Der Dominikanermönch Hermann, Bischof von Nazareth, war c. 1355 bis 1374 Weihbischof der Prager Diöcese. Er wird bereits in der bei Commiss. III. 37 (Anm.) erwähnten, nachweisbar in das Jahr 1355 gehörigen ‚Matrica ordinandorum' genannt. Ein Nekrolog im Cod. der Univ.-Bibl. zu Prag (XII. F. 2) sagt: ‚Anno 1374 in vigilia 11.000 virginum obiit vener. Hermannus episcopus Nazaret. ordinis fratrum predicatorum'. Sein Vorgänger als Weihbischof war wohl Adam ep. Gabuliensis. Vgl. Diversa XXIV. 58. — Ueber die Ertheilung der Weihen vgl. Commiss. III. 37.

dictus Padwanus et Jo(annes) plebanus et vicepreposítus ecclesie Pragensis, procuratores venerabilis in Christo patris et domini d. Guidonis Portuensis episcopi Cardinalis,[1] curiam in G. cum villa adjacente predicte prepositure Pragensi cum omnibus juribus, libertatibus, agris, pratis, pascuis, piscacionibus et aliis obvencionibus quibuscunque ad ipsam prepositurarn, curiam et villam pertinentibus, sicut ipsam providus vir Occo pannicida tenuit et habuit hactenus, pro XXIV^{or} sexagenis gross. den. Prag. ipsis per nos solvendis in terminis infra scriptis, videlicet decem sexag. in festo s. Georgii proxime inchoando et quatuordecim in festo s. Galli singulis annis per triennium a data presencium computandum nobis habendam, regendam, utifruendam et tenendam racionabiliter locaverunt et exposuerunt, stupri, homicidii, incendii culpis duntaxat exceptis, que fore facta ipsi procuratores supradicti successoresque ipsorum judicabunt et pro modo culpe punient delinquentem condicionibus pacis et penis sub infrascriptis, videlicet quod si predictus census in terminis ut premittitur per nos nostrosque commissarios seu successores predictis procuratoribus vel qui pro tempore fuerint aut infra lapsum quindecim dierum inmediate sequencium non fuerit persolutus, extunc statim penam unius sexagene grossorum incurrere volumus. Sin autem iterato aliis quindecim diebus inmediate sequentibus penam cum censu non persolverimus nec moram pagare curaverimus, extunc iterato penam unius sexagene gross. incurremus, quibus nos voluntarie submittimus per presentes. Si vero ut premittitur elapsis quindenis pecuniam principalem una cum penis ut supra exprimitur non persolverimus, extunc statim sepedictis procuratoribus, vel qui pro tempore fuerint de predictis curia . . et villa cum omnibus suis juribus et utilitatibus supra expressatis promittimus statim cedere libere bona fide omni dolo et fraude remotis, et quia in dictis bonis nichil plus nisi segetes hyemales et hyemalia stramina cum estivalibus straminibus et pullis ad

[1] Guido Portuensis, Cardinal von Bologna, war seit 1350 bis c. 1374 Propst der Prager Kirche. Er residirte nie in Prag, sondern hatte daselbst seinen Stellvertreter (vice praepositus, procurator), der ihm die Einkünfte des Beneficiums nachschickte. Unsere Formel nennt als solche den bekannten Johann Paduanus († c. 1357) und den vicepraepositus Johann (?). Aus der Zeit nach 1360 sind einige Stellvertreter des Cardinals bekannt (vgl. Tomek III. 167).

araturam pertinentibus invenimus, ideo ibidem nichil plus nisi segethes hyemales penitus relinquemus cum straminibus hyemalibus et estivalibus ac pullis ut prefertur. In cuius rei testimonium etc. . .

2. Forma locacionis unius lanei.

Arnestus etc. ad noticiam universorum tenore presencium volumus pervenire, quod nos ob merita et fidelia servicia dilecti nobis . . . capellani nostri unum laneum hereditarium judicialem, de quo nobis satis parva utilitas poterat pervenire, fideli nostro . . . civi Rudnicensi exhibitori presencium a festo beati Georgii venturo de proximo ad decennium pro quadraginta libris cere locavimus et locamus in hiis scriptis, tali videlicet adiecta condicione, quod idem . . . in festo b. Georgii de proximo venturo incipiendo xx libras cere et in festo s. Galli proxime secuturo alias xx libras cere et sic deinceps singulis annis in eisdem terminis usque ad revolucionem decem annorum predictorum inclusive eandem annuam pensionem, quibusvis contribucionibus, exactionibus et aliis nostris juribus exclusis nostre camere solvere tenebitur et debebit omni difficultate procul mota, presentes in testimonium locacionis predicte literas sigillatas nostris sigillis sibi concedentes. Datum etc. . .

3. Nota locacionis.

Nos Arnestus etc. ad noticiam universorum cupimus pervenire, nos ab honorabili ac religioso viro Alberto Wremon. (sic)[1] ac conventu ipsius bona in Rak.(?) ad ipsos spectancia ad spacium duorum annorum continue volvendorum pro . . . sexagenis gross. denar. Prag. annui census nomine conduxisse, de quibus quidem sexagenis medietatem in festo s. Georgii de proxime venturo et aliam medietatem in festo s. Galli ipsum immediate sequentis et sic deinceps . . . abbati monasterii predicti et ipsius conventui per predictorum duorum annorum spacium solvemus et solvere tenebimur quavis contradictione cessante. Elapsis vero duobus annis predictis si cum abbate et

[1] abbate Brewnowiensi (?).

conventu suo predictis de ulterius predicta tenendo non concordaverimus, extunc bona predicta libere et quavis exceptione cessante redire debent ad monasterium predictum promittentes, quod in hoc nullam difficultatem adhibebimus nec faciemus, verum si quid infra predictum biennium nos in predictis bonis edificare contigerit nec cum abbate et conventu predictis de ipsis ulterius tenendis possemus concordare, extunc volumus, quod pro huiusmodi edificiis nichil nobis solvere sed ea eisdem pure et libere dimittimus et donamus et ob reverenciam sancti Adalberti nostri nec non prefati monasterii patroni. In cuius etc. . .

4. Nota locacionis molendini in (Rakonic).

Nos Arnestus etc. notum facimus etc. . ., quod nos ad humilium precum instanciam dilecti nobis Merlothe civis Rak(onicensis?) fidelis nostri sibi favemus et de speciali gracia presentibus indulgemus, quod in bonis nostris et ecclesie nostre ibidem in Rak. molendinum in hereditate, quam a nobis tenet, de novo construere et instaurare valeat viamque ad ipsum molendinum, aqueductus et obstacula necessaria facere et habere sine preiudicio aliorum, de quo quidem molendino edificato et instaurato ipse M. heredes et successores sui legitimi XII sethas siliginis, sex in festo s. Georgii et totidem in festo s. Galli annis singulis, nec non collectas, steuras, imposiciones, jura et onera alia, quas et que molendinum inferius sibi in vicinatu coniunctum solvit et facit nobis et nostris successoribus similiter solvere et facere tenebuntur, eodem eciam jure ipse M. heredes ac successores sui, quo idem molendinator potitur deinceps debet perfrui et gaudere. In cuius etc. . .

XVI. Permutationes.

Eilf Formeln, entweder den Tausch von Kirchengütern oder von Beneficien unter den Geistlichen selbst betreffend. Zur Giltigkeit eines solchen Tausches gehörte die Zustimmung des betreffenden Collators, sowie auch die Bestätigung des Erzbischofs. Aehnliche Formeln finden sich auch in der folgenden Abtheilung (Consensus).

Incipit tytulus permutacionum et primo

aliquorum bonorum permutacio.

Nos Arnestus etc. notum facimus etc. . quod nos ecclesie nostre Pragensis condicionem meliorem facere volentes aream, quam habuimus in . . ., cuius proprietas et dominium ad nos racione ecclesie nostre iam dicte pertinuit et pertinebat, pro quodam domo in . . . apud viam publicam sita et uno campo in fine loci eiusdem sive platee predicte, cuius quidem domus et campi dominium et proprietas ad monasterium s. Marie in . . . pertinuit et pertinebat, instante nobis preposito et conventu monasterii iam dicti permutavimus, proprietatem ac dominium aree predicte in monasterium predictum in totum et per omnia transferentes et nichilominus hoc ipsum pro nobis et successoribus nostris in domo et campo predictis a preposito et conventu monasterii prefati accipientes, promittentes nichilominus, quod eis coniunctim et divisim super area prefata nullam quancunque nos vel successores nostros questionem facturos. In cuius etc. . .

•

2. Forma permutacionis aliquorum bonorum cum confirmacione archiepiscopi.

Nos Arnestus etc. huius tenore pagine recognoscimus inspectoribus universis, quod cum discretus vir S. de . . . bona sua que ibidem habebat et habuit cum N. de . . . cive Pragensi pro bonis, que ipse N. in villa R. habebat, commutare voluissent, quia ipse S. plenam decimam grani de bonis que in . . . habebat plebano loci dabat, ipse N. permutacionem huiusmodi facere nolebat, nisi ipse, heredes et successores sui ab honere decimarum in perpetuum essent liberi et soluti, predictus vero S. volens contrarium permutacionis, quam cum N. prefato facere volebat, perfici et compleri, loco decimarum predialium, que plebano racione bonorum, que ipse S. in . . . boemicali [1] habebat, derivabantur, iuxta arbitrium magistri

[1] Also vielleicht ‚Broda boemicalis'.

Stephani nostri prothonotarii XXXII gross. annui redditus in hereditate sua, quam homo suus . . . nomine ab eodem ibidem habet et tenet, plebano ibidem scilicet in . . . et successoribus suis eiusdem in . . . plebanis, perpetuis futuris temporibus dedit et donavit cessitque sponte et liberaliter, omni jurisdictioni, juri et honori quoad XXXII grossos predictos, quos habebat in homine predicto, et quia consensus plebani ad hoc intervenerat, nostram una cum ipso plebano super hiis sibi petebat auctoritatem impartiri. Nos igitur super premissis informacione prehabita, quia commutacio huiusmodi redundabat in predicte ecclesie profectum, nec eidem erat dampnosa, ipsam presentibus auctorizamus, approbamus et . . . confirmamus etc. . .

3. Nota permutacionis prebendarum cum confirmacione.

Nos Arnestus etc. notum facimus etc. quod constituti in nostra presencia honorabiles viri domini H. quondam archidiaconus Bechinensis et Podiua quondam decanus ecclesie sancti Egidii in Praga, nobis significare curaverunt, quod ipsi beneficia predicta tunc eorum, quorum collacio ad nostram mensam archiepiscopalem seu provisionem noscitur .pertinere, permutare plurimum affectabant, nostrum ad hoc assensum et consensum humiliter postulantes. Nos itaque attendentes et considerantes, quod ex permutacione eadem non tantum personarum sed pocius beneficiorum ipsorum utilitas et melioracio posset pervenire, Host (islaum?) ipsum de archidiaconatu Bechinensi predicto ad decanatum s. Egidii in Praga et Podivam decanum de decanatu ipso s. Egidii ad archidiaconatum Bechinensem transferimus nostra ordinaria potestate, ipsum Host. ad prefatum decanatum ecclesie s. Egidii, ad quem per nos sic est translatus, cum omnibus juribus et pertinenciis suis confirmantes.[1] In cuius rei testimonium etc. . .

---

[1] Die beiden hier genannten Decane von St. Egidi in Prag, Podiva und der frühere Archidiakon von Bechin, Hostislaus (?), dürften nur kurze Zeit und zwar in den Jahren 1353—1356 das Decanat innegehabt haben, denn seit 1344—1353 wird der uns bereits bekannte Bartholomäus, von 1356—1380 Albert von Liticz als Decan bei St. Egidi genannt.

4. Permutacio beneficiorum de Olomucensi diocesi ad Pragensem.

Nos Arnestus etc. notum facimus, quod nos ex commissione speciali venerabilis fratris nostri Joannis, Olomucensis episcopi nobis literatorie delegata, discretos viros . . . et . . . ecclesiarum plebanos de . . . Olomucensis diocesis et A. plebanum de . . . nostre diocesis Pragensis, ad peticiones patronorum ipsorum, qui nobis specialiter supplicarunt, ut personas antedictas de loco in locum racione permutacionis beneficiorum predictorum auctoritate dicti domini Johannis episcopi Olomucensis ac nostra transferremus. Nos vero peticionibus patronorum ac rectorum antedictorum justis et racionabilibus annuimus et consensum nostrum ipsis adhibuimus etc. . .

5. Nota super permutacione bonorum.

Nos Bartholomeus decanus etc. et Stephanus etc. . notum facimus etc. . . quod quia discretus vir dominus Petrus plebanus in Czaslav condicionem sue ecclesie volens facere meliorem permutacionem unius mansi seu lanei sue ecclesie in S. jacentis cum providis viris A. et B. civibus Czaslaviensibus pro tercia parte curie que vulgariter . . . (sic) nuncupatur a duobus mansis seu laneis agriculture minus duodecim jugeribus et aliis utilitatibus et appendiis dicte curie, que fuerunt alias nominati (?) civis ibidem et sue conthoralis legitime, ut in literis civitatis Czaslaviensis super eo confectis apparet lucidius, affectabat facere, atque ut permutacio huiusmodi suum posset sortiri effectum, supplicavit domino nostro d. archiepiscopo prefato, quatenus permutacionem huiusmodi admittere et eam suis literis confirmare graciosius dignaretur. Qui dominus noster de facto huiusmodi inscius cum honorabili viro domino B. archidiacono . . . (sic) [1] specialiter videndum commisisset, si permutacio huiusmodi in dicte ecclesie redundaret profectum, idemque d. archidiaconus ad commissionem huiusmodi inqui-

[1] Wohl Bohuta archidiac. Curimensis, weil die Pfarre in Czaslaw zu diesem Archidiaconat gehörte.

sicionem diligentem faciens reperisset, eandem permutacionem dicte ecclesie esse evidenter proficuam, de quo eciam publice coram nobis fidem fecit prefatus dominus P. resciens, dominum nostrum archiepiscopum sepedictum extra diocesim fore constitutum et non celeriter reversurum, nostram accedens presenciam nobis cum instancia supplicavit, ut auctoritate, qua fungimur, permutacionem huiusmodi admittere et nostris literis confirmare favorabiliter curaremus. Nos vero etc. . . ipsam auctoritate qua fungimur in totum et per omnia . . . admittimus etc. . .

6. Nota permutacionis prebendarum cum intronizacione.

Arnestus etc. honorabili viro domino P.[1] dicte nostre ecclesie decano salutem etc. . Noveritis, quod constituti coram nobis honorabiles viri domini Jo. et . . . canonici ecclesie nostre Pragensis antedicte nobis humiliter supplicarunt, ut cum ipsi cum canonicatibus et prebendis, quos et quas in predicta nostra Pragensi obtinent ecclesia, certis ex causis commutacionem facere intendant eos de canonicatu ad canonicatum et de prebenda ad prebendam de benignitate solita transferre dignaremur. Nos vero peticionibus ipsorum iustis et racionabilibus favorabiliter annuentes prefatum dominum Jo. de canonicatu et prebenda, quos quondam in predicta nostra obtinebat ecclesia, ad canonicatum et prebendam, quos memoratus dominus . . . prepositus Melnicensis in predicta nostra olim obtinebat ecclesia et dominum . . . prepositum similiter de canonicatu et prebenda, quos in predicta nostra obtinebat ecclesia ad canonicatum et prebendam olim domini Jo. antedicti ex causa permutacionis facte inter ipsos auctoritate qua fungimur duximus confirmandos. Quare honestati vestre in virtute sancte obediencie iniungimus et mandamus, quatenus predictum dominum Jo. exhibitorem presencium in corporalem possessionem vel quasi canonicatus et prebende predictorum inducatis et defendatis inductum stallo sibi in choro et loco in

[1] Przedwoj (1347—1358) oder Plichta (1358—1362); wahrscheinlicher der letztere, falls der Tausch den Prager Canonicus (seit 1359 Propst von Melnik) Johann von Landstein betrifft. Ausserdem wird auch zu dieser Zeit ein Johann von Dražic als Canonicus zu Prag genannt.

capitulo ut est moris assignatis facientes sibi de fructibus, redditibus, proventibus et universis juribus canonicatus et prebende jam dictorum integraliter responderi. Datum etc. . .

7. Nota similis per modum confirmacionis.

Johannes dictus Padwanus etc. vicarius generalis nec non ad infrascripta eiusdem domini archiepiscopi, habentis ad hoc speciale mandatum venerabilis in Christo patris et d. domini Johannis, Olomucensis episcopi, commissarius honor. viris . . . et . . . montis s. Petri in Bruna ecclesiarum canonicis, salutem etc. . . Cum nos ex commissione predictorum patrum et consensu personarum quarum intererat et alias legitime honorabilem virum dominum H. canonicum ecclesie Pragensis, ad ecclesiam parochialem s. Jacobi in Bruna et alia beneficia, quam et que dominus Benessius dictus . . . habuerat et possiderat, et cui et quibus idem d. Benessius ex causa permutacionis, quam facere affectabat cum predicto domino H. pro predictis canonicatu et prebenda ecclesie Pragensis predicte renunciaverat et renunciavit recepto ab ipso secundum formam statutorum provincialium solito juramento et alias canonice duximus transferendum ipsumque debita forma statuta curaque animarum ibidem sibi commissa confirmavimus ad eandem. Quare honestati vestre etc. . committimus per presentes, quatenus presentibus visis vos ambo vel alter vestrum prefatum dominum H. vel procuratorem ipsius eius nomine in possessionem corporalem vel quasi predicte ecclesie s. Jacobi etc. . inducatis, de universis redditibus integre . . . sibi tanquam vero et legitimo rectori et plebano facientes responderi. Datum etc. . .

8. Tenor litere translacionis predictorum.

(Enthält die von dem erzbischöflichen Generalvicar Johannes Paduanus gezeichnete Bestätigung des vorangehenden Tausches zwischen dem Prager Canonicus H. (?) und Beneš, Pfarrer der Kirche zum heiligen Jacob in Brünn.)

9. Forma super permutacione ecclesie.

Nos Jo(annes) etc. tenore presencium constare volumus inspectoribus universis, quod ex certis et racionabilibus causis, quas B. quondam minister capelle regie omnium sanctorum in castro Pragensi, presencium exhibitor et Ff. plebanus in H. exposuerunt coram nobis et propter quas volebant et affectabant eadem sua beneficia adinvicem permutare, renunciacione tamen prius ministrature, quam predictus B. in predicta omnium sanctorum capella obtinebat ab ipso recepta, ipsum ad predictam ecclesiam in H. legitime transtulimus et presentibus transferimus etc. . .

Intronizacio super eodem.

Cum etc. . . ., honestati vestre committimus per presentes, quatenus ipsum Ff. in corporalem possessionem vel quasi ministrature quondam B. predicti, jurium et pertinenciarum ipsius, prout ad vestrum spectat officium, inducatis etc. . .

10. Nota permutacionis.

(Die Formel ist den früheren ähnlich; sämmtliche Namen sind ausgelassen.)

11. Litera translacionis ad aliam diocesem.

Nos Arnestus etc. notum facimus etc. quod . . . rector parochialis ecclesie in . . . nostre diocesis eidem ecclesie ex causa permutacionis, quam facere affectabat cum . . . rectore ecclesie parochialis in . . . Misnensis diocesis, in nostris manibus renunciasset nosque renunciacionem huiusmodi certis admisimus ex causis, ipsam tandem de consensu honorabilis viri d. Alberti prepositi Budissinensis,[1] ad quem institucio, confirmatio et investitura beneficiorum vacancium in dicta pre-

[1] Propst Albert Knut von Budissin wird c. 1354—1358 genannt. Urkundenb. von Meissen (Her. v. Gersdorf) I. S. 411. II. S 14.

positura consistencium ex antiqua et prescripta consuetudine pertinere dinoscitur, ad predictam ecclesiam in . . . transtulimus etc. . .

XVII. Consensus.

Diese Abtheilung enthält theilweise Formeln ähnlichen Inhalts wie die vorangehende Abtheilung, nämlich Zustimmungserklärungen von Seite des Erzbischofs zu Güter- und Präbendentausch. Von den anderen verdienen hervorgehoben zu werden: Nr. 4 die Errichtung der St. Silvestercapelle in der neuen Prager Kirche und die Uebertragung des Leichnams des letzten Bischofs Johann IV. von Dražic in dieselbe; Nr. 6 die Genehmigung des Prager Capitels zur Verpfändung erzbischöflicher Güter bis zu 2000 Schock Gr. durch den Erzbischof (wahrscheinlich aus Anlass des Römerzuges Karls IV. im Jahre 1354); Nr. 7 die bisher unbekannte Gründung der Stadt Neu-Benatek, indem Karl als Markgraf von Mähren und ‚capitaneus‘ von Böhmen seine Zustimmung ertheilte, dass Johann von Dražic, ein Neffe des Bischofs gleichen Namens, das oppidum forense Benatek mit allen seinen Rechten auf einen anderen, besser gelegenen Ort übertrage.

Hic nota tytulum consensuum.

1. Consensus super permutacione bonorum.

Nos Arnestus etc. notum facimus etc. ., quod pro parte honorabilis ac religiosi viri fratris Raczkonis abbatis et conventus monasterii Cladrubensis ordinis s. Benedicti nostre diocesis quoddam instrumentum duobus scilicet abbacie sue et conventus sui sigillis in pressulis pargameni pendentibus sigillatum nobis presentatum extitit, cuius tenor per omnia sequitur in hec verba: In nomine domini amen. Cunctorum gestorum perit memoria nisi fide dignorum testium et scripturarum aminiculis roboretur. Nos igitur Raczko divina miseracione abbas etc. recognoscimus tenore presencium universis, quod matura de-

liberacione prehabita solempnique tractatu premisso ac ipso sepius repetito in nostro capitulo cum pretacto nostro conventu condicionem nostram et ecclesie parochialis in Kladrub opido nostro per submissa meliorem facere cupientes, pro bonis videlicet unius molendini cum flumine, pratis et pascuis, que antea ad dictam nostram ecclesiam in Kladrub spectabant, bona equivalencia nostri monasterii videlicet unam terram in villa nostra Mil.[1] dicta, de qua singulis annis una grossorum Pragensium solvitur sexagena et unum molendinum ibidem in Mil., de quo eciam una marcha grossorum solvitur annuatim cum omnibus juribus et pertinenciis suis ad eundem spectantibus inclusis, discreti viri Styborii plebani ibidem ad hoc consensu benivolo accedente eidem plebano et ecclesie supradicte in Cladrub perpetuis temporibus in recompensam debitam damus, conferimus et liberaliter resignamus per ipsum et successores suos nomine dicte ecclesie habenda, utifruenda et sine omni nostra et successorum nostrorum reclamacione et contradictione pacifice possidenda. In cuius rei testimonium etc. . . Aliud vero instrumentum pro parte discreti viri Styborii plebani in Cladrub de suo et E. plebani in Za. procuratore decani Teplensis sigillatum sigillis nobis oblatum est infrascripte continencie seu tenoris: In nomine domini Amen etc. . . Ego igitur Sty(borius) plebanus ecclesie s. Petri in Cladrub recognosco et profiteor tenore presencium universis, quod hon. vir fr. Raczko etc. . matura deliberacione fratrum tocius conventus prehabita pro bonis videlicet unius molendini cum flumine etc. . que antea per jurisdictionem prefate ecclesie libere possidebam per exstructionem nove piscine michi anichilans equivalencia bona videlicet unam terram in sua villa Mill. vulgariter dicta unam sexagenam gross. denar. Prag. solventem unumque molendinum ibidem unam marcham solvens cum singulis juribus et utilitatibus ad eandem spectantibus inclusis de meo libero consensu michi et meis successoribus benivole ad possidenda perpetue resignavit. Itaque abbatem ipsius monasterii Cladrubensis prescripti super premissis nullus sequacium de cetero debeat inpugnare. In quorum testimonium etc. . . Propter quod pro parte utraque nobis extitit humiliter supplicatum, quatenus permutacionem bonorum huiusmodi adinvicem racionabiliter et

---

[1] Milewo (Mühlhöfen).

non inprovide factam tam pro commodo et evidenti utilitati dicti monasterii quam ecclesie parochialis in Cladrub, ut in prescriptis instrumentis plenius continetur expressum, admittere, auctorizare et confirmare de benignitate solita curaremus. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus favorabiliter annuentes, presertim cum permutacio huiusmodi pia et racionabilis videatur existere ipsam approbamus, ratificamus et tenore presencium confirmamus expresse etc. . .

2. Concensus ad permutandum ad aliam diocesem.

Arnestus etc. venerabili fratri nostro d. Johanni episcopo Olomucensi sinceram in domino caritatem. Veniens ad presenciam nostram honorabilis vir dominus Duchco canonicus ecclesie Boleslaviensis nobis exponere curavit, quod ipse certis ex causis canonicatum et prebendam, quos habebat et se habere dicebat in ecclesia Boleslaviensi pro ecclesia parochiali in Kostelecz vestre diocesis cum honorabili viro domino Benessio de Crawar [1] nostre Pragensis ecclesie canonico permutare affectabat, supplicavitque nobis humiliter et cum instancia, ut permutacioni huiusmodi nostrum preberemus assensum sibique licenciam daremus ad vestram diocesem transeundi. Nos itaque peticioni ipsius iuste et racionabili consencientes eam admisimus et admittimus cum effectu dantes sibi in testimonium presentes literas etc. . .

3. Consensus patroni super permutacione cum presentacione.

Venerabili in Christo patri etc. . R. [2] de Hanow prepositus Thinensis ecclesie cum debita reverencia oraciones in Christo humiles et devotas. Si dominus S. plebanus ecclesie in . . . cuius presentacio seu collacio ad meam disposicionem noscitur pertinere, quem ad ipsam ecclesiam vacantem ad meam presentacionem dignati estis confirmare, ipsam ecclesiam pro

[1] Beness de Crawar, später Scholasticus, vgl. Div. XXIV. 71.
[2] Rynardus de Hanow, vgl. Commiss. III. 25.

alio beneficio cum quacunque persona permutare decreverit, supplico paternitati vestre humiliter et devote, quatenus ipsam permutacionem admittentes admittere dignemini et personas hinc inde prout ad vestrum spectat officium transferre graciose, cui permutacioni consensum meum benivolum prebeo et assensum. Datum etc. . .

4. Consensus de translacione corporis episcopi Joannis cum reliquiis s. Silvestri.

Arnestus etc. Honorabili viro d. Sdeslao nostre Pragensis ecclesie scolastico devoto nostro dilecto salutem in domino. Tuis instantivis pulsati precibus, quibus nos ad exaudicionis graciam inclinasti, graciosius annuentes tibi, ut in nova fabrica nostre Pragensis ecclesie unam capellam in sinistro latere chori novi et altari meo sumptibus propriis construere ac capellam ipsam, cum ad totalem perfectionem productum fuerit, per socium seu suffraganeum nostrum, qui pro tempore fuerit, facere consecrari, cui exnunc eandem damus licenciam consecrandi et demum ut corpus bone memorie domini Johannis, quondam Pragensis episcopi, nostri immediati predecessoris in loco congruo, qui tibi expedire videbitur, cum silencio et secrete transferre valeas, quodque eciam reliquias altaris beati Silvestri, quod est in ecclesia nostra predicta, per jam dictum predecessorem nostrum dotati et erecti, dum oportunitas et facti qualitas exegerit, in capellam eandem transferre altareque sub titulo priori in eadem erigere et per personam ad hoc aptam dedicare possis, nostrum presentibus consensum pariter damus et assensum,[1] harum quibus etc. . .

---

[1] Unsere Formel bestätigt, dass der Leichnam des Bischofs Johann IV. von Dražic früher als die der anderen Bischöfe in die neue Prager Kirche übertragen wurde und zwar in die Kapelle des heilgen Silvester, dessen Altar in der alten Kirche von eben diesem Bischofe errichtet und dotirt wurde. Vgl. Process. VI. 2.

5. Consensus super locacione bonorum alicuius monasterii (s[ti] Procopii).

Nos A. etc. tenore presencium notum facimus universis, quod cum monasterium s. Procopii [1] tot et tantis debitorum oneribus sit proh dolor pregravatum, quod ea bono modo evadere non valet, nisi bona aliqua eiusdem monasterii vel ad tempora vite vel ad certos annos locentur. Ideoque ex causa predicta concedimus per presentes, ut providus ac honestus vir . . . de . . . cum uxore sua . . . bona eiusdem monasterii in villa . . . cum suis censibus et utilitatibus tenere valeat ad utriusque tempora vite iuxta contractum et ordinacionem inter honorabilem et religiosum virum fratrem . . . abbatem et eius conventum monasterii memorati et . . . predictum initam et factam, dantes in testimonium consensus nostri predicto presentem literam sigillorum nostrorum appensione munitam etc. . .

6. Forma consensus capituli Pragensis (quod archiepiscopus Pragensis possit bona ecclesie locare ad tempus).

Nos Sdeslaus scolasticus nec non pro tunc vicedecanus ecclesie Pragensis etc. totumque capitulum ipsius Pragensis ecclesie huius tenore pagine ad noticiam deducimus universorum, quod cum venerabilis in Christo pater et dominus noster d. Arnestus etc. nobis capitulariter in domo iuxta ecclesiam Pragensem, in qua dominus D. de Holubicz vicarius suus moraretur, ad presens congregatis exposuisset, quod opportebat eum necessario propter bonum ecclesie sue et nostre ac eciam presertim regni iter grande et sumptuosum facere, [2] quod se aliquatenus perficere dicebat non posse, nisi aliqua bona archidiaconatus (sic) sui seu aliquibus personis locarentur per eum

[1] Das Sazava Kloster.

[2] Da der Scholasticus Sdeslaus wahrscheinlich im Jahre 1355 gestorben war (1356 wird schon Plichta als Scholast. genannt), so dürfte unsere Formel in das Jahr 1354 fallen und in diesem Falle würde sich die hier erwähnte weite Reise des Erzbischofs auf den Römerzug Karls IV. beziehen, bei welchem bekanntlich Arnest von Pardubic als Bannerherr mit seinen Truppen den Kaiser begleitete.

seu obligarentur et exponerentur. Quare petivit cum instancia, ut ad id faciendum nostrum preberemus benivolum consensum pariter et assensum. Nos igitur inter nos super hoc tractatu et deliberacione solempni ac diligenter prehabitis, quia evidens, iustum et racionabile erat quod petebat, consensimus et ex nunc omnes unanimiter et concorditer consentimus dantes et concedentes sibi expresse, ut aliqua bona archiepiscopatus Pragensis ad summam duorum millium sexagenarum gross. denar. Pragensium, LX grossos pro sexagena qualibet cumputando alicui seu aliquibus personis obligare, impignorare seu locare valeat modo quo cum locatoribus seu creditoribus suis convenire poterit meliori. Nos enim manifesta et evidenti utilitate ecclesie nostre ex predictis attentis obligacionem seu locacionem easdem ratam et gratam habemus et presentibus nos habere promittimus et spondemus et eciam verbo vel facto ullo umquam tempore contravenire volentes. In cuius rei etc. . .

7. Forma consensus marchionis (Karoli) de translacione civitatis in Ben(atek).[1]

Nos Karolus domini regis Boemie primogenitus, marchio Moravie capitaneusque regni Boemie, ad universorum noticiam

[1] Im Original ist wohl nur Ben. geschrieben (im Texte weiter nur B.); es kann aber kein Zweifel bestehen, dass hier die Stadt Neu-Benatek gemeint ist. Alt-Benatek liegt auf dem linken Ufer der Iser, Neu-Benatek auf einer Anhöhe auf dem rechten Ufer, beide gehörten dem alten böhmischen Geschlechte der Herren von Dražic (nach der nicht entfernten gleichnamigen Burg); der in unserer Formel genannte Johann von Dr. war ein naher Verwandter des Bischofs Johann IV. (vgl. Process. VI. 2) und gründete in Neu-Benatek später ein Cyriakenkloster. Die Gründung der Stadt setzte man bisher in die Jahre 1348 oder 1349 und zwar in Verbindung mit der Gründung des Klosters (vgl. die Monogr. ‚Město Nové Benátky n. J.‘ 1865, Rohn, Antiquitates ecclesiarum distr. Bolesl. 21, Schaller, Topogr. IV. 95). Die Veranlassung zur Gründung der Stadt Neu-Benatek war aber nach unserer Formel eine andere. Die Familie der Herren von Dražic nahm natürlich in den vielen Kämpfen des Bischofs Johann IV. von Dražic Partei für diesen und musste von den Gegnern desselben manches erleiden. So wurde auch die Stadt (oppidum forense) Benatek mehrmals überfallen und zerstört. Johann von Dražic bat nun den Markgrafen Karl um die Erlaubniss, die Stadt mit allen ihren Rechten auf einen anderen Ort, nämlich auf die andere Seite des

tam presencium quam futurorum volumus pervenire, quod nos dignum et congruum arbitrantes, ut illi nostris provisionibus consolentur et prerogativis specialibus pociantur, qui se voluntarios obsequiorum necessitatibus sponte subiciunt suumque comodare reperiuntur obsequium. Quia igitur fidelis et dilectus noster Johannes de Draczicz, qui genitori nostro et nobis notabilia servicia exhibere curavit, nos per fide dignorum relaciones et testimonia reddit cerciores, quod nonnulli collectis sue malicie sequacibus et iniquitatis complicibus invasiones nepharias, depredaciones violentas incendiaque varia et diversa in opido forensi dicto B. ausu demoniaco inferre presumunt et hactenus presumpserunt, propter quod idem Johannes nobis humiliter supplicavit, ut dictum opidum ad locum alium videlicet ultra flumen ad montem quendam, qui H. vulgariter nuncupatur, transferendi licenciam dare dignaremur. Nos vero eiusdem Johannis grata et utilia servicia genitori nostro predicto et nobis exhibita et impensa ac inposterum inpendenda propensius attendentes ipsiusque preces ad exaudicionis graciam perducere cupientes, damus et concedimus eidem Johanni prefatum opidum ad locum seu montem predictum ut predicitur transferendi plenam et liberam facultatem ex certa nostra licencia et gracia speciali ipsumque opidum forense dictum B., quod sic semper volumus nuncupari, muris fossatis et alio munimento quo placet muniendi et forcius faciendi ad hoc, ut homines predicti opidi et aliorum bonorum memorati Johannis de Drazicz a pressuris et incursibus malignorum et aliis malis casibus seu pravis et inopinatis eventibus quibuscunque se ibidem valeant conservare. Decrevimus nichilominus, ut cives dicti fori B. in antea eisdem libertatibus et juribus gaudeant et utantur, quibus aliarum regni Boemie civitatum cives gaudent et utuntur. Camerariis autem et universis aliis officialibus nostri genitoris et nostris per Boemiam constitutis, qui nunc sunt ac futuris temporibus fuerint et nichilominus aliis quibuscunque cuiuscunque condicionis aut status existant tenore presentis privilegii districte

Flusses (Iser) auf einen Berg H. (Hradiště?) übertragen zu dürfen, welche Erlaubniss Karl IV. auch ertheilte und zwar etwa c. 1340. Dass das jetzige unbedeutende Dorf Alt-Benatek in jenen Zeiten ein ‚oppidum forense‘ gewesen ist, war bisher unbekannt.

precipiendo mandamus, ut predictum Joannem et heredes ipsius in muniendo prefatum opidum forense dictum B. et homines ibidem impedire quomodolibet non presumant. In cuius rei etc.

8. Nota consensus domini archiepiscopi super fundacione cuiusdam hospitalis.

Nos Arnestus etc. notum facimus etc. quod honesta domicella . . . de . . . salubri assumpto proposito maturaque prehabita deliberacione prout ex literis . . . judicis etc. . ., quas nobis super hoc cum pendenti civitatis sigillo eiusdem transmiserunt, cognovimus, cultum divinum cupiens adaugere domum quandam in dicta civitate prope scolam sitam pro sustentacione pauperum et miserabilium personarum propter deum principaliter et ob sue remedium salutis ac animarum suorum predecessorum legavit liberaliter et deputavit, petens a nobis eadem domicella, ut hanc donacionem ac eius piam disposicionem confirmare et approbare de benignitate solita dignaremur. Nos etc. . . . eandem donacionem . . . confirmamus etc. . .

9. Consensus de permutacione bonorum cum inquisicione facti.

Nos Johannes etc. (bestätigt einen Gütertausch zwischen dem Pfarrer eines ungenannten Dorfes und einem Inwohner desselben Dorfes, nachdem der ‚decanus Grecensis' (Königgrätz) diesen Tausch für die genannte Kirche für vortheilhaft anerkannt hatte.)

10. Consensus super permutacione fienda.

Nos Arnestus etc. notum facimus etc. quod nuper discretus vir . . . nostre Sacensis ecclesie canonicus in nostra constitutus presencia nobis quasdam causas exponit (sic) racionabiles, propter quas petebat cum instancia, ut permutacioni canonicatus sui predicti, quam facere volebat cum discreto viro . . .

capelle regie omnium sanctorum in castro Pragensi canonico pro canonicatu et prebenda, quos in eadem capella predictus . . . habebat et possidebat canonice, nostrum benivolum impertiremur consensum. Nos vero super hiis diligenti deliberacione premissa consideravimus admissionem permutacionis huiusmodi in ecclesiarum magis quam personarum predicta adinvicem permutare volencium redundare utilitatem et profectum, permutacioni eidem ut procedat serie presencium nostrum consensum impertimur etc. . .

11. Consensus super vendicione bonorum monasterii (in Chomutow).

Nos Arnestus etc. ad universorum etc. deducimus noticiam, quod, quamvis bonorum ecclesiasticorum vendiciones dampnose tam secularibus quam regularibus prelatis et clericis administracionem ecclesiarum et beneficiorum obtinentibus a iure sint penitus interdicte, utiles tamen et profuture ac necessarie nec non commodose ab eodem iure fieri sunt permisse. Cum igitur honorabilis et religiosus vir frater C. abbas totusque conventus monasterii . . .[1] ordinis sancti . . . nostre Pragensis diocesis, prout nobis per suas patentes literas significare curarunt, sepe et sepius in capitulo sui monasterii ad sonum campane omnes et singuli, qui tractatibus ipsorum consueverunt interesse, capitulariter et conventualiter ad tractandum ad factis et negociis eiusdem monasterii utilitatem, profectum ac commodum ipsius concernentibus convenientes in unum ibidem inter tractatus alios, quos inter se tunc et alias habuerunt, de vendicione infrascriptorum bonorum videlicet S. W. et U., que propter locorum distanciam et quia alique ex eis sunt in medio racionis perverse sita et ad certorum vite tempora sunt vendita personarum, nullum aut parvum fructum suo monasterio afferre et hactenus attulisse potuerunt et possent, et capitulariter tractare ceperunt et comperientis per rei evidenciam eadem bona, ut predicitur, parum vel nichil suo monasterio fructificasse nec in antea fructificare posse, decreverunt de communi consilio et assensu predicta bona tanquam minus utilia vendi-

[1] Vielleicht ‚Porta Apostolorum'.

cioni exponere et pro precio eorundem bonorum alia bona utiliora et viciniora predicto ipsorum monasterio comparare. Quibus bonis vendicioni sic per ipsos expositis cruciferi de domo Theutunica in Chomutow predicte nostre diocesis commorantes cum eisdem abbate et conventu sc. monasterii . . . de empcione premissorum bonorum eisdem cruciferis facienda pluries tractaverunt et tandem premissis nonnullis tractatibus de precio eciam ipsorum bonorum concordantes prefati abbas et conventus eisdem cruciferis eadem bona, si tamen ad hec noster consensus et auctoritas accederet, pro CC sexagenis etc. vendiderunt transferentes in eos vendicionis tytulo predictorum bonorum dominium tam uile quam directum. Cum autem simus per eosdem abbatem et conventum monasterii supradicti et per alias personas fide dignas, que huius rei veritatem scire verisimiliter presumuntur certo cercius informati, quod eadem vendicio sit et fuerit ipsorum monasterio plurimum oportuna, idcirco eorundem abbatis et conventus iustis et racionabilibus precibus inclinati . . . ut predicte vendicioni consensum prebere eamque autorizare auctoritate ordinaria deberemus, nos . . . ipsam graciose admittimus etc. . .

XVIII. Emptiones et venditiones.

Diese Abtheilung enthält nur eine einzige Formel, die aber für die Geschichte der Prager Universität nicht ohne Bedeutung ist. Es ist nämlich der Kauf der beiden Dörfer Poczernicz und Trezuss durch den Prager Erzbischof als Kanzler der Universität und zwar ‚pro salario doctorum, magistrorum et aliorum legencium in studio predicto‘ für 800 Schock Pr. Gr., welche Summe wir wohl als das Ergebniss der unter der höheren Geistlichkeit Böhmens zu diesem Zwecke veranstalteten Sammlung ansehen können (vgl. Diversa XXIV. Nr. 49).

Incipit tytulus de empcionibus et vendicionibus.

1. (Henzlinus dictus Beness vendit bona sua in villa Poczrnicz et Trczuss archiepiscopo Pragensi ad usum studii generalis Pragensis.)

Ego Henzlinus dictus Ben(ess) civis Maioris civitatis Pragensis tenore presencium fateor et recognosco universis ad quos presentes pervenerint, me villam meam Poczrnicz cum municione et curia, ad quam pertinent octo lanei agriculture, nec non partem et censum ville Trczuss me tunc . . . (?) cum omnibus proventibus, obvencionibus, agris cultis et incultis, pratis, pascuis venacionibus, aquis, aquarum decursibus, piscacionibus et cum aliis omnibus et singulis juribus, libertatibus et pertinenciis suis prout eas possedi iusto vendicionis tytulo hereditarie vendidisse reverendo in Christo patri . . . cancellario universitatis studii Pragensis ementi dicta bona ad usum studii Pragensis videlicet pro salario . . . doctorum, magistrorum et aliorum legencium in studio predicto pro octingentis sexagenis gross. denar. Prag. Quam quidem pecuniam a dicto domino . . . archiepiscopo me fateor percepisse et michi per eum in numerata pecunia satisfactum esse integraliter et in toto. Et ideo tenore presencium promitto bona fide, quod predicta bona cum omnibus juribus et pertinenciis suis ab omnibus et singulis ea vel partem eorum inpetetentibus exbrigabo et libera faciam iuxta consuetudinem regni Boemie, promitto eciam dicta bona procurare poni ad tabulas terre secundum direccionem et consilium dominorum . . . beneficiariorum regni Boemie et iuxta consuetudinem ipsius regni. Quod si serenissimus dominus noster d. Karolus Romanorum imperator et Boemie rex nollet consentire vendicioni et intabulacioni bonorum predictorum, ex tunc bona fide promitto, quod dictam pecuniam octingentarum sexagenarum grossorum predictorum in bona et legali moneta dicto domino archiepiscopo vel qui presentes legitime habuerit reddam et restituam in festo s. Georgii venturi de proximo sine diminucione, fraude et dolo cessantibus quibuscunque. Si vero dictam pecuniam non solverem in termino supradicto, extunc dictus dominus archiepiscopus vel qui presentes habuerit eandem pecuniam super dampnum

meum inter Christianos seu Judeos conquirere poterit et debebit et nichilominus predicta bona dominus archiepiscopus tenebit et possidebit usque ad restitucionem integram pecunie supradicte, promitto eciam bona fide, quod statim dicto termino s. Georgii elapso ad requisicionem dicti domini archiepiscopi seu eius qui presentes habuerit in Maiori civitate Pragensi domum cuiuscunque hospitis, que michi fuerit indicata obstagium prestaturus intrabo abinde non exiturus, nisi prius de pecunia predicta et dampnis inde perceptis dicto domino archiepiscopo et studio prefato per me plenarie fuerit satisfactum.[1] In quorum etc. . .

Et nos Seydlinus de Pieska, Zeylota de S. . ., Nicolaus . . . et Bernardus filius . . . cives Maioris civitatis Pragensis fatemur et recognoscimus, vendicionem predictam fuisse et esse factam rite et racionabiliter prout superius est expressum predicto Henzlino Benessio prefato domino archiepiscopo tenore presencium promittentes, quod idem Henzlinus predicta bona cum omnibus juribus et pertinenciis suis exbrigabit et intabulari procurabit terre tabulis ad usum dicti studii Pragensis iuxta consuetudinem regni Boemie et prout superius est expressum et si ipsam intabulacionem ad effectum perducere non posset ex causa quacunque, promittimus pro dicto Henzlino ad pecuniam octingentarum sexagenarum predictam dicto domino archiepiscopo seu qui presentes legitime habuerit reddet et restituet in termino supradicto, quod si non faceret extunc consentimus et volumus, quod prefatus dominus archiepiscopus seu is qui presentes legitime habuerit dictam pecuniam super dampnum prefati Henzlini et nostrum in solidum inter Christianos seu Judeos libere conquirere poterit et debebit, promittentes bona fide, quod statim postquam ex parte dicti domini archiepiscopi seu eius qui presentes legitime habuerit fuerimus

---

[1] Die beiden Dörfer Poczernicz und Trczuss (Czrtuss) gehörten später dem Karlscollegium der Prager Universität. (Ober-Poczernicz auf der noch heutzutage zur Universität gehörigen Besitzung Michle, Čertausy (Kartaus) auf dem Studienfondsgute Chwal). Unsere Formel bestätigt, dass das Dorf Ober-Poczernicz früher der Familie der ‚Beneschauer‘ angehört hatte. Der Kauf wurde 1357 in die Landtafel gelegt (Riegger's Mater. VI. 203. — Reliquiae tab. terrae ed. Emler I. 424). Ueber die Prager Bürgerfamile der ‚Beneschauer‘ vgl. Tomek II. 421. 457. Ebenso war auch Seydlinus de Piska ein angesehener Bürger Prags.

requisiti domum cuiuscunque hospitis que nobis indicata fuerit in Maiori civitate Pragensi intrabimus obstagium prestaturi etc. . . . Insuper consentimus et volumus, quod prefatus d. archiepiscopus seu is qui presentes legitime habuerit sine citacione quacunque receptis nunciis dominorum beneficiariorum regni Boemie nos et bona nostra mobilia et immobilia possit et valeat arrestare, impignorare et ea libere occupare usque ad plenariam solucionem pecunie predicte et dampnorum inde perceptorum. In cuius etc. . .

XIX. Confirmationes abbatissae.

Incipit tytulus de confirmacionibus abbatisse.

1. (In Teplicz.)

Nos Arnestus etc. notum esse volumus etc. . . quod cum abbacia monasterii s. Joannis Baptiste in Teplicz ordinis s. Benedicti nostre Pragensis diocesis nuper per obitum felicis recordacionis P. olim predicti monasterii abbatisse de jure et de facto vacavisset et ad eandem abbaciam subsequenter honorabilis ac religiosa domina A. quondam S. de . . . sanctimonialis monasterii et ordinis predictorum electa rite et canonice extitisset, nos prefate electe ceterarumque sororum predicti monasterii et conventus nobis humiliter et devote supplicancium, quatenus electionem prescriptam de predicta domina A.[1] canonice celebrata approbare et eidem electe munus confirmacionis iuxta debitum officii nostri impendere dignaremur, precibus et supplicacionibus tamquam iustis et racionabilibus favorabiliter annuentes crida seu proclamacione iuxta canonica instituta in prefato monasterio et examine diligenti de et super eleccione predicta ac persona electa prehabitis et premissis, pensatis singulis circumstanciis, que in talibus solent pensari, cum nullum canonicum impedimentum vel contradiccio obvians apparuit, prescriptam eleccionem dei nomine invocato legitime,

---

[1] Agnes, wird 1356 als Aebtissin genannt (Lib. conf. I. 43); — Eine ähnliche Formel, das Kloster in Teplicz betreffend, s. Palacky, Formelb. II. 177.

rite et canonice celebratam dicimus et presentis scripti serie approbamus prefatamque dominam A. electam ut prefertur adhibitis circa hoc cerimoniis debitis et consuetis in abbatissam memorati monasterii s. Joannis in T. auctoritate qua fungimur instituimus et confirmamus eidem in eodem monasterio ac eiusdem monasterii cum omnibus juribus et pertinenciis suis curam, regimen et administracionem in spiritualibus et temporalibus prout ad nostrum spectat officium committentes. Harum quibus etc. . .

XX. Incipiunt Arenge.

(Wir haben diese Abtheilung des Formelbuches, welche nur allgemein gehaltene Sentenzen enthält, nicht aufgenommen.)

XXI. Sequestrationes.

Incipit tytulus sequestracionum.

1. (Super sequestracione fructuum ecclesie in Verona.)

Arnestus etc. commissarius honorabilis ac reverendi viri domini Jacobi de Dencio doctoris etc. executor principalis cause, que super media prebenda nostre Pragensis ecclesie, quam bone memorie dominus quondam Urbanus tenuit et rexit dudum inter Swat. de . . . medium prebendatum [1] ex una et Martinum de . . . apud sedem apostolicam vertebatur ex altera ab eadem sede cum clausula, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per nos, alium seu alios etc. sub nomine dicte sue dignitatis deputati datus et deputatus providis et discretis viris B. et . . . parochialium ecclesiarum rectoribus salutem in domino etc. . . Nuper veniens ad nostram presenciam dominus S. quendam processum predicti d. Jacobi de Dencio nobis exhibuit, per quem premissis quibusdam premittendis extitit nobis mandatum, quod fructus, redditus et proventus eccle-

[1] Swatoslaus medius prebendatus, vgl. Monit. II. 3

siasticos, quos ipse Martinus a quibuscunque beneficiis ecclesiasticis nostre diocesis et presertim ab ecclesia parochiali in Verona[1] percipere consuevit et percipit, quamdiu in excommunicacionis sentencia in eum per bone memorie dominum Ray. sac. Aviniensem predecessorem suum occasione non restitucionis perceptorum de dicta media prebenda et non solucionem CXL flor. auri de Florencia, in quibus ipse Swat. per predicte cause certos sacri palacii auditores ipse Mart. (sic) condempnatus extitit, lata persisteret, prout in processibus ipsius domini R. super hoc confectis plenius continetur, eidem subtrahi procuremus. Cumque eciam predictus Swat. de quibusdam in huiusmodi contentis processibus premittendum nobis per quedam instrumenta publica fidem fecisset, supplicavit nobis humiliter et cum instancia, ut ad execucionem nobis commissorum procedere dignaremur. Nos vero ipsius supplicacione recepta predicti domini Jacobi ob reverenciam sedis apostolice, cui in omnibus parere humiliter debemus et tenemur mandatis parere volentes vobis in hac parte auctoritate qua fungimur districte precipiendo mandamus, quatenus omnibus et singulis pensionariis nec non fructuum, reddituum et proventuum ecclesie parochialis in Verona iam dicte ex parte nostra mandetis et precipiatis, quibus et nos et ipsorum cuilibet auctoritate qua fungimur in hac parte mandamus et precipimus, ne predicto Martino, quamdiu in sentencia excommunicacionis per prefatum bone memorie R. in ipsum certis ex causis lata perstiterit, de fructibus, redditibus et obvencionibus quibuscunque de dicta ecclesia in Verona et ipsius occasione provenientibus respondeant seu ipsos eidem persolvant, si penas in processibus prefati domini Jacobi in contrafacientes latas cupiunt evitare. Reddite presentes mandato executo, quibus in testimonium execucionis vestre vestra imprimatis sigilla. Datum etc. . .

2. Super sequestracione fructuum in W. (Verona).

Arnestus etc. commissarius honorabilis et reverendi viri d. Jacobi etc. per omnia (ut supra usque ibi) deputati datus

---

[1] Martinus, Pfarrer in Beraun (Verona), war bereits 1358 gestorben (Lib. conf. I. 65). — Dazu gehört auch die nachfolgende Formel.

et deputatus honorabili viro domino V.[1] ecclesie s. Egidii in Maiori civitate Pragensi plebano salutem in domino. Super facto subtraccionis fructuum ecclesie in W., cuius predictus Martinus dinoscitur esse rector, quam pridem de mandato predicti domini Ja. de . . . quantum in nobis fuit fecimus et eciam ad ulteriora si non essent legitima impedimenta processissemus, vos inquirimus et hortamur in domino, quatenus in et super hiis, de quibus per Swat. predictum fueritis requisitus, omnem sollicitudinem et diligenciam adhibentes ea fini debito secundum formam mandati prefati domini . . . principalis executoris ipsius Swat. studeatis mancipare, ut idem Swat. quoad subtraccionem fructuum iam dictam et alia in processibus prefati domini Jacobi contenta et expressa intencionis sue debitum sortiatur effectum. Datum etc. . .

3. Forma sequestracionis fructuum alicuius ecclesie.

Arnestus etc. ad infrascripta a sede apostolica delegatus discreto viro N. plebano ecclesie in . . . salutem etc. Cum vigore et auctoritate literarum a sanctissimo in Christo patre et domino d. Clemente papa VI. nobis directarum fructus ecclesie parochialis in W.[2] etc. . . duxerimus sequestrandos, quare discrecioni tue committimus per presentes, quatenus curam et regimen eiusdem ecclesie usque ad festum beati Georgii venturum de proximo in spiritualibus et temporalibus habere debeas, omnes fructus, redditus et proventus ex ipsa percipiendo, id quod ultra expensas necessarias et onera incumbencia super excreverit omni dolo et fraude postpositis nobis assignaturus dantes tibi in testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum inpensione munitum. Datum etc. . .

---

[1] Im Jahre 1355 wird als plebanus s. Egidii der Priester Venceslaus genannt (Lib. conf. I. 6). — Vgl. die vorangehende und auch die nachfolgende Formel.

[2] Wohl auch Verona. Vgl. die vorangehenden Formeln 1 und 2.

XXII. Coadjutoria.

Incipit tytulus de coadiutore (dando propter senectutem et defectum virium).

1. Coadiutoria cum intronizacione (pro futuro tempore).

Arnestus etc. discreto viro . . . decano Trebenicensi (?) salutem etc. Cum discretus vir . . . plebanus de . . . propter nimiam senectutem et defectum virium suarum eidem ecclesie tam in spiritualibus quam in temporalibus non valeat preesse et prodesse, petivit a nobis coadiutorem sibi dari, cui nos de consensu domine . . . abbatisse monasterii . . . patrone ecclesie memorate discretum virum . . . presbyterum, exhibitorem presencium pro coadiutore damus et concedimus, committentes eidem . . . presbytero curam animarum et regimen tam in spiritualibus quam in temporalibus ecclesie memorate et ut prefato plebano de necessariis provideat usque ad tempora vite sue. Quare committimus discrecioni tue et mandamus, quatenus prefatum presbyterum in corporalem possessionem eiusdem ecclesie inducas, inductumque defendas, contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum etc. . .

2. Super eodem (ad tempus vite sine consensu patroni).

Nos A. etc. quod nos destruccionem ecclesie in . . . nostre diocesis, que ex plebani ibidem sibi posset provenire desidia, paterna cupientes sollicitudine providere, P. presbyterum exhibitorem presencium ipsi in coadiutorem adiungimus et volumus, ut ipse P. ad eiusdem . . . vite tempora ecclesiam ipsam in spiritualibus et temporalibus administrare debeat, eidem . . . de necessariis vite prout facultates ipsius ecclesie suppetunt providendo. Post mortem tamen predicti . . . ipsi P. ius retinendi ipsam ecclesiam non damus aliquod sed volumus, ut de tali loco, ad quem dicte ecclesie jus pertinet patronatus ad dictam ecclesiam in . . . possit vel predictum P. vel alium, qui sibi ad hoc aptus videbitur presentare. In cuius rei etc. . .

3. Super eodem forma.

Nos A. etc. quod constitutus in nostra presencia discretus vir . . . civis Pragensis patronus ecclesie in . . . nobis exposuit asserens . . . plebanum ibidem sensu et viribus adeo defecisse, quod nec in spiritualibus nec in temporalibus eidem ecclesie possit debitum ministerium exhibere, supplicans nobis una cum . . . plebano memorato, ut discretum virum . . . clericum sibi pro adiutore concedere dignaremur. Nos . . . invenientes . . . rem sic se habere . . . damus pro coadiutore prefatum etc. . .

4. Super eodem cum intronizacione (pro perpetuo).

Te Johannem quondam . . . de . . . presbyterum Pragensis diocesis exhibitorem presencium S. plebano parochialis ecclesie in Le., qui propter pedis abscisionem eidem ecclesie sue preesse non valet nec prodesse, damus presentibus pro coadiutore curam et regimen eiusdem tibi committentes ita tamen, quod eidem plebano de expensis necessariis iuxta facultates ecclesie predicte debeas providere, mandantes tibi S. plebano, quatenus Johannem predictum in corporalem possessionem jurium et pertinenciarum eiusdem ecclesie inducas defendasque inductum etc. . .

XXIII. Libertates.

Hic incipit tytulus de libertatibus.

1. (A theolonio).

Nos A. etc. notum esse volumus etc. quod quia zelo pietatis inducti affectantes saluti anime nostre in eo salubrius providere, monasterio . . . et fratribus in eodem existentibus hanc graciam de nostra libertate, ut eo libencius et perfeccius pro nobis deum exorent, duximus faciendam, ita videlicet quod iidem fratres ab omni solucione theloneorum etc. quocunque

cum rebus suis perexerint, sint et esse debeant liberi et exempti. Mandamus igitur universis theoloniatoribus et specialiter in . . . gracie nostre sub obtentu, ne quis predictos fratres occasione recepcionis thelonei presumat aggravare sub harum nostrarum testimonio literarum. Datum etc. . .

2. Libertacio bonorum ad tempus (a servicio).

Nos A. etc. notum facimus etc., quod fidelis noster Jesco de W. et sui heredes in nostris et ecclesie nostre curia et hereditate et ipsarum pertinenciis, quas tenent ibidem in W. XIII sexagenas grossorum habent et habere debent libere absque omni servicio et census solucione tamdiu quousque per nos aut successores nostros ab ipso Jescone aut suis heredibus non exsolvantur prefata curia et hereditas cum suis appendiis pro pecunia prelibata, harum quibus etc. . .

XXIV. Diversa.

Diese Abtheilung hat die Aufschrift: ‚Sequuntur forme indifferenter secundum materias diversas'; wir nennen sie kürzlich ‚Diversa'. Von den 76 Formeln derselben konnten wohl manche auch in den anderen Abtheilungen Platz finden. Mehrere davon sind von geringer Bedeutung, andere hingegen genug wichtig. Von den letzteren sei erwähnt z. B. Nr. 56 und 57, welche mit den in der Abtheilung ‚Commissiones' vorkommenden diesbezüglichen Formeln uns manche nicht uninteressante Aufschlüsse über die böhmische Inquisition und die Inquisitoren unter Karl IV. ertheilen. Darnach wurden die Inquisitoren beinahe ausschliesslich aus dem Dominicaner- (zuweilen auch aus dem Minoriten-) Orden genommen; sie erhielten bei der Ausübung ihres Amtes einen gewissen Gehalt aus der erzbischöflichen Kammer (Inquisitor Swatobor erhielt z. B. wochentlich 20 Groschen), welcher aber zur Unterhaltung von mehreren Personen, die sie gewöhnlich mit hatten, nicht ausreichte, so dass sie auf die Unterstützung der Geistlichkeit angewiesen waren. Karl IV. bestimmte, dass von dem

Vermögen eines als Ketzer Verurtheilten der dritte Theil dem Inquisitor binnen acht Tagen nach der Verurtheilung ausgefolgt werden solle. — Für die Geschichte der Gründung der Prager Universität ist Nr. 49 zu erwähnen, wonach sich der Bischof von Leitomyschl Johann von Neumarkt und dessen Capitel zur Zahlung von 60 Schock Gr. zum Besten der angestellten Lehrer verpflichtet. — Für die Charakteristik Karls IV. sei Nr. 67 hervorgehoben, womit er Jemandem die Folgen seiner unehelichen Geburt nachsieht mit den Worten: ‚quod origo inhabilis non eius qui nascitur sed gignentis est vicium'. — Ueber die Verpflichtung der Geistlichkeit, zu den Zehrungskosten der päpstlichen Nuncien einen bestimmten Beitrag zu entrichten, haben wir schon bei der Abtheilung Commissiones und Processus Erwähnung gethan; aus Nr. 72—74 erfahren wir, dass die Bezüge der Nuncien nicht gleich waren. Während z. B. Peter Bischof von Florenz täglich 8 Gulden bezog, wurden dem zu derselben Zeit in Prag anwesenden Predigerordensmeister Simon nur 4 Gulden täglich vom Papste zuerkannt (der päpstliche Nuncius in Prag 1387, Peter von Pisa, erhielt 6 Gulden täglich); doch konnte der Nuncius, wenn er sich längere Zeit am Hofe des Kaisers in Prag aufhielt, die Leistung des Betrages auf die einzelnen Diöcesen vertheilen.

Sequuntur forme indifferenter secundum materias diversas et primo

forma dimissoria bona (ad diocesim alienam eunti).

Arnestus etc. discreto viro . . . presbytero[1] nostre diocesis salutem in domino. Quia sicut asseris pro tuis negociis ad partes extraneas seu ad aliam diocesem desideras te transferre, nos tue probitatis meritorum habentes noticiam tibi ad tuas votivas precum instancias nostras presentes literas dimissorias duximus concedendas, ut cum earum testimonio ad aliam possis transire diocesem et tuum ibidem exercere officium et curam eciam recipere animarum de illius tamen episcopi licencia, ad cuius episcopatum te duxeris transferrendum. In cuius etc. .

[1] Cod. arch. metropol. VI. 4 hat ‚Jacobo presbytero' etc.

2. Alia forma dimissoria.

Arnestus etc. discreto viro (M.) presbytero nostre diocesis salutem etc. Cum ad Wratislaviensem diocesem, in qua beneficiatus esse dinosceris et ad alia loca pro tuo commodo desideres te transferre, nobisque humiliter supplicasti, ut tibi super hoc licenciam nostram et literas dimissorias concedere dignaremur, nos tuis precibus favorabiliter inclinati te ab obediencia nostra cum presentibus literis dimittentes ad eadem loca transeundi tibi plenam concedimus facultatem, de vitaque et honestate tuis laudabile testimonium prohibemus. Datum Prage etc. .

3. Nota ponendi yconomum (in ecclesia d. Nicolai in foro pullorum Maioris civit. Prag.).

Arnestus etc. discreto viro . . . presbytero vicario ecclesie sancti N.[1] in foro pullorum Maioris civitatis Pragensis salutem etc. Cum ecclesia predicta s^ti^ N. pendente lite super jure patronatus eiusdem ecclesie et ex quibusdam aliis certis causis non possit ad presens ordinari, ideoque ex causis premissis in eadem ecclesia yconomatum committimus teque yconomum constituimus per presentes, ut ipsam ecclesiam in spiritualibus et temporalibus regas et gubernes ipsam officiando plebemque in sacramentis procurando, donec de plebano legitimo dicte ecclesie fuerit provisum, ita tamen ut obvenciones et proventus dicte ecclesie deductis expensis necessariis diligenter conserves pro futuro rectore seu plebano. Datum etc. . .

---

[1] Nicolai. Cod. metrop. VI. 4 hat: ‚Petro presb. vicario ecclesie s. Leonhardi in foro pullorum etc.' — Das Präsentationsrecht der Pfarrkirche zum heiligen Nicolaus gebührte der Prager Bürgerfamilie der Olbrams; der Streit, von welchem unsere Formel spricht, dürfte unter den Angehörigen dieser Familie, welche es gemeinsam ausüben sollten, ausgebrochen sein, nach dessen Beilegung (1358) wahrscheinlich die in den Lib. conf. I. 66 erwähnte Confirmation des Dietleb Stormer, nachmaligen Generalvicars, zum Pfarrer bei St. Nicolaus ‚ad praesentationem Henslini et Wolflini dictorum Meinhardi' erfolgte. — Vgl. auch die nachfolgende Formel.

4. Alia nota ponendi yconomum (in ecclesia s. Nicolai in foro pullorum in Praga).

Arnestus etc. . Cum jure cavetur expresse, ut quando in vacantibus ecclesiis iusta de causa ut puta propter controversiam patronorum non potest de jure persona in eisdem ecclesiis institui, quod extunc in eisdem ecclesiis debet ordinarius appellacione cessante yconomum ponere, qui fructus earum debet percipere eosque in utilitatibus expendere aut personis futuris fideliter conservare. Cum igitur ecclesia sancti M. in foro pullorum Maioris civitatis Pragensis de jure et de facto vacat ad presens nec potest ista vice propter patronorum seu super jure patronatus et presentacione personarum hinc inde ad eandem ecclesiam factam contendencium ordinari, quare honestati vestre iniungimus et mandamus, ut auctoritate nostra, quam vobis eciam concedimus in hac parte, yconomum in prefata ecclesia s. Nicolai statim visis presentibus ponere studeatis, qui ea cum exacta diligencia faciat et eciam exequatur, que superius sunt expressa.[1] Datum etc. . .

5. Forma dimissoria cum expressione cause.

Arnestus etc. . Cum variis nostris et ecclesie nostre sumus prepediti negociis, ob que minores vobis ordines conferre nequimus, eapropter vestrum cuilibet concedimus, ut a quovis episcopo katholico duntaxat et qui graciam sedis apostolice non amisit, omnes minores ordines possitis recipere sine nota. Datum etc. . .

6. Forma revocacionis ordinum et formatarum (quando formate perduntur).

Arnestus etc. dilecto nobis in Christo . . . nato de . . . clerico nostre diocesis salutem etc. . . Tibi quia nos testimonio sufficienti super recepcione sacrorum ordinum temporibus diffi-

[1] Vgl. die vorangehende Formel.

nitivis et canonibus ac perdicione literarum, que formate dicuntur, informasti, concedimus per presentes, ut in eisdem ordinibus in diocesi nostra libere et sine nota alicuius inique usurpacionis ministrare valeas atque possis. Datum etc. . .

7. Forma litere receptatorie ad diocesem.

Arnestus etc. Tecum qui extra nostram diocesem citra nostram licenciam sacros subdiaconatus, diaconatus et presbyteratus ordines recepisti dispensantes tibi per presentes concedimus, ut in eisdem ordinibus libere alias tamen canonice ministrare valeas constitucione sinodali contra tales per bone memorie dominum Joannem nostrum predecessorem edita non obstante. Datum etc. . .

8. Super eodem.

Arnestus etc. Tibi etc. . . (wie in Nr. 7) concedimus, ut in sic susceptis ordinibus ubilibet in diocesi iam dicta hinc usque ad beneplacitum nostrum libere alias canonice possis et valeas ministrare. Datum etc. . .

9. Nota qualiter permittitur aliquis ordinari certum tytulum non habens (Dispensacio super titulo).

Arnestus etc. Cum . . . de . . . tibi in nostri presencia constituto dolo et simulacione qualibet cessantibus alimenta propria ministrare promiserit, donec competens ecclesiasticum beneficium fores assecutus, concedimus per presentes, ut ad ulteriores ordines promoveri valeas eo, quod certo tytulo beneficii careas, non obstante. Datum etc. . .

10. Super eodem.

Arnestus etc. Cum . . . de . . . frater tuus tibi laneum cum tribus gasis, quas habet ibidem in . . ., in nostri

constitutus presencia libere . . . donaverit pro tui sustentacione usque ad tempora vite tue, concedimus tibi etc. (wie in 9).[1]

11. Nota concessionis (de confessore eligendo licencia).

Arnestus etc. . Strenuo viro domino . . . de . . . salutem etc. Ut saluti anime vestre salubriter consulatur, concedimus per presentes, ut vobis pro confessore unum ydoneum Pragensis diocesis presbyterum eligere valeatis, cui damus auctoritatem hinc usque ad festum . . . confessiones vestras audiendi eciam in casibus a jure vel statutis nobis specialiter reservatis absolvendi penitenciamque iniungendi salutarem, duobus casibus duntaxat exceptis incendii videlicet et lesione bonorum archiepiscopatus nostri, quos casus pro nobis specialiter reservamus. Datum etc. . .

12. Nota de officio in altari viatico. (Licencia celebrandi.)

Arnestus etc. . Provido viro et honesto . . . civi Pragensi salutem etc. Ut coram vobis et vestra familia commensali in domo vestra Prage vel alias, ubi vos moram facere continget, in loco tamen tuto et honesto in bonis vestris divina officia in altari viatico a data presencium ad unum annum celebrari valeant sine tamen prejudicio ecclesie parochialis constitucione synodali non obstante, presentibus indulgemus. Datum etc. . .

13. Nota innovacionis literarum perditarum (confirmacionis).

Nos Arnestus etc. notum facimus etc. . quod veniens ad nostri presenciam discretus vir Host. presbyter, rector parochialis ecclesie in . . . nobis humiliter supplicavit, ut literas institucionis seu confirmacionis sue, quas ut asserebat ignis

---

[1] Vgl. Commiss. III. 37.

voragine esse consumptas, sibi renovare dignaremur. Nos vero inquisicione facta diligenti per fide dignas personas videlicet A. et B. juramento eorum ab eis recepto de tenore et continencia literarum huiusmodi ac eciam per S. et Host. predictum plenius informati, insuper quia a XVIII annis ipsum in pacifica possessione ecclesie predicte in . . . invenimus, hiis consideratis verum ipsum rectorem et legitimum ecclesie predicte et plebis sibi commisse pronunciamus harum testimonio literarum. Ne autem per quempiam etc. . . presentes sibi dedimus etc. . .

14. Nota quitacionis (thezaurarium archiep.).

Nos Arnestus etc. notum facimus etc. quod discretus vir . . . noster thezaurarius a tempore illo, in quo sibi officium thezaurarie et curam camere nostre commisimus videlicet colligendi et distribuendi census, redditus, subsidia, obvenciones, debita, culpas, singulas utilitates et proventus ac universa minuta tam in denariis, auro, argento, quam aliis rebus quibuslibet ad cameram et necessitatem nostram spectancia de bonis archiepiscopatus nostri et aliis locis undecunque obvenerunt, coram nobis et illis quibus nos commisimus audiendam de omnibus reddidit plenam racionem demonstrando et exprimendo, quid, a quo, quo anno, quo tempore anni et die recepit et cui, quid, quare, ad quid et propter quid, quo mandante, ex qua causa dederit et distribuerit similiter per annos, tempora et dies exprimendo et ostendendo. Ea propter eundem . . . ab ulterius facienda nobis et successoribus nostris de cetero racione reddimus absolutum et quittamus eum de predictis racionibus literas per presentes dantes ei testimonium etc. . .

15. Super eodem.

Nos Arnestus etc. . quod honorabilis vir dominus Joh. abreviator domini pape CCC floren. auri, quod sibi dilectus nobis W. magister camere nostre presentavit et apud eum dum anno preterito de curia romana exiverit disposuerat, Nicolao de H.[1] canonico etc. . nostro in curia Romana procuratori

[1] Horawicz (?). vgl. Commiss. III. 20.

assignavit, quem a solucione eorumdem flor. ulterius facienda quittum reddimus et solutum, harum quas sibi dedimus sub nostris sigillis testimonio literarum. Datum Prage etc. . .

16. Dimissoria bona.

Venerabilibus etc. archiepiscopis, episcopis vel ipsorum vicariis in spiritualibus s. matris ecclesie universis etc. . per dei graciam episcopus Wratislaviensis debitam reverenciam in omnibus et honorem. Cum discretus vir dominus Ni. de . . . presbyter nostre diocesis Wratislaviensis causa pinquioris fortune se ad alias dioceses transferre intendat ibidemque aliquanto tempore demorari, ipsum ab obediencia nostra duximus dimittendum vestram universitatem et reverenciam in domino exhortantes, quatenus dictum d. Ni. ad vestras dioceses, si eum inibi venire contigerit, recipiatis ipsum permittentes in omnibus susceptis ordinibus libere ministrare, sibi enim presentes pro literis dimissoriis duximus concedendas. Datum etc. .

Sequitur de eodem melior.

17. Dimissoria bona.

Przeczlaus dei gracia episcopus Wratislaviensis discreto viro H. de . . . presbytero nostre diocesis, latori presencium salutem etc. . Quia ad alias dioceses, ut inibi maior prosperitas et fortuna uberior vobis arrideat, desideratis et intenditis vos conferre, vobis . . . presentes pro dimissoriis literis concedendo indulgemus, quatenus in diocesi, in qua mansionem vestram constitueritis, vestrum sacerdotale officium libere exercere et beneficium cum cura vel sine cura, accedente tamen ad hoc voluntate et consensu diocesani valeatis recipere cum effectu. De vita véro et conversacione vestris, in quantum humana sinit nosse fragilitas, laudabile testimonium presentibus perhibemus. Datum etc. . .

18. Forma absencie cum cause expressione bona.

Arnestus etc. Constitutus in nostra presencia discretus vir Johannes dictus . . . rector etc. nobis exposuit, ut cum ipse esset multorum debitorum onere racione ecclesie sue involutus et ea pro utilitate eiusdem contraxisse nec ea alio modo evadere posse asserens, nisi ecclesiam suam ad certum tempus alicui ydonee persone locaret, supplicavitque nobis, ut sibi licenciam, ecclesiam suam predictam locandi ad biennium N. de . . . concedere dignaremur. Nos vero inquisicione super hoc facta diligenti, quia premissa invenimus vera esse, ipsi Johanni dedimus licenciam et potestatem, predictam ecclesiam suam N. predicto ad biennium locandi, cui eciam Ni(cola?)o pro huiusmodi tempore curam in spiritualibus et temporalibus commisimus ecclesie eiusdem hoc addicientes, quod si Johannem prefatum predictam ecclesiam quavis ex causa ante lapsum biennii contingeret non habere successorem eius qui foret pro tempore ipsi Ni(cola?)o preiudicium aliquod generare non possit nec debeat, sed ipsum usque ad finem conduccionis apud prefatam ecclesiam permittere, aut si hec nollet tunc pro rata temporis residui sibi ante omnia debet satisfacere, prout cum eo posset convenire. In cuius etc. . .

19. Super eodem.

Dilecto etc. . . tibi ut te a dicta tua ecclesia absentare et in tui absencia fructus, redditus et proventus prefate tue ecclesie cum ea integritate usque ad triennium libere percipere valeas, cum qua illos perciperes, si in ea personaliter resideres et ad residendum in eadem minime tenearis utque ad id compelli valeas seu eciam cohortari, non obstantibus quibuscunque constitucionibus synodalibus vel provincialibus auctoritate qua fungimur tenore presencium indulgemus. Datum etc. . .

20. Super eodem absencia abbati alicui concessa.

Arnestus etc. . Religioso viro fratri . . . monasterii . .[1] ordinis . . . salutem etc. Quia honorabili ac religioso viro

---

[1] Cod. metrop. VI. 4 hat ‚fratri p. monasterii C.‘

fratri N. abbati monasterii jam dicti nobis sincere dilecto in sacra theologia studere et proficere cupienti, ad preces suas votivas absenciam sive licenciam abessendi a dicto suo monasterio a proximo sancti . . . festo ad annum continue computandum dispensative concessimus de gracia speciali serenissimi principis et domini nostri d. Karoli Romanorum et Boemie regis consensu benivolo accedente, ideo ne dictum monasterium propter prefati abbatis absenciam detrimentum in aliquo paciatur, discrecioni tue, de qua indubiam gerimus confidenciam, administracionem, tuicionem et regimen dicti monasterii tam in spiritualibus quam in temporalibus durante huiusmodi absencia virtute presencium de certa nostra sciencia duximus committendum, volentes, ut interim dicti abbatis in omnibus vices suppleas humiliter ut opportet. Mandamus igitur in virtute s. obediencie firmiter iniungentes preposito, priori camere et ceteris officialibus et ipsius monasterii fratribus tam clericis quam laicis universis, quatenus tibi per dicti temporis annui spacium iuxta ordinem regularem et statuta tamquam abbati et patri ipsorum spirituali tam reverencia debita absque renitencia qualibet obediant et intendant. Harum etc. . .

21. Super eodem cum introduccione dimissorie.

Vobis honorabili viro domino . . . plebano ecclesie in . . [1] qui studio literarum vacare desideratis, concedimus per presentes, ut vos ab eadem ecclesia vestra a data presencium ad septennium absentare fructusque, redditus et proventus eiusdem vestre ecclesie percipere valeatis sine nota, proviso tamen, quod infra tempus predictum talem apud eandem ecclesiam relinquatis personam, per quam cura, que eidem imminet, nullatenus negligatur. Ceterum quia propter loci distanciam facilem ad nos non possetis habere accensum (sic), idcirco concedimus vobis, ut omnes sacros videlicet subdiaconatus, diaconatus et presbyteratus ordines a quocunque episcopo katholico duntaxat et graciam sedis apostolice obtinente recipere valeatis temporibus vobis a iure statutis. Datum etc. . .

---

[1] Cod. metrop. VI. 4 hat ‚in Paulsdor'.

22. Super eodem.

(Da alle Namen ausgelassen sind, bietet die Formel nichts Bemerkenswerthes.)

23. Revocacio absencie (ad residenciam).

Arnestus etc. discreto viro . . decano salutem etc. Quia per absencias, quas nos et nostri vicarii in spiritualibus nonnullis ecclesiarum parochialium rectoribus concessimus ecclesie nostre, prout certo cercius sumus informati, in spiritualibus et temporalibus non modicam paciuntur lesionem, quare tibi etc. . iniungimus et mandamus, quatenus omnes et singulos parochialium ecclesiarum rectores decanatus tui nomine nostro cites, quos et nos et quemlibet ipsorum presentibus citamus, ut infra hinc et festum nativitatis Christi proxime venturum ad ecclesias suas peremptorie se conferant facturi apud ipsas residenciam personalem, literis absencie nostris aut vicariorum nostrorum eis datis et concessis non obstantibus, quas certis ex causis presentibus revocamus, innotescens eisdem et ipsorum cuilibet, quod si id quod premittitur non fecerint cum effectu vel causam racionabilem et veram non allegaverint et probaverint infra dictum terminum coram nobis, contra ipsos ad sentenciam privacionis ecclesiarum quas habent alia monicione cessante etc. . . . sine dubio procederemus, fidem execucionis tue de die citacionis ac nominibus plebanorum absencium decanatus tui predicti sine mora, diffugio, modo et forma iam premissis quam primum poteris nobis faciendo. Datum P(rage) etc. . .

24. Nota vicariatus (et administracionis commissio).

Arnestus etc. . Cum propter diversas et arduissimas cleri ac populi regni Boemie ac nostre Pragensis ecclesie incumbentes necessitates pro nunc de scitu et expresso consensu nostri capituli nos extra terram Boemie oporteat proficisci,[1]

[1] Vgl. Consens. XVII. 6.

vobis . . . de quorum legalitate certam in domino fiduciam obtinemus in spiritualibus plenarie committimus vices nostras, dantes vobis pariter confirmandi, visitandi, corrigendi, eciam dignitatibus ecclesiasticis sive quibuscunque aliis beneficiis servato juris ordine privandi et alia que in premissis de jure seu consuetudine requiruntur vice et auctoritate nostra faciendi plenariam potestatam, vosque in spiritualibus ut premittitur vicarios constituimus generales. Datum Prage etc. . .

25. Forma litere credencie.

Reverende pater et domine. Cum pro quibusdam expedicionibus nostris dirigamus ad clemenciam imperatorie majestatis providum virum magistrum A. de . . . secretarium nostrum fidum exhibitorem presencium, nostra plenarie intencione informatum, vos, in cuius paternitate, eximiata benignitate confidimus et speramus, harum serie requirimus et cum fiducia deprecamur, quatenus eidem ymmo nobis in hiis que vobis exponet oraculo vive vocis adhibita credulitatis fide dignemini assistere favoribus oportunis. Datum etc. . .

26. Super eodem.

(Enthält nichts Bemerkenswerthes.)

27. Forma expurgacionis super aliquo crimine obiecto. (Absolutoria ab infamia facti).

Arnestus etc. notum fore cupimus etc. quod cum W. plebanus de . . . nostre diocesis, exhibitor presencium, esset de receptacione furum coram visitatoribus nostris infamatus, ibidem in parochia sua plures citaciones emisimus, quod si aliqui fuissent, qui voluissent probare infamiam predictam contra ipsum, ipsos parati eramus audire. Cum autem plures terminos peremptorie ad hoc prefixissemus, in nullo terminorum vidimus aliquem oppositorem. Comparente vero W. plebano predicto in quolibet terminorum et se absolvi ab huiusmodi infamia cum

instancia postulante, sibi purgacionem canonicam cum tercia manu sui ordinis induximus terminum competentem super hoc sibi prefigentes. Qui quidem W. ante lapsum terminum se, prout sibi iniunctum fuerat, purgavit, cuius purgacione recepta ipsum, ut prima facie presumpsimus, super eo, de quo infamatus existerat, pronunciamus immunem ipsum fame pristine restituentes.[1] In cuius etc. . .

28. Super eodem in simili casu.

Arnestus etc. . Noveritis, quod licet discretus vir . . . decanus Slanensis presencium exhibitor nobis fuerit delatus, quod ipse fuisset furum et aliorum malorum hominum receptator ac collaborator (?), quod tamen nullus contra eum probare poterat nec docere, quamvis unicuique de ipso conquerenti parati fuissemus et sumus facere iusticie complementum. Sed quia huiusmodi delacio tantum verbalis fuit et calumpniosa nec per aliquem poprawczonem seu iusticionarium vel notarium super hiis de presentacione, ut hactenus moris fuit, sumus requisiti, idcirco universos iusticiarios, beneficiarios, purgravios vel alios quoscunque provinciarum nostre diocesis rectores presentibus requirimus et monemus et in domino exhortamur, quatenns nullus vestrum contra predictum decanum occasione delacionis predicte, que sinistra fuit, quidquam debeat attemptare, nec eum in aliquo perturbare. Quod si faceret sciat se sentenciam excommunicacionis incurrisse ipso facto, quam nos in eum et in omnes alios, qui eum in rebus et persona suis propter delacionem predictam quomodolibet perturbare presumpserint canonica monicione premissa exnunc prout extunc et extunc prout exnunc ferimus in hiis scriptis, mandantes universis plebanis, viceplebanis ceterisque ecclesiarum rectoribus nostre diocesis, quibus presentes exhibite fuerint, in virtute s. obediencie, quatenus omnes et singulos, qui predictum plebanum delacionis huiusmodi in aliquo perturbarent . . . excommunicatos nuncient etc. . .

---

[1] Nr. 27—29 sind gleichartige Expurgationsformeln.

29. Super eodem forma expurgacionis.

Arnestus etc. Orta infamia de crimine simonie contra N. plebanum de M. scilicet quod ipse ecclesiam suam predictam simoniace adeptus fuisset, ipsum ad nostram presenciam fecimus evocari, quo compareret, quia quod premittitur constaret (sic, constanter?) negabat, citacionem generalem apud ecclesiam suam et aliquot sibi adherentes fieri fecimus certum terminum et peremptorium docere de predictis contra ipsum volentibus assignantes. Sed cum in termino nullo oppositorem seu contradictorem vidissemus, sibi terminum competentem, ut se purgaret cum tercia manu sui ordinis studuimus assignare. In quo dum canonice iuxta formam sibi iniunctam se purgasset, petivit cum instancia, ut literas necessarias sibi super hoc concedere dignaremur. Nos igitur peticioni iuste et racionabili acquiescentes literas presentes super expurgacione huiusmodi quam coram nobis prestitit, sibi dedimus sigilli nostri appensione munitas. Datum etc. . .

30. Commendacio ecclesie. (Cura animarum.)

Cum plebanus ecclesie in D. propter legitimas causas ab officio administracionis ad certum tempus suspensus existat, tibi plebano in . . . ne plebs eiusdem ecclesie in sacramentis et divinis officiis negligatur, ipsam ecclesiam commendamus, ut eam per te aut alium ydoneum presbyterum regas in spiritualibus et temporalibus tamdiu donec a nobis aliud receperis in mandatum. Datum etc. . .

31. Commendacio suffraganei.

Arnestus etc. . universis et singulis clericis et laicis per et infra civitatem et diocesem nostram constitutis salutem in domino. Cum iam dudum venerabili in Christo fratri H(ermanno) episcopo . . .[1] presencium exhibitori consecraciones

[1] Vgl. Inhib. XIV. 3.

ecclesiarum, altarium et cimiteriorum ac reconsecraciones earundem seu eorundem nec non confirmaciones Christifidelium in fronte et alias vices nostras in execucione pontificalis officii duxerimus committendum et committendas, vos omnes et singulos presentibus requirimus et hortamur in domino, eis qui nobis jure ordinario subjecti dinoscuntur in virtute s. obediencie precipientes, quatenus cum predictus frater H. cum capellanis, familia seu coadjutoribus suis ad vos venerit pro predictis seu ipsorum aliquo exequendis, ipsum una cum capellanis et familiaribus suis reverenter ut decet recipiatis et caritative pertractetis, honorificenciam et reverenciam debitas sibi impendendo. Si quem vero contra premissa fecisse invenerimus, ipsum taliter puniemus, quod ipsius pena cedet aliis in exemplum. Datum etc. . .

32. Commendacio ab archiepiscopo (pauperis).

Arnestus etc. universis Christifidelibus per nostram diocesem constitutis . . . salutem in domino. N. de . . . exhibitorem presencium vobis commendamus hortantes vos in domino, quatenus cum ad vos venerit eum pie velitis et caritative recipere exhibendo vos ei de bonis a deo vobis collatis subvencionis beneficio liberales. Nos enim omnibus vere penitentibus confessis et contritis huiusmodi beneficium subvencionis in remissionem suorum ponimus peccatorum. Datum etc. . .

33. Dimissoria.

(Bietet nichts Bemerkenswerthes.)

34. Dispensacio cum eo qui extra diocesem processit.

Arnestus etc. . . Tecum qui extra nostram diocesem contra nostram licenciam sacrum diaconatus ordinem recepisti ad nostram diocesem recipientes dispensamus per presentes, ut ipsum diaconatus ordinem in ipsa nostra diocesi exequi valeas atque possis. In cuius etc. . .

35. Commissio ut ponat lapidem primarium.

Tibi . . . decano[1] committimus et mandamus per presentes, ut demolita catholica[2] in . . (N.) in loco eodem primarium lapidem ponere valeas vice et nomine nostris, quandocunque super eo presentibus fueris requisitus etc. . .

36. Litera cride.

Scias . . . plebane ecclesie in . . . quia hon. presbyter N. quondam de . . . presencium exhibitor est nobis per nobiles dominos . . . et . . . fratres germanos de . . . ad ecclesiam in . . . per mortem . . . olim plebani ibidem vacantem presentatus, quem ad eandem confirmare distulimus, donec de vacacione eiusdem ecclesie plenius informaremur, quare committimus tibi et mandamus, quatenus accedens ad predictam ecclesiam proximo die dominico vel alio festivo cridam seu proclamacionem facias in eadem, ut si qui eidem presentacioni vel persone presentate quidquam voluerit opponere, quod a die proclamacionis octava die si juridica fuerit alias immediate sequenti Prage in curia archiepiscopali hora terciarum peremptorie compareant coram nobis dicturi et allegaturi contra premissa si quid habent. Committimus tibi insuper, ut interim apud dictam ecclesiam ponas unam personam ydoneam, que ipsam officiet et plebem eius procuret ecclesiasticis sacramentis. Fidem autem etc. . .

37. Dimissoria (ad officium celebrandum in alia diocesi).

Arnestus etc. Cum C. quondam P. de . . presbyter nostre diocesis presencium exhibitor pro suis agendis curiam Romanam disposuerit visitare, universitatem vestram requirimus et in domino obsecramus, quatenus ipsum dum graciam officiandi

---

[1] Cod. metrop. VI. 4 hat ‚decano Teplensi‘.

[2] Catholica = církev, eine hölzerne Kirche zum Unterschied von ecclesia = kostel. Památky X. 599.

habuerit in ecclesiis vestris graciosius officiare permittatis, nullam sibi difficultatem ingerentes. Nos enim quantum humana fragilitas nosse sinit de vita et conversacione ipsius honesta ac eciam omnium ordinum recepcione canonica vobis presentibus facimus plenam fidem. Datum etc. . .

38. Commissio ut moneat ablata restitui (patrono).

Intelleximus, quod M. de . . . qui se gerit pro patrono ecclesie ibidem, res quasdam per . . . plebanum inibi nuper defunctum relictas occupet et sibi usurpet et detineat de facto minus debite occupatas. Quare tibi discreto viro . . . decano . . . committimus et mandamus, quatenus predictum M. personaliter accedens, si predicta diligenti investigacione inveneris vera esse, ex parte nostri moneas, quem et nos presentibus monemus, ut infra unum mensem tuam monicionem sequentem continue omnes res occupatas per eum libere dimittat et ecclesie predicte cum effectu assignet, et si hoc facere noluerit nobis aut vicario nostro in spiritualibus rescribas, ut provideatur de remedio oportuno. Datum etc. . .

39. Intronizacio canonicorum facta permutacione.

(Gleichlautend mit Commiss. III. 25.)

40. (Constitucio decani ruralis.)

Arnestus etc. . . universis et singulis plebanis, viceplebanis etc. . . per et infra decanatum . . . . constitutis salutem. Noveritis, quod nos de legalitate et circumspeccione discreti viri . . . plebani in . . . plurimum confidentes ipsum decanum vestrum similiter et collectorem fumalium in eodem decanatu pleno jure. (sic) Quare universitati vestre sub excommunicacionis pena mandamus firmiter et iniungimus, quatenus eidem decano vestro in hiis, que ad officium decanatus spectare noscuntur et alias in exquisicione et fideli solucione fumalium predictorum humiliter intendere et obedire

debeatis, honorificenciam et reverenciam debitas sibi impendentes. Damus enim eidem ut collectori fumalium tantum contra rebelles circa solucionem fumalium citandi, suspendendi, excommunicandi et interdicendi plenam tenore presencium facultatem, ratas habentes et gratas sentencias, quas ipse in rebelles rite duxerit promulgandas. Datum etc. . .

41. Nota ratificacionis alicuius litere.

Arnestus etc. notum facimus universis etc. . quod veniens ad nostram presenciam discretus vir H. de . . . plebanus, nobis quandam literam in cartha pergameni duobus pendentibus munitam sigillis super ereccione et donacione monasterii sancte Marie Magdalene in preurbio civitatis Lunensis[1] exhibuit, cuius tenor de verbo ad verbum erat talis: ‚In nomine domini Amen etc.' petens humiliter et devote, ut eandem literam de benignitate solita approbare, ratificare, auctorizare et confirmare dignaremur. Nos vero visa et diligenter perlecta litera supradicta considerantesque, quod predictis cum iusta sint et racionabilia non sit denegandus assensus et omnia et singula in prefata litera contenta quoad omnes clausulas et puncta ipsius auctoritate ordinaria approbamus etc. . .

42. Dispensacio qui extra diocesem processit cum receptatoriis.

. . . Noveritis, quod nos, cum P. de . . . exhibitor presencium, qui pluribus annis in partibus Ungarie moram trahens et perpetuam mansionem ibidem eligens sub reverendo in Christo patre domino . . . episcopo Meriensi (sic, Nitriensi?) in diocesi sua citra licenciam nostram sacros subdiaconatus, diaconatus et presbyteratus ordines recepit, iniuncta sibi pro modo culpe penitencia salutari eoque ab execucione ordinum suorum ad tempus suspenso super ipsorum ordinum execucione dispensavimus et presentibus dispensamus ipsumque ad nostram

---

[1] Vgl. Confirm. X. 23.

diocesem recipientes tenore presencium sibi concedimus, quatenus in eisdem ordinibus ubilibet in diocesi nostra alias tamen canonice libere possit et valeat ministrare etc. . . Datum etc. .

43. Processus contra percussorem cleri.

Joannes dictus Padwanus etc. . (Die Formel ist den in der Abtheilung ‚Processus' abgedruckten gleich; da die Namen hier ausgelassen sind, bietet die Formel nichts Bemerkenswerthes.)

44. Litera de neophitis pro subsidio (Judeis conversis).

Arnestus etc. . Pastor eternus de ovium suarum salute solicitus utpote qui eas sibi dire mortis supplicio comparavit per errorem periculose hincinde dispersas eas instanter requirit et salubriter coadiuvat, ut cunctis tamen gentibus in virtute fidei congregatis unico tocius gregis ovili ipse presideat unus pastor verus. Hinc est, quod . . . cum suis liberis, iudei olim, interne illustracionis lumine illustrati vocati a domino tanquam veri pastoris vocem agnoscentes relictis prius dampnandis erroribus per sacri baptismatis graciam gregi divinico aggregari salubriter meruerunt. Cum igitur prefati neophite, ut premittitur, relicta impiorum rerum temporalium caducarum copia magis elegerunt abiecti cum fidelibus ipso suo pastori Jesu Christo totis viribus inherere, ne propter vite defectum necessariorum in opprobrium orthodoxe fidei in errorem iudaice cecitatis tamquam canis ad vomitum redire compellantur, universitatem vestram in domino caritative exhortamur, quatenus novellis fidei manus velitis porrigere adiutrices, ipsis de bonis vobis a deo collatis gratuita subsidia largiendo. Nos enim omnibus etc. . . quadraginta dies de iniunctis penitenciis misericorditer in domino relaxamus, mandantes universis plebanis etc. . . ., quatenus prefatos . . . in elemosinis Christifidelibus adipiscendis non impediant quoquomodo sed caritativis subsidiis et exhortacionibus salubribus promoveant presentibus post triennium a data presencium continue computandum minime valituris.[1] Datum etc. . .

[1] Vgl. auch die beiden nachfolgenden Formeln. Eine ähnliche s. Palacky, Formelb. I. 251.

45. Forma super eodem.

Arnestus etc. . Letemur in domino et in majestatis eius clemencia gloriemur, qui vineam suam s. videlicet ecclesiam salubriter extollendo non desinit ampliare. Ecce . . . lator presencium, ut certis relatibus intelleximus, judaice pravitatis et perfidie errore relicto ad Christum dei filium verum lumen per suscepcionem s. baptismatis ad fidem catholicam est conversus, uxorem, pueros et universa que in Iudaismo possiderat divini luminis consilio derelinquens. Ideo universitatem etc. . . (wie oben).

46. Forma super eodem.

Nicolaus (?) dei gracia etc. Cum Ulricus et Katherina divina inspirante gracia abiecto iudaice pravitatis et cecitatis errore ad Christum etc. ac katholice fidei veritatem sint conversi et s. baptismatis unda renati non valeant nisi Christifidelium piis iuventur elemosinis sustentari. Ne igitur nimia paupertate gravati in opprobrium Christiane religionis in pristinum relabi quod absit cogantur errorem, universitatem vestram requirimus, monemus et exhortamur in domino, quatenus predictis etc. . . vestras pias elemosinas et caritativa subsidia ipsis dignemini impertiri. Insuper vobis decanis ac aliis ecclesiarum rectoribus per nostras civitatem et diocesem constitutis . . . mandamus, ut cum predicti conversi ad vos venerint infra vestrarum parochiarum limites fidelium elemosinas petituri, ipsos admittatis ac verbum exhortacionis pro eis circa populum vobis commissum proponatis ipsosque in omnibus efficaciter promoveatis. Ratificamus eciam omnes gracias seu indulgencias ipsis a venerabilibus fratribus archiepiscopis seu episcopis quibuscunque traditas et concessas harum testimonio literarum. Omnibus insuper vere penitentibus, qui Ulrico, conthorali sue legitime Katherine et liberis suis predictis elemosinas suas fuerint elargiti etc. . . XL dies indulgenciarum et unam karenam de iniunctis sibi penitenciis misericorditer in domino relaxamus. Datum etc. . .

47. Forma similis quantum ad mulieres miseras seu quidas (i. meretrices).

Arnestus etc. Cum A. et B. de . . . pauperes mulieres nostre diocesis exhibitrices presencium carnales amplexus sectantes pro explenda libidine sui corporis retroactis temporibus diabolica instigacione seducte locis proscribonialibus se publice exposuerint, nunc vero spiritus sancti gracia annuente ad cor reverse statum huiusmodi dampnabilem relinquentes, de peccatis per eas commissis dolentes plurimum penitenciam eis iniunctam explerent libenter suique continenciam corporis in antea libenti animo custodirent, si non gravarentur sarciva paupertate, universitatem vestram requirimus et monemus . . ., quatenus predictis mulieribus, cum ad vos venerint hostiatim, ne propter defectum necessariorum vite in statum pristinum relabantur, de bonis a deo vobis collatis vestras pias elemosinas et alia caritatis subsidia ipsis errogare velitis etc. . .

48. Forma peticionis pro exulantibus et repulsis a patria.

Arnestus etc. Cum gencium infidelium hostilitate et incursu religiosi viri . . . et . . . ordinis sancti . . . exhibitores presencium de partibus Armenie cum aliis Christi fidelibus sint repulsi et ob hoc a patria et ipsorum monasterio exulare cogantur, nec habeant unde sustentacionem vite habere possint, nisi eis per Christi fideles caritatis beneficia impendantur, quapropter universitatem vestram monemus etc. . quatenus inopie et exilio dictorum fratrum compacientes divine remuneracionis intuitu de bonis a deo vobis collatis eis vestras pias elemosinas et alia caritativa subsidia, quamdiu in istis partibus moram traxerint, erogare velitis etc. . .

49. (Nota donacionis LX sexag. gross. pro restauracione studii Pragensis [per Joannem ep. Lithomysl.].)

Nos Johannes[1] dei et apostolice sedis gracia episcopus ac prior ac capitulum ecclesie Luthomislensis cupientes sere-

[1] Der erste Leitomyschler Bischof Johann I. starb 1353. Da in der Formel Karl bereits Imperator Rom. genannt wird, so ist diese Schenkung unter

nissimi principis et domini nostri d. Karoli, Romanorum imperatoris semper Augusti et Boemie regis, piis votis concurrere et eius laudabile propositum de Pragensis studii generalis instauracione salubri ad eiusdem domini nostri regis peticionem instantem nec non regni Boemie honorem et gloriam et utilitatem publicam possetenus promovere, ut doctores et magistri ad huiusmodi studii conservacionem deputati vel eciam deputandi, sine quibus ipsum studium salubre non post (sic, potest) nec optatum venire quomodolibet in effectum, in statu teneantur decenti, quodque huic studio eo efficaciori zelo intendant, quo se vite necessariorum maiori augmento senserint consolatos ad predictum studium instaurandum et alia universitatis onera supportanda sexaginta sexagenas denar. Pragens. infra duos annos continue computandos in terminis infrascriptis scilicet XV sexagenas gross. in festo s. Galli proxime venturo et totidem in festo beati Georgii immediate sequenti et in secundo anno XV sexag. gross. in festo s. Galli et totidem in festo s. Georgii continue secuturo contribuendo dare et solvere promittimus data fide, et de huiusmodi pecunia venerabilem in Christo patrem et dominum . . . archiepiscopum Pragensem vel ejus thezaurarium et honorabilem virum dominum . . . decanum Wissegradensem, qui pro tempore fuerint, in singulis terminis ut prefertur in Praga sine alia requisicione, contradiccione et difficultate qualibet expedire. Quod si non fecerimus lapso termino infra octo dies sequentes continuo, extunc penam unius fertonis incurremus, et si demum in sequentibus VIII diebus non solverimus, quod absit, iterum penam unius fertonis, deinceps penam dupli solvere tenebimur in singulis octo diebus secuturis, quamdiu eadem pecunia per nos non fuerit plenarie persoluta, exigenda una cum pecunia principali per camerarium regni per pignerum capcionem in omnibus ecclesie nostre bonis, seu per dominum nostrum archiepiscopum per censuram ecclesiasticam in personas nostras singulares et eciam si, quod absit, in predictis terminis in solucione deficeremus, cui nos voluntarie subicimus proferendum hoc adiecto specialiter, quod pecunia huiusmodi ad alium usum quemcunque preterquam ad studii predicti instauracionem et

---

dem zweiten Bischofe Johann von Neumarkt, dem berühmten Kanzler Karls IV. erfolgt. — Vgl. Empt. XVIII. 1.

conservacionem deputari non debeat quomodolibet nec converti, harum sub nostro et capituli nostri sigillis testimonio literarum. Datum etc. . .

50. Abbates ordinis (s. Benedicti) recipiunt in confraternitatem benefactores loci (sc. hospitalis in civitate Slanensi) et dant participacionem.

In nomine domini Amen. etc. . . Sane nos Ostroviensis, Brewnoviensis, Cladrubensis, Porte Apostolorum, s. Procopii, Opatoviensis, Wilemoviensis, Podlazicensis monasteriorum abbates et abbatissa s. Georgii in castro Pragensi ordinis s. Benedicti Pragensis diocesis, tenore presencium recognoscimus et fatemur universis, quod nos hospitale, quod religiosus frater noster fr. Dominicus[1] prepositus ecclesie Slanensis, quod

[1] Im Jahre 1357 war er bereits gestorben, sein Nachfolger war Theodoricus, bisher praepositus ecclesiae s. Johannis in Skala (Lib. conf. I. 17). Beide Kirchen waren Filialen des Benediktinerklosters Ostrow (Insula). Wir geben hier eine Entscheidung des Erzbischof Arnest aus dem Jahre 1363 (Cod. metrop. VII. fol. 100/v): ‚Ann. 1363 ind. I. die 20. m. Maji etc. in castro Rudnicz in palacio constituti personaliter coram Rev. d. Arnesto etc. domini Bohuslaus abbas monasterii de Insula, Divissius de Spelunca (zum heiligen Johann bei Beraun), Mstislaus de Weliss, Martinus de predicta Insula prepositi ecclesiarum, Hermannus infirmarius et Fridricus fratres et professi monasterii de Insula predicta ord. s. Benedicti Prag. diocesis ex una et frater Theodoricus prepositus seu plebanus ecclesie in Slana . . parte ex altera propter bonum pacis et concordie non compulsi nec coacti sed sponte et libere . . . super omnibus causis, litibus et controversiis inter predictos vertentibus in prefatum d. Arnestum etc. ambo communiter et concorditer tanquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem sub pena 200 sexag. gr. Prag. denariorum medietatem ad hospitale Slanense et in usus pauperum in eodem . . . medietatem quo vel cui ipse d. archiepiscopus dandam deputaverit seu ordinaverit. (Als Bürgen werden genannt, von Seite der ersteren: nobiles et honesti viri Bohunco dictus Poduawecz d'Costelecz, Nicolaus frater ipsius Bohunconis d'Camenicz et Johannes Ulr. Jesco de Smeczna cliens, — des andern: Gallus scabinus, Johannes dictus Jessek et Wen. Zdaczo cives civitatis Slanensis). Der Ausspruch des Erzbischofs lautete: Quod omnis rancor et displicencia inter ipsum abbatem etc. . . et prefatum prepositum cessare deberet . . ., item alicui idonee persone cura animarum in ecclesia in Slana debet committi ad tempus quousque domino archiepiscopo placuerit et quod illa persona teneatur reddere

immediate subiacet monasterio Ostroviensi supradicto, quod ipse prepositus de consensu invictissimi principis et domini nostri d. Karoli etc. nec non reverendi etc. archiepiscopi Pragensis fundare intendit, promovere et eidem quantum possimus subvenire cupientes, omnes Christifideles, qui pro structura et sustentacione pauperum infirmorum infuturum in eodem hospitali degencium de bonis a deo ipsis collatis manus porrexerint adiutrices seu alia quecunque caritatis opera curaverint exhibere, in nostram et fratrum monasteriorum iam dictorum suscepimus et nunc recipimus fraternitatem volentes, ut largitores huiusmodi singulorum bonorum operum, oracionum, ieiuniorum et missarum sint et debeant esse participes tamquam in diebus solempnitatum personaliter monasteria nostra predicta visitarent. In cuius rei testimonium et robur perpetuo valiturum presentes literas sigillorum etc. . .

51. Forma quitacionis bona.

Nos Arnestus etc. . tenore presencium notum facimus universis, quod honorabilis et religiosus vir frater Mich.(ael) plebanus in Cogetin Olomucensis diocesis, thezaurarius [1] noster devotus dilectus, nobis plenam, congruam et sufficientem reddidit racionem de omnibus et singulis per eum perceptis a die videlicet XVIII mensis Februarii de anno domini MCCCLXXII°

racionem et facere inventarium de hiis que invenerit aput dictam ecclesiam et percipiendis illi cui d. archiepiscopus committet, sic tamen quod nullus ad dictam ecclesiam confirmetur nisi dictus d. archiepiscopus alias disponeret. Item quod propter securitatem consciencie prepositi antedicti et aliorum idem prepositus infra unum mensem deberet arripere iter ad curiam Romanam et obtinere saltem ad cautelam absolucionem a sentenciis si quibus ligatus est et dispensacionem ab irregularibus (sic) si quas contraxit et debet literas de premissis representare. Item quod prepositus antedictus utatur blado et feno jam collectis, de quibus census d. abbati predicto jam persolvit, et si abbas de blado et feno aliquid recepit hoc reddat. Item d. archiepiscopus commisit d. Nicolao prep. Rudnicensi, quod de ablatis de quibus conqueritur abbas predictus, se informet et invenerit aliquid ablatum compellat prepositum ad restituendum. Item d. archiepiscopus reservavit sibi plenam et liberam potestatem pronuncciandi et ordinandi tam de premissis quam de omnibus aliis, que venerunt vel venient in predicto compromisso . . .

[1] Vgl. Auctorit. XIII. 2.

(sic) transacto usque ad diem XXVIII mensis Augusti de anno d. MCCCLXXIII° (sic) presenti videlicet censibus, fumalibus, emolumentis, prediorum subsidiis, redditibus, culpis, proventibus et obvencionibus quibuscunque, quomodocunque et undecunque ad cameram nostram et mensam archiepiscopalem spectantibus ostendendo et demonstrando racionabiliter prescripta, quid, quantum, a quo, qua racione, ex quo debito, quo anno, mense et die perceperit et dispensaverit hec omnia per tempora et dies exprimendo et realiter demonstrando, cui, quid, ad quid, propter quid, ex qua causa, quo mandante et quo tempore et die dederit et dispensaverit. Ea propter habentes eius fidelem administracionem commendatam, volentes sue in hac parte legalitati providere, ne in reddendis racionibus super hiis valeat et debeat amplius per aliquem fatigari, ipsum nomine nostro et ecclesie nostre et successorum nostrorum quittamus, liberamus, absolvimus et perpetuo quittum reddimus, liberum et absolutum harum etc. . .

52. Instrumentum renunciacionis ecclesiarum.

In nomine domini Amen. Discretus vir . . . de . . . domini pape scriptor apud sedem apostolicam personaliter constitutus duas partes parochialis ecclesie in D. ac parochialem sancti P. de . . ., quas quidem duas partes et ecclesiam sancti P. idem N. . . olim fuerat canonice assecutus, ac omne jus, si quod sibi competebat vel competere poterat in eisdem vel earum aliqua, libere et ex toto dimisit et renunciavit eisdem nichil sibi in ipsis ecclesiis vel earum aliqua penitus reservando et eciam revocavit omnes et singulos procuratores et quascunque alias personas, qui et que predictas duas partes et ecclesiam sancti P. seu aliquem eorundem nomine ipsius magistri . . . tenent seu quomodolibet possident. Actum etc. . .

53. Procuratorium ad visitandum Limina apostolorum.

In nomine Domini Amen. Reverendus in Christo pater d. archiepiscopus Pragensis pro se suoque archiepiscopatu et ecclesia fecit, constituit et ordinavit . . . et quemlibet eorum

in solidum eciam suos et dicti archiepiscopatus ac ecclesie procuratores ac actores, sindicos et nunccios speciales ad presentandum se pro ipso domino archiepiscopo coram camera domini pape et ad visitandum limina apostolorum Petri et Pauli et ad petendum super hoc literas prout ipse d. archiepiscopus tenetur ex debito prefati iuris et omnia alia et singula faciendum, ad que tenetur idem d. archiepiscopus racione iuramenti prestiti in Romana curia tempore consecracionis sue et occasione consecracionis in Romana curia recepte et alium seu alios procuratorem seu procuratores loco sui substituendum et generaliter omnia alia etc. usque et que idem archiepiscopus predictus facere posset si presens esset promittens michi notario infrascripto solempniter stipulanti (?) se ratum, gratum et firmum omni tempore habiturum etc. . . usque . . . sub ypoteca et obligacione omnium bonorum suorum et dicte ecclesie et archiepiscopatus predictorum. Actum etc. . .

54. Datur licencia alicui visitandi sepulchrum domini.

Arnestus etc. dilecto in Christo . . . nostre diocesis layco salutem in domino. In nostra proposuisti presencia constitutus, quod cum tu ex magno devocionis fervore sacrum sepulcrum domini et quedam alia loca sacra ultramarina cupias peregre visitare et hoc propter inhibicionem per sedem apostolicam sublate sentencie excommunicacionis pena in illuc accedentes olim factam nequeas absque ipsius sedis licencia speciali adimplere, supplicasti humiliter tibi in hac parte per eiusdem sedis clemenciam de oportuno remedio misericorditer provideri. Nos igitur tuis in hac parte supplicacionibus quantum cum deo possumus favorabiliter annuentes auctoritate domini pape, cuius penitenciarie curam gerimus et de eius commissione in talibus generaliter nobis facta, quod sepulcrum divinicum et alia loca sacra predicta inhibicione non obstante prefata valeas peregre visitare hac vice, tibi tenore presencium licenciam impertimur presentes literas nostris sigillatas sigillis in testimonium concedentes. Datum Prage etc. . .

55. Forma recommendacionis.

Ad te H(ermannum) plebanum in Montibus seu vices tuas gerentem nuncios et capellanos nostros et ecclesie nostre Pragensis ministros videlicet Conradum, Ulricum et . . . duximus transmittendos, honestatem tuam in domino exortantes, ut eos contemplacione nostri et ecclesie nostre Pragensis, cuius negocium promovent et procurant affectuose recipientes ipsos coram clero et populo ac plebe vestra sollicite et studiose recommendare curetis ac taliter promovere et per promocionem et intercessionem tuam negocium reportare admittentes ipsos in vestris ecclesiis et aliis locis oportunis, ubi et quociens opus fuerit, predicacionis officium per se vel alios exercere. Datum.

56. Commendacio inquisitoris.

Arnestus etc. universis plebanis et ecclesiarum parochialium rectoribus in archidiaconatu Bechinensi constitutis ac universis Christifidelibus . . . salutem etc. Teste apostolo omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus sive bonum sive malum. Oportet enim nos diem visitacionis extreme nostris operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplici fructu recolligere debeamus in celis etc. . . . Cum itaque religioso viro S.[1] ordinis predicatorum, quem inquisitorem pravitatis heretice in nostris civitate et diocesi deputavimus, ad sufferendum onera eiusdem officii provisio nostra XX grossos, que sibi septimanatim de nostro beneplacito de camera nostra donantur, non suppetit, honestatem vestram presentibus monemus et hortamur in domino atque in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus zelo fidei orthodoxe succensi de bonis a deo vobis collatis eidem fratri S., quem ad opus huiusmodi assumpsimus, cum ad vos venerit, pias elemosinas et grata subsidia prompte erogetis ipsumque in execucione officii sui, que prout summe in vestris partibus pronunc nos expe-

---

[1] Swatobor (vgl. Commiss. III. 23), der nach Commiss. III. 24 in die Gegend von Pisek geschickt wurde. Vgl. auch die nachfolgende Formel.

riencia docet est necessaria, veluti zelatores fidei predicte velitis promovere, ut per hec et alia bona, que feceritis inspirante domino, ad eterna gaudia possitis pervenire. Datum etc. . .

57. Alia commendacio inquisitoris per regem.

Karolus etc. dilectis fidelibus nostris abbatibus, prepositis, prelatis, baronibus, militibus, purgraviis, officialibus, villicis, justiciariis, judicibus et universis scabinis, civibus ac popularibus in regno nostro Boemie constitutis graciam regiam et omne bonum. Ad agendam summi dei gloriam et religionis Christiane incrementum venerabilis. . . Arnestus s. Pragensis ecclesie archiepiscopus princeps noster pro heretica pravitate de dicti regni finibus elidenda, prout ad eum spectare dinoscitur, pridem religiosum virum S. olim lectorem fratrum predicatorum in Yglaw Olomucensis diocesis post mortem bone memorie Galli [1] eiusdem ordinis dudum a sede apostolica inquisitoris per dictam civitatem et diocesem Pragenses constituti, inquisitorem pravitatis heretice deputavit, quem nos ex zelo fidei orthodoxe omni studio cupimus prosequi, ut eis commissum officium nostris temporibus prosperetur, ipsum et eius cooperatores et familiares fidelitati vestrum omnium et singulorum interita affeccione qua possumus remittimus et commendamus universitati vestre sub obtentu gracie regie districte mandantes, quatenus cum idem inquisitor, quem et eius ministros in nostram proteccionem assumimus specialem, vos vel aliquos aut aliquem vestrum, quociens et quando per se vel per alium pro huiusmodi officio inquisicionis exequendo requisitos habuerint et necessarium ipsis fuerit, eis plenum et securum conductum in arrestacionibus, captivacionibus et detencionibus cuiuscunque quantecunque preeminencie, dignitatis vel status extiterit seu extiterint, sine mora aut dilacione seu personarum distinccione vos promptos et paratos exhibere curetis, expensas et necessaria eisdem finaliter ministrando, id eciam nullatenus obmissuri inhibentes insuper omnibus et singulis sub districta precepcione, ne ipsum et ei in huiusmodi assistentes officio, nec non scriptores, thabelliones, ministros et familiares quos-

[1] Vgl. Commiss. III. 23.

cunque, quomodocunque, quominus iidem officium inquisicionis libere exercere valeant, ubilibet verbo vel facto impedire quomodolibet presumant, prout indignacionem majestatis regie et penas gravissimas promotu regio infligendas voluerint evitare. Verum quia ipsum inquisicionis onus absque rerum temporalium presidio supportari nequit, volumus et presenti scripto decrevimus, ut in quibuscunque civitate, castro, oppido, villa vel dominio cuiuscunque hereticum fautorem, credentem, defensorem, receptatorem sentencialiter condempnari contingat, tercia pars rerum, possessionum, bonorum mobilium et immobilium eiusdem condempnati ipsi inquisitori vel eius procuratori aut certis nunciis post diem late sentencie infra dies octo mox termino assignetur pro eius necessitatibus discrecionis libito disponenda. Ne autem in consecracionis (sic, consecucionis?) huiusmodi rerum taliter condempnatarum fraus forte per uxorem, filios, consanquineos et propinquos aliqualiter committatur, providemus, ut dominus loci illius vel judex sub testimonio trium personarum, postquam prime suspecciones ad heresi (sic) credentes, fautores et receptatores hereticorum fuerint arrestati, unus vel plures ea die et hora omnes res et bona mobilia et immobilia illico conscribantur fideliter et signentur. Volumus eciam, ut si domini barones, milites, purggravii vel quicunque alii in officiis constituti vel quorum interesset in conscripcione huiusmodi aut reddenda tercia parte predicta inquisitori tardi aut desides fuerint, vel si fraudem committi permiserint aut ipsimet commiserint, decrevimus ex nunc bona eorum propria ad nos et cameram regiam ipso facto protinus devoluta, harum etc..

58. Forma recommendacionis suffraganei ad clerum.

Arnestus etc. universis decanis ruralibus per diocesem nostram constitutis salutem etc. Sunt nonnulli in decanatibus vestris ecclesiarum parochialium rectores, qui in ecclesiis et cimiteriis exsecratis, aliqui eciam sive (sic, in?) altaribus viaticis nostra neglecta licencia divina officia celebrare non verentur, aliqui eciam venerabili fratri nostro Adam exhibitori presencium episcopo Cabulensi,[1] nostro in hiis que ordinem episco-

[1] Cod. metrop. VI. 4 hat ‚Gabuliensi'. Vgl. Urkundenb. von Hohenfurt, Fontes r. a. II. Bd. 23, S. 87. Der in unserer Formel genannte Weih-

palem respiciunt vicario, nullam honorificenciam ac reverenciam, dum ad ipsorum accedit parochias, impendere non verentur. Quare in virtute s. obediencie vestrum cuilibet, cui presentes exhibite fuerint, districte precipimus et mandamus, quatenus eos quos tales fore inveneritis nobis nominatim et distincte exprimere studeatis, nichilominus precipientes ipsis, ut talia de cetero facere non presumant, et fratrem A. vicarium nostrum predictum, dum ad ipsos vel eorum aliquem pervenerit, reverenter suscipiant et pie et caritative pertractent, innotescentes ipsis, quod si aliquem predictis seu predictorum alicui invenerimus repugnantem temeritatem ipsius taliter puniemus, quod eius pena aliis cedet in exemplum. Datum etc. . .

59. Forma recommendacionis bona.

Karolus etc. Inter cetera que de fonte caritatis procedunt elemosina crebrius commendatur solempnioribusque preconiis commendata excellere dinoscitur quelibet agmina pietatis, hec est enim preambula suffragiatrix que nos excusat propiciabiliter de commissis et nobis restituit graciam plasmatoris. Cum siquidem solum et aream religiosis fratribus ordinis beate Marie de Carmello [1] extra muros civitatis nostre Pragensis versus Wissehrad dederimus, ut ibidem monasterium et habitaculum dicti ordinis per ipsos fratres ad honorem dei et beatissime virginis matris eius edificentur et eciam construantur, que non possent perficere nisi elemosinis fidelium adiuventur, devocionem tuam rogamus, attente requirimus et hortamur, quatenus prefatos fratres ipsorumque dicta edificia nostre intervencionis intuitu habens propensius commendatos tue diocesis et provincie mentes et corda fidelium studeas sollicite exhortari, ut ipsi prefatis fratribus pro sustentacione eorundem edificacioneque et construccione dictorum monasterii et habitaculorum manus porrigant adiutrices, ut ipsi fideles per hec et alia que faciunt opera

---

bischof Adam war wohl der unmittelbare Vorgänger des Weihbischof Hermann (Inhib. XIV. 3), Rohn, Antiquit. eccles. distr. Boleslaw. S. 22 nennt als Weihbischof 1359 den Minoriten und Theolog. Doctor Albertus, der als einer der ersten Professoren der Prager Universität bekannt ist.

[1] Die Gründung des Klosters 1347. Pelzel I. 186.

pietatis in sinu Abrahe valeant collocari prefatique fratres dictorum fidelium interveniente suffragio valeant suo laudabili proposito permanere. In quorum etc. . .

60. Forma recepcionis in capellanum.

Arnestus etc. Dilecto nobis etc. . . salutem etc. Religionis observancia et alia probitatis opera, quibus persona tua laudabiliter commendatur, nec non servicia, que nobis fecisti dum in minoribus fuerimus constituti, nostrum merito inducunt affectum, ut personam tuam speciali benivolencia prosequamur. Hinc est quod te de speciali dileccionis affectu in capellanum nostrum duximus assumendum volentes ut fervencius deum pro nobis exores etc. . . In cuius rei testimonium has nostras patentes literas nostrorum sigillorum etc. . .

61. Forma super recepcione sacrorum ordinum ad tytulum patrimonii.

Arnestus etc. . notum facimus universis, quod N. filius P. . de S. . clericus in minoribus ordinibus constitutus nostre diocesis ad presenciam nostram accedens propria in persona coram nobis patentes literas abbatis monasterii . . nec non judicis et juratorum ibidem sigillorum appensione munitas exhibuit et ostendit, ex quarum inspeccione collegimus et tenore, quod idem clericus de patrimonio suo, in quo predicto fratri suo debito iure vere successit, ad valorem et estimacionem XXX sexag. noscitur obtinere, quodque de eodem patrimonio considerata regione et qualitate loci predicti et aliis circumstanciis circa presens negocium oportunis potest et poterit congrue sustentari, prout eciam super hoc sumus fide dignarum testimonio personarum huius rei plenam noticiam habencium verius et clarius informati. Quare vobis domino cancellario nostro et aliis, qui per nos super recepcione et examinacione ordinandorum sunt deputati, precipimus et mandamus, quatenus eundem clericum ad omnes sacros ordines, si eos recipere voluerit, statutis a canone temporibus ordinari et recipi faciatis. In cuius etc. . .

62. Forma super divorcio (propter frigiditatem).

Nos Johannes dictus Padwanus etc. universis . . cupimus fore notum, quod strenuo milite Raczkone de . . . in nostri presencia constituto et petente cum instancia, inter eum et A. natam V. . de . . . matrimonium non esse nec fuisse pronunciari darique sibi licenciam cum alia contrahendi, cum ipse cum ipsa nunquam effectus fuisset una caro, dicens eciam ipsam nunquam in eum consensisse. Et licet pater et alii amici hoc idem faterentur, nos tamen huic negocio tam celeri finem imponere pertimescentes certis et fide dignis personis dedimus in commissis, ut de hoc veritatem diligencius investigarent, qui inquisicione cum ea qua decuit diligencia et sollicitudine facta nos nedum literatorie sed eciam viva voce informarunt, se investigasse, prefatam A. nunquam in ipsum Raczkonem consensisse ymmo adhuc in dissensu perseverare primevo. Advertentes igitur, quod coacte nupcie difficilem exitum habere consueverunt, nec eciam videntes aliquam racionem vel causam, quare dicte persone matrimonium deberent conservare, ideo dei nomine invocato presentibus pronunciamus, nullum vinculum legitimum matrimonium inter ipsos intervenisse nec per consequens aliquod fuisse matrimonium inter ipsos contractum dantes nichilominus et presentibus ipsi R. concedentes et A. cum alio seu aliis in domino licenciam nubendi. In cuius etc. .

63. Forma ut sacramentum eukaristie possit servari (in capella).

Johannes dictus Padwanus etc. . nobili domine M. conthorali domini N. de P. . salutem etc. Veniens ad nostram presenciam discretus vir N. plebanus de L., vester capellanus, nobis pro parte vestra exposuit, quod quia multe persone esse consueverunt in castro . . . que interdum infirmitate inopinata gravate et precipue noctis tempore decedere possunt sine s. eukaristie sacramento, quia tunc ad rectorem ecclesie parochialis de facili haberi non potest recursus, supplicans humiliter et cum instancia, quod cum in castro predicto sit capella in honore beati V. . martyris dedicata, ut in ea corpus Christi

eciam extra officium misse posset retineri. Nos enim, etsi inveniamus sacris expressum canonibus, eukaristie sacramentum in crastinum reservari non debere, cum hoc fieri posse ad opus moriencium iuxta sacras canonum sancciones non negamus, devocione igitur vestra et causis superius expressis attentis concedimus per presentes, ut in altari capelle predicte in aliquo vase decenti . . . possit retineri etc. . .

64. Nota de assignacione sepulture alicui ecclesie filiali.

Arnestus etc. Quia A. de P. . et Jo. de . . . villarum homines propter distanciam parochialis ecclesie earundem, que est ante fores civitatis videlicet apud beatam . . . ipsam commode visitare non possunt nec ipsius recipere sepulturam, concedimus per presentes, ut in capella, que est in predicta villa, sepultura pro hominibus earundem duarum villarum habeatur et quod capella eadem cimiterium pro sepeliendis defunctis a data presencium in antea habeat et habere possit. Per hoc tamen intencionis nostre non est, predicte ecclesie . . . ante civitatem predictam in aliquo derogare seu novam parochiam in predicta villa . . . erigere, ymmo eandem capellam in eadem villa erectam filiam predicte parochialis ecclesie esse volumus et ipsam ad parochialem ecclesiam veluti ad matrem habere respectum. In cuius etc. . .

65. Mandatum ut plebani ad certam diem conveniant ad audiendum mandatum d. archiepiscopi.

Arnestus etc. universis decanis, vicedecanis per nostram Pragensem diocesem constitutis salutem etc. . . . Sub pena excommunicacionis ac sub interminacione divini judicii firmiter iniungentes mandamus, quatenus omnes ecclesiarum plebanos, viceplebanos ceterosque ecclesiarum et capellarum rectores tam regulares quam seculares non exemptos in vestris decanatibus constitutos ad diem, locum et horam, quam lator presencium vobis duxerit assignandam convocetis in unum, ita quod dicte convocacioni omnes intersint propriis in personis non per aliquos responsales nec se sub se aliqua quispiam sui archi-

diaconatus possit aut debeat de eadem convocacione absens excusare, mandatum nostrum omnino necessarium cum debita reverencia audituri et opere completuri, alioquin quicunque decanus se neglexerit in convocando vel plebanus in veniendo, noverit se penas supradictas incurrisse et tam acriter tales puniemus, quod aliis poterit cedere in exemplum. Datum etc..

66. Forma de approbacione thabellionum.

Arnestus etc. dilecto sibi in Christo filio . . . clerico nostre diocesis salutem in domino. Tibi cum te per certos examinatores per nos deputatos ad exercendum thabellionatus officium ydoneum reperimus, concedimus per presentes, ut officium huiusmodi iuxta literas r. domini . . . de . . . advocati dei gracia comitis palatini tibi datas et concessas libere exequi valeas atque possis prohibicione nostra nuper ex causis racionabilibus in contrarium facta non obstante, dantes tibi in testimonium etc. . .

67. Forma legittimandi.

Karolus etc. universis presentis indulti seriem inspecturis imperialis culminis graciam et salutem. Sequentes studium vetuste prudencie condicionem pristinam cupimus coadiuvare nature, ut ingenuitatis ius in nostra re publica polleat et natorum illegitime status inferior per beneficium restitucionis nostre natalibus adiutus exurgat. Sane N. fidelis et devoti nostri Jacobi de . . . Lunensis diocesis nati oblata culmini nostro peticio continebat, quod ipsum prefatus Ja. pater suus solutus de soluta suscepit, unde ad multa est inhabilis redditus tamquam macula illegitime nativitatis aspersus, propter quod idem Nicolaus cum devocionis spiritu celsitudini nostre supplicavit attencius, ut circa reparacionem status ipsius dignaremur benigne nostra providere clemencia et culpam, quam in hoc non ipse sed eius contraxere parentes benignius abolere. Nos igitur verentes nostre consideracionis intuitum quod ad nature primordia, que quando sola homines sanciebat antequam scripte provenirent leges, inter naturales et legitimos non distinxit, quodque origo inhabilis non eius qui nascitur sed gingnentis

est vicium et quod augere rem publicam expedit et multis legitimis hominibus frequentari, eundem N. de cuius fide et moribus ac dicti Jacobi genitoris sui nonnullis virtutibus promerentibus apud serenitatem nostram laudabilia fide dignorum fidelia testimonia perhibentur, plene et graciose restitucionis beneficio integramus et legitimamus ad omnes actus legitimos non subsistit, ut ipse et Nicolaus ad legitimorum consorcium privilegio nostre reintegracionis adiutus et natalium splendore lustratus ad honores, dignitates et gracias se habilem inveniat et capacem huic nostre majestatis indulto, quod de mera nostra consciencia procedit, lege et constitucione non obstante contraria. In cuius etc. . .

68. Nota audiendi confessiones.

Arnestus etc. . Cum religiosi viri fratres . . . et . . . conventualis domus fratrum predicatorum in Egra Ratisponensis diocesis, exhibitores presencium, sint nobis per religiosum virum fratrem . . . priorem dicte domus fratrum predicatorum in Egra pro audiendis confessionibus presentati, quare vobis . . . decano . . . nec non omnibus et singulis plebanis vel eorum vicesgerentibus infra terminos domus fratrum predicatorum nostre diocesis constitutis in virtute s. obediencie mandamus, quatenus ipsos fratres non impediatis, quominus confessiones Christi fidelium sibi confiteri volencium infra hinc et festum . . . venturum de proximo possint audire ipsisque iniungere penitenciam salutarem, nullam tamen per hoc nobis in casibus a jure reservatis dictos fratres dicimus habere potestatem nisi aliud constaret de nostre beneplacito voluntatis. Datum etc. . .

69. Nota super eodem.

Arnestus etc. Cum religiosi viri . . . (ut supra) speciale mandatum ab . . habente pro audiendis confessionibus presentati petente, ipsos admitti iuxta decretalem per felicis record. d. Bonifacium papam VIII. editam, que incipit: Super kathedram etc. Quare vobis decano . . et aliis plebanis et viceplebanis nostre diocesis intimamus, ut infra terminos, quos

dicti fratres de Egra in nostra Pragensi diocesi obtinere noscuntur, ipsos admittere valeatis ad faciendum et exercendum ea, que per dictam constitucionem fratribus dicti ordinis sunt concessa, per presentes tamen literas in casibus nobis a jure reservatis dictos fratres nullam habere dicimus potestatem. Datum etc. . .

70. (Testandi libertas.)

Honorabili viro etc. . Attendentes tue devocionis affectum nec non obsequiosa servicia, que nobis hactenus intenta sollicitudine impendisti, ea propter volentes votis tuis annuere iuxta posse tibi testandi ac testamentum condendi nec non ordinandi et disponendi de omnibus et singulis bonis et rebus tuis mobilibus et immobilibus ad te racione quacunque pertinentibus pro tue libito voluntatis plenam auctoritate ordinaria qua fungimur tenore presencium licenciam concedimus et liberam facultatem.

71. (Forma electionis per compromissum ad scolastriam.)

Venerabili in Christo patri et domino nostro Arnesto etc. . Plichta decanus, Johannes Pauli, Welco etc. . totumque capitulum vestre s. Pragensis ecclesie omnem quam possunt reverenciam et honorem. Nuper scolastria per mei decani assecucionem decanatus predicti vacante nos videntes eidem scolastrie in suis juribus et facultatibus ex vacacione diutina grave dispendium imminere, citatis omnibus, qui eleccioni de futuro scolastico faciende valuerunt et potuerunt de consuetudine alias de jure comode interesse terminum assignavimus competentem, videlicet diem duodecimam mensis Julii anni presentis,[1] quo termino veniente nos in loco refectorii annexo dicte nostre ecclesie, in quo capitula nostra communiter celebrari consuevimus, recipere curavimus de eleccione futuri scolastici tractaturi. Tandem post discussiones multiplices et tractatus inter

---

[1] Wahrscheinlich 1358, denn in diesem Jahre wurde der frühere Scholasticus Plichta zum Decan gewählt (nach dem Tode Przedwoj's). Vgl. Confirm. X. 7.

nos prehabitos placuit nobis omnibus et singulis nemine penitus discrepante, per viam compromissi procedere et ipsi scolastrie de persona ydonea providere. Quo facto honorabiles viros dominos Plichtam decanum, Hinconem Habardum de Malowar ac P(rzibiconem) archidiaconum Bielinensem, canonicos nostre ecclesie memorate concorditer et unanimiter pro compromissariis elegimus dantes eisdem plenam et liberam potestatem eligendi scolasticum et eidem scolastrie de persona idonea providendi, ita videlicet, ut quem ipsi compromissarii ex se ipsis vel de capitulo nostro ducentur eligendum illum pro scolastico nostro dicteque nostre ecclesie habere procul dubio deberemus, eisdem autem compromissariis compromissum huiusmodi in se sponte suscipientibus dirigente mentes eorum domino, qui dux hominum est et via, invocata spiritus s. gracia prefati domini compromissarii in honorabilem virum dominum Benessium de . . . virum utique sufficientem et ydoneum, moribus et vita commendatum et in spiritualibus et temporalibus circumspectum consenserunt ac eum in scolasticum Pragensem elegerunt, prefatus d. Plychta decanus secundum formam in compromisso expressam voluntate et consensu predictorum collegarum suorum accedentibus et consencientibus ipsum elegit presentibus compromissariis suis supradictis in omnium nostrum presencia in hunc modum: In nomine patris et filii et spiritus s. Amen. Quia vacante scolastria ecclesie Pragensis placuit omnibus et singulis prelatis et canonicis predicte ecclesie Pragensis capitulum facientibus per formam compromissi simpliciter de scolastico eidem ecclesie providere michique Plychte decano ac dominis suprascriptis Hynconi Habardo de . . et P. archidiacono Belinensi canonicis predicte Pragensis ecclesie meis sociis potestatem plenam et liberam eligendi dederunt et ipsi ecclesie de scolastico providendi, nos post diversos tractatus personarum multiplicium finaliter divina favente clemencia gracia in dominum Benessium de C.[1] canonicum dicte nostre Pragensis ecclesie duximus concorditer vota nostra, virum utique providum et discretum vita et moribus merito commendandum ac in spiritualibus et temporalibus circumspectum, unde ego Plychta decanus vice mea et dictorum collegarum

[1] Beness de Crawar. — Im Jahre 1362 wird bereits als Scholasticus Nicolaus genannt.

seu sociorum meorum ac de mandato ipsorum nomineque et vice dicti nostri capituli predictum dominum Benessium eligo in scolasticum ecclesie Pragensis nostre et eidem ecclesie provideo de eodem. Dicta quoque eleccione sic canonice et solempniter celebrata et publicata ipsaque per nos omnes unanimiter recepta et approbata, idem electus qui presens aderat eleccione eadem sibi presentata nobis, ut eidem consentiret ipsum hortantibus, timens divine disposicioni contraire, invocato divine pietatis auxilio humiliter votis nostris assensit, eleccionem ipsam onusque dicte scolastrie ad honorem dei ac gloriose genitricis eius virginis Marie et beatorum martirum Viti, Venceslai atque Adalberti, patronorum dicte nostre ecclesie suscipiens et acceptans tam timide quam devote. Vestre igitur reverende paternitati humili prece duximus suplicandum, quatenus eleccionem ipsam sic rite et racionabiliter celebratam approbare et electo, prout ad vestrum spectat officium, munus confirmacionis dignemini impertire, quodque ut sic ipse auctore deo nobis et predicte scolastrie preesse valeat et prodesse. Ut autem vota nostra in predictis omnibus et singulis concordasse noveritis, paternitati vestre hoc canonicum decretum transmittimus sigillo nostri capituli roboratum. Actum et datum etc. . .

72. (Procuracio ut detur.)

Petrus dei et apostolice sedis gracia episcopus Valteranensis [1] eiusdem sedis nuncius honorabili viro officiali Pragensi salutem in domino. Cum sanctissimus in Christo pater et dominus d. Urbanus etc. papa V. pro quibusdam arduis ecclesie Romane negociis ad Ytalie, Almanie ac Ungarie et Boemie partes nos duxerit destinandum et ordinaverit, quod nobis octo flor. auri singulis diebus per personas ecclesiasticas, per quarum loca nos contigerit declinare, pro expensis nobis necessariis

---

[1] Petrus Bischof von Volterra wurde im Januar 1363 vom Papst Urban V. an Karl IV. abgeschickt. (Am 14. Juni 1363 nimmt Karl IV. auf Bitten des Bischofs Peter von Volterra den von dessen Vorgänger Philipp eingelegten Protest an. Huber, Reg. 3958.) Während seines Aufenthaltes in Prag wurde er zum Bischofe von Florenz ernannt. Vgl. die nachfolgenden zwei Formeln. — Dazu auch Process. VI. 4.

assignentur secundum quod in literis apostolicis super hoc confectis nobisque exhibitis plenius continetur, quarum tenor talis est: ‚Urbanus etc. . venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis electis abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbyteris, plebanis, rectoribus et aliis ecclesiarum et monasteriorum prelatis, ipsorum vices gerentibus ac capitulis et conventibus ecclesiarum et monasteriorum ipsorum, ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, Cisterciensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Premonstratensis, Camaldulensis, ss. Benedicti et Augustini et aliorum ordinum et domorum, hospitalis s. Johannis Jerosolimitani, s. Marie Theutonicorum et humiliatorum magistris, prioribus et preceptoribus, ad quos presentes litere pervenerint sulutem etc. . Cum venerabilem etc. Petrum episcopum Valteranensem, apostolice sedis nuncium, latorem presencium, pro quibusdam negociis sibi per nos concessis ad partes Ytalie, Almanie, et Ungarie ac Boemie partibus destinemus, universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica scripta mandantes, quatenus eundem episcopum, cum per partes vestras transitum fecerit, ob reverenciam apostolice sedis et nostram benigne et honeste tractantes sibi quamdiu in huiusmodi negociorum prosecucione fuerit diebus singulis in octo flor. auri pro expensis suis necessariis et de securo conductu nec non de eveccionibus oportunis, si sue forsan in via decesserint vel defecerint aut alias fuerint impedite, cum super premissis per eundem episcopum vel eius nuncium fueritis requisiti, vobis tamen quam primum commode fieri poterit eveccionibus restituendis eisdem in eundo, morando et redeundo liberaliter providere curetis. Et si forsan eundem episcopum in aliquibus terris sive locis vestris ex aliqua causa maximam moram trahere contigerit, volumus, quod non solum vos prelati et persone ecclesiastice terrarum et locorum ipsorum sed eciam vos patriarche, archiepiscopi et episcopi etc. ↘. ac persone ecclesiastice quecunque religiose et seculares ac ecclesiarum et monasteriorum capitula et conventus etc. . . (wie oben) sicut idem episcopus pro huiusmodi dividendis et facilius supportandis honoribus expedire viderit, in provisionibus et subvencionibus huiusmodi contribuatis, sic itaque mandatum nostrum huiusmodi efficaciter adimplere curetis, quod devocionem vestram commendare merito valeamus.

Aliquin sentenciam quam idem episcopus per se vel alium rite tulerit in rebelles, super quo sibi plenam tenore presencium concedimus facultatem, ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfaccionem condignam inviolabiliter observari, non obstante si vobis aut quibusvis aliis communiter vel divisim a sede predicta sit indultum, quod nunciis sedis eiusdem procuracionem aliquam exhibere vel in ipso contribuere, nisi ad vos declinaverint, minime teneamini et ad id compelli autque interdici, suspendi vel excommunicari non possitis, per literas apostolicas, que de indulto huiusmodi ac toto eius tenore plenam et expressam non fecerint mencionem et quibuscunque privilegiis et indulgenciis quibuscunque personis, locis, ordinibus sub quacunque forma vel expressione verborum ab eadem sede concessis, de quibus quorumque totis tenoribus in nostris literis mencio sit habenda et per que presentis mandati nostri effectus valeat quomodolibet impediri. Datum Avinioni etc. . . Ideoque vobis presencium auctoritate mandamus, quatenus ducentos quinquaginta flor. auri pro parte solucionis sive procuracionis nobis debite racione nostre nunciacionis pro tempore, quo nuper de Ungarie regno nostre nunciacionis officium exercendo in civitate et diocese Pragensi fuimus prout adhuc sumus, nec non florenum auri unum notario nostro pro scriptura solvatis nobis infra sex, quos vobis pro monicione canonica et termino peremptorio assignamus (sic). Verum quia post requisicionem huiusmodi nobis factam die dat. presencium predictos ducentos quiquaginta florenos auri nomine prefati reverendi patris d. archiepiscopi Pragensis nobis fuerint integraliter persoluti et attendentes, quod alias pronunciacione huiusmodi fuimus et a prefato reverendo patre d. Pragensi archiepiscopo magnam summam pecunie habuimus, ut nunc huiusmodi provisionum et subvencionum onera per vos facilius supportentur, ne clerus nostrarum (sic, vestrarum) civitatis et diocesis plus debito sit gravatus, quia onus in partes divisum facilius supportatur, contributorem ad contribuendum una vobiscum in provisionibus et subvencionibus supradictis reverendum in Christo patrem dominum episcopum Rat(isbonensem) eiusque civitatis et diocesis clerum vobis damus et eciam assignamus ita videlicet, quod ab eodem ducentos florenos auri et florenum unum notario nostro pro scriptura una eciam cum iustis et moderatis expensis, quas propter hoc duntaxat nos subire

contigerit, super quo vestram conscienciam oneramus, petere et exigere, ipsum si rebellis extiterit per censuram ecclesiasticam compellere valeatis, absolucionem quoque illis vel illorum, qui nostras sentencias occasione retardate solucionis vel rebellionis incurrerint vobis tantummodo reservantes. Datum etc. . .

73. (Provisio expensarum pro legato.)

Reverendo in Christo patri domino . . . dei gracia archiepiscopo Magdeburgensi et . . . eius vicario, officiali, thezaurario, receptori vel eorum locum tenentibus capituloque et singulis canonicis Magdeburgensis ecclesie supradicte Petrus eadem gracia olim Walteranensis nunc Florentinensis episcopus, apostolice sedis nuncius, salutem etc. . . . Cum sanctissimus in Christo pater etc. d. Urbanus papa V. etc. . . . (v. 72.). Verum quia nos Petrus episcopus et nuncius supradictus in civitate et diocese Pragensi per LXXIVor dies et amplius moram fecimus nostre nunciacionis officium exercendo, accedenteque eciam, quod idem tempus reverendi in Christo patres G.[1] episcopus Aquensis et S[2] generalis ordinis predicatorum dicte apostolice sedis nuncii, in dictis Pragensi civitate et diocese moram traxerunt et racione dicte nunciacionis pro dictis . . . . (74) diebus rev. pater d. Arnestus archiepiscopus Pragensis nobis integraliter solvi fecit, ut igitur clerus eiusdem civitatis et diocesis Pragensis plus debito sit gravatus, quia onus in partes divisum facilius supportatur, contributorem ad contribuendum unacum d. Pragensi episcopo memorato et aliis contributoribus sibi datis in provisionibus et subvencionibus supradictis pro ducentis quinquaginta flor. auri, vos vestramque civitatem et diocesis clerum eidem damus et assignamus. Ideoque vobis et vestrum cuilibet auctoritate apostolica supradicta nobis in hac parte commissa mandamus, quatenus predictos ducentos et quinquaginta florenos auri et VII gr. boemi-

---

[1] Guido, wird in der Urkunde dd. 8. Februar 1364 als Zeuge angeführt. — Huber, Reg. 4009.

[2] Simon, Meister des Predigerordens. Derselbe wird bereits als Zeuge angeführt in der Urkunde Karls IV. dd. Prag. 26. August 1355 (Huber, Reg. 2233). Ende November 1358 kam er wieder als päpstlicher Legat nach Prag. Tomek III. 289. — Vgl. auch die nachfolgende Formel.

cal. notario nostro pro scriptura absque contradiccione et rebellione quacunque infra decem dies a die presentacionis et requisicionis vobis vel alicui vestrum ex parte ipsius d. archiepiscopi Pragensis facte continue numerandos, quas decem dies vobis et vestrum cuilibet pro termino peremptorio ac monicione canonica assignamus, eidem d. archiepiscopo vel eius nuncio ad hoc deputato integraliter persolvatis, alioquin in vos . . . interdicti ab ingressu ecclesie sentenciam et si per alios tres dies predictos decem immediate sequentes suspensionem ab officio et si per alios tres predictos XIII immediate subsequentes predictas sentencias, quod absit, animo sustinueritis indurato ac eciam in prefatos vicarium, officialem, thezaurarium, receptorem et locumtenentes ac in singulos canonicos ipsius ecclesie dicta canonica monicione premissa in hiis scriptis excommunicacionis et in capitulum eiusdem ecclesie suspensionem et in ecclesiam ipsam interdicti sentencias ferimus ac eciam promulgamus, aggravacionem autem harum sentenciarum, si rebelles quod absit fueritis, officiali eiusdem d. archiepiscopi Pragensis auctoritate apostolica supradicta committimus per presentes ac absolucionem illius vel illorum . . . ipsi domino archiepiscopo reservantes. Ceterum vobis et vestrum cuilibet auctoritate presencium committimus, ut deum habentes pre oculis predictos ducentos quinquaginta florenos auri per nos vel alium seu alios a clero ac ecclesiasticis personis vestrarum civitatis et diocesis exemptis et non exemptis a singulis eorum videlicet prout consuetum consideratis eciam facultatibus eorundem, super quo vestram conscienciam oneramus, pro rata suorum proventuum cum iustis et moderatis expensis, quas propter hoc duntaxat vos subire contigerit, petere et exigere ipsosque per censuram ecclesiasticam compellere valeatis. Constat nobis de rasuris etc. Datum Prage sub sigillo etc. . .

74. (Processus legati pro provisione.)

Reverendo in Christo patri et domino episcopo Lubucensi et venerabilibus etc. capitulo singulisque personis ecclesie Lubucensis dignitates, personatus, administraciones seu officia quecunque habentibus nec non omnibus et singulis plebanis, viceplebanis seu ecclesiarum rectoribus vel ministris vel aliis

clericis quibuscunque beneficia ecclesiastica obtinentibus vel eorum locumtenentibus . . . frater Simon magister ordinis fratrum predicatorum, apostolice sedis nuncius, omnem reverenciam et honorem. Quia sanctissimus in Christo pater et dominus d. Urbanus etc. papa V. pro quibusdam arduis ecclesie Romane negociis ad Almanie et Ungarie et Boemie partes nos duxerit destinandum et ordinaverit, quod nobis quatuor floreni auri singulis diebus per personas ecclesiasticas, per quarum loca nos contigerit declinare, quarum tenor talis est: Urbanus etc. Cum igitur ad prosecucionem negociorum nobis a sede apostolica commissorum procedamus et in prosecucione huiusmodi negocii existentes magnam summam florenorum a reverendissimo etc. archiepiscopo Pragensi eiusque clero habuerimus et habere debeamus, idcirco ne dictus archiepiscopus cum suo clero plus debito pregravetur et ut onus divisum in partes facilius supportetur iuxta potestatem nobis per subscriptas literas apostolicas attributam matura deliberacione premissa vos dominos supradictos contributores domino archiepiscopo Pragensi eiusque clero ad contribuendum una cum eis damus et eciam assignamus vos et quemlibet vestrum, qui super hoc fueritis requisiti rogantes et eciam requirentes, quatenus nobis de sexaginta flor. puri auri iusti et veri ponderis pro expensis nostris pro XV diebus, quibus inter quamplures alias in dicta Pragensi diocese stetimus et stamus, ut prefertur, nec non et expensis necessariorum nostrorum ad recipiendos dictos sexaginta florenos nobis debitos transmissuris una cum salario notarii presentem processum scribentem ac eciam publicantem (sic) nobis solvere et expedire curetis, monentes vos omnes et singulos auctoritate predictarum literarum apostolicarum, ut infra XXX dies, quorum decem pro primo, decem pro secundo et reliquos decem pro tercio peremptorio termino ac monicione canonica assignamus . . . dictos sexaginta florenos nuncio nostro seu nunciis presencium exhibitoribus vel alteri eorundem latoribus ac latori presencium, quos vel quem nostros procuratores seu procuratorem constituimus etc. . . . quibus quidem nostris procuratoribus ac nunciis expensas suas, quas ad dimidium florenum et unum grossum Pragensem pro singulis diebus, quibus ipsos vacare contigerit negocio nostro dicto et salario notarii publici presentem processum scribentis et in formam publicam redigentis, quod ad unum for. (sic, florenum) taxamus

solvere et expedire curetis. Alioquin in vos domine . . episcope lapsis dicto termino monicioneque canonica ab ingressu suspendimus et in alios qui in premissis inobedientes fuerint aut rebelles excommunicacionis sentenciam ferimus in hiis scriptis, absolucionem et relaxacionem huiusmodi sentencie domino officiali Pragensi reservantes. Literas autem apostolicas suprascriptas propter viarum pericula ac alias certas causas vobis ad presens non mittimus, sed si eas videre volueritis et copiam habere offerimus nos paratos vestris tamen sumptibus et expensis. De die autem recepcionis presencium et aliis que feceritis in premissis nobis per literas vestras seu instrumentum publicum rescribatis etc. . . Datum et actum . . . in tali loco ordinis . . . in commodo habitacionis nostre sub anno etc. . . MCCC . . . indiccione etc. [1]

75. Forma quittacionis optima.

Nos Jo. [2] etc. . (sic) notum facimus etc. quod honorabilis vir . . thezaurarius noster devotus dilectus nobis plenam et congruam ac sufficientem reddidit racionem de omnibus et singulis per eum perceptis a die videlicet . . . mensis . . de anno d. MCCCLXII transacto usque ad diem . . . mensis Augusti de a. MCCCLXVIII presenti, videlicet censibus, fumalibus, emolumentis prediorum, subsidiis, redditibus, culpis, proventibus et obvencionibus quibuscunque, quomodocunque et undecunque ad cameram nostram et mensam archiepiscopalem spectantibus (etc. — stimmt sonst wörtlich mit Nr. 51 zusammen).

76. (Arnestus Hanconem diaconum instituit campanatorem ecclesie Saccensis.)

Arnestus archiepiscopus Pragensis etc.

Vobis honorabili viro d. Velislao decano ecclesie Saccensis significamus, nos discreto viro Hanconi diacono ministro ecclesie predicte, exhibitori presencium, propter ipsius probitatis merita,

---

[1] Vgl. die beiden vorangehenden Formeln.

[2] Johann Očko von Wlašim, der Nachfolger Arnests.

quibus aput nos est plurimum commendatus, de officio campanarie in prefata ecclesia per mortem Georgii olim campanatoris ibidem vacante, cuius collacio, provisio, presentacio seu quevis alia disposicio ad nostram mensam archiepiscopalem pertinere dinoscitur, providisse et ad idem legittime, prout ad nostrum spectat officium, confirmasse. Quare honestati vestre aut vices vestras gerenti committimus et mandamus, quatenus predictum Hanconem in corporalem possessionem jurium et pertinenciarum campanarie antedicte inducatis et inductum defendatis, contradicentes quoslibet ut rebelles per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum Prage anno Domini MCCC. quinquagesimo sexto die septima mensis Aprilis.

77. Litera missilis.

Reverende pater, frater et amice carissime! Clangentibus verbis magnificos actus Pompei et Cesaris consiliaque tunc habita dileccio vestra commemorat, quibus olim Noviforensis Johannes more sapientis Cathonis sapienter dabat sapiens consilium Karolo sapienti, nunc vero forciori negociorum materia cesari occurrente in marchia taliter Olomucensis presul Valerii Maximi, Tulii Virgilii atque Lucani profunda perquirat consilia, quod ex unione presenti marchie quam cesar pretendit nobile regnum Boemie post afflicciones continuas felicia valeat recipere incrementa, namque omnium fuit precipuus Pragensis antistes sub boni fiducia consilii poetarum, accedere cum eo intendit ad cesarem et die penthecosten in Jencenstein esse in cena, ut die sequenti paratus ad iter pertingere sine offensa valeat Albam Aquam. Datum etc. . .

INHALT.

II. Monitiones.

III. Commissiones.

IV. Dispensationes.

V. Petitiones.

VI. Processus.

VII. Incorporationes.

VIII. Erectiones.

IX. Donationes.

X. Confirmationes.

XI. Indulgentiae.

XII. Declarationes.

XIII. Auctoritates.

XIV. Inhibitiones.

XV. Locationes.

XVI. Permutationes.

XVII. Consensus.

XVIII. Emptiones.

XIX. Confirmat. abbatissae.

XX. Arengae.

XXI. Sequestrationes.

XXII. Coadjutoria.

XXIII. Libertates.

XXIV. Diversa.

(Sequuntur formae indifferenter secundum materias diversas.)

Archiv

für

österreichische Geschichte.

Herausgegeben

von der

zur Pflege vaterländischer Geschichte aufgestellten Commission

der

kaiserlichen Akademie der Wissenschaften.

Zweiundsechzigster Band.

Wien, 1881.

In Commission bei Carl Gerold's Sohn

Buchhändler der k. Akademie der Wissenschaften.

Druck von Adolf Holzhausen in Wien,
k. k. Hof- und Universitäts-Buchdrucker.

Inhalt des zweiundsechzigsten Bandes.

DER KRIEG VON 1278

UND

DIE SCHLACHT BEI DÜRNKRUT.

EINE KRITISCHE UNTERSUCHUNG

VON

ARNOLD BUSSON.

VORWORT.

Die Fragen, welche ich in dem hier vorgelegten Aufsatze zu erörtern unternommen, beschäftigten uns im Winter-Semester 1877/78 in den Uebungen des historischen Seminars, und bereits damals habe ich die Arbeiten in den wesentlichsten Punkten so abgeschlossen, wie ich sie jetzt der Oeffentlichkeit übergebe. Der Umstand, dass andere Arbeiten mich an der abschliessenden Redaction und der weiteren Ausführung einzelner Punkte bis jetzt verhinderten, ermöglicht es mir nun in erwünschter Weise, die seither zu dieser Frage erschienenen Arbeiten mit berücksichtigen zu können. Nicht weiter aufgehalten habe ich mich mit der Schrift von Janko, Rudolf von Habsburg und die Schlacht bei Dürnkrut am Marchfelde, Wien 1878, da es einfach Zeitverlust wäre. Ich stimme ganz überein mit der Beurtheilung derselben durch Lorenz, Sybel's Zeitschr. N. F. VI, 380.[1] Bezüglich der Arbeit von Schmid, Graf Albert von Zollern-Hohenberg, waren meine Erwartungen hoch gespannt durch eine Besprechung in der Augsb. Allg. Zeitung 1879, Beilage Nr. 292, Seite 4299, da in derselben die Darstellung Schmids als die klarste, anschaulichste und der Wirklichkeit entsprechendste bezeichnet wird, die über die vielbesprochene Schlacht vorhanden ist. Nach eigener Lecture kann ich dies Urtheil durchaus nicht bestätigen. Der Verfasser fusst viel zu wenig auf eigener, gründlicher Durchforschung des Quellenmaterials — seine Arbeit ist durchaus keine selbstständige, schliesst sich vielmehr in den wichtigsten

[1] Vergl. Jahresberichte der Geschichtswissenschaft I, 161.

Punkten einfach an Vorarbeiten, besonders die Ausführungen von Lorenz an. Die gerühmte Anschaulichkeit kommt nicht der historischen, sondern der romanhaften Seite des Buches zur Anrechnung.

Neben den älteren Darstellungen von Lichnowsky und Kopp habe ich mich daher ganz besonders mit Lorenz, dem sich vielfach Dudik aufs engste anschliesst, und mit General Köhlers Aufsatz, Forsch. zur d. Gesch. XIX, 307 ff., sowie mit der dadurch hervorgerufenen Discussion zwischen ihm und Lorenz, Sybel N. F. VI, 380, Forsch. zur d. Gesch. XX, 216, abzufinden. In vielen und wichtigen Punkten hat Köhler in seiner aller Anerkennung werthen Arbeit Lorenz mit Glück berichtigt. In anderen kann ich ihm nicht beistimmen, weiche namentlich in Bezug auf die Kritik der Quellen wesentlich von ihm ab.

Der Polemik bin ich nirgends ausgewichen — einmal hat das seinen Grund in der oben erwähnten Entstehung dieses Aufsatzes in Seminar-Uebungen, für welche die Berücksichtigung der vorhandenen Bearbeitungen neben den Quellen unerlässlich ist. Dann aber glaube ich nur so, nur durch genaue Beachtung und, wo es nöthig ist, Bekämpfung der von Andern verfochtenen Ansichten das Ziel, das ich hier anstrebe, erreichen, diese Fragen womöglich zu einem gewissen Abschluss bringen zu können.

Der Krieg des Jahres 1278 wäre nach der jetzt herrschenden Ansicht von Ottokar wohlvorbereitet, über Rudolf von Habsburg ganz unerwartet hereingebrochen.[1]

[1] Böhmer, Reg. Rudolfs nach Nr. 448: ‚Um diese Zeit brach der Krieg mit Ottokar von neuem aus, unerwartet für Rudolf, vorbereitet für Ottokar'. Lorenz, Deutsche Geschichte II, 202: ‚Der Krieg des Jahres 1278 brach plötzlich, unvorbereitet für den römischen König und unerwartet, wie aus heiterem Himmel hervor'. Vergl. a. a. O. II, 182: ‚Aber davon, dass Ottokar auf neuen Kampf sinne, hatte man um den Jahreswechsel so wenig eine Ahnung, dass vielmehr König Rudolf noch im Februar des neuen Jahres von dem Glücke schreibt, das seine Unternehmungen begünstige, und den Stand der Angelegenheiten lobt, in welchem sich alles in friedlicher Weise entwickele'. Lorenz folgt hier

Diese Auffassung macht dem Scharfblick Rudolfs und seiner Staatsmänner ein schlechtes Compliment! Schon die wiederholte Flickarbeit, die der Wiener Friede vom November 1276 nöthig gemacht hatte, musste doch jeden, selbst einen weniger Scharfsinnigen, eindringlich belehren, dass man von einer definitiven, beide Theile befriedigenden, und darum Dauer versprechenden Gestaltung des Verhältnisses zu Ottokar noch weit entfernt war.

Es lässt sich, wie ich hoffe, zur Genüge nachweisen, dass die jetzt herrschende Auffassung durchaus nicht das Richtige trifft, dass vielmehr Rudolf stets die Möglichkeit neuer kriegerischer Verwickelungen im Auge behalten, dass er mit Rücksicht darauf seine Vorbereitungen getroffen, und zwar so gut getroffen hat, dass er durch den dann wirklich ausbrechenden Krieg nicht nur nicht überrascht war, sondern Dank seiner umsichtigen Massregeln selbst von Anfang an den Gang der kriegerischen Ereignisse bestimmen konnte. Ich erinnere in dieser Beziehung an die Versuche, die Rudolf — freilich ohne Erfolg — gemacht hat, Ottokar seine alten Bundesfreunde in Schlesien und Polen abwendig zu machen, ohne dass der Abschluss des Wiener Friedens ihn von denselben abgehalten hätte.[1] Ganz besonders aber sind die Beziehungen Rudolfs zu Ungarn ein deutlicher Beweis dafür, dass Rudolf, wie sehr er sich auch bemühte, auf dem Wege gütlichen Vertrages, wenn es möglich wäre, einen dauernden Frieden mit Böhmen herzustellen, stets die Möglichkeit des neuen Kampfes in seine politische Rechnung einschloss, und für dieselbe von langer Hand her und umsichtig seine Vorbereitungen traf.[2]

et Augustissimae Ejusdem Mattis Coronae, se et universim Proles suas, Communitas, et Natio ex Herczegovina perlubenter ex toto corde unà cum Armis suis submittit, et subjicit, et Romani item et Graeci ritûs deinceps universim Nos pro Sua Majestate semper DEum imploramus, ut Eidem bonam fortunam et potestatem det. Datum Responsum nostro Deputato Communitatis Herczegovinae gratanter et laetô animô percepimus, unde universa Natio consolata esse dignoscitur, quod acquisiverit Potentem, Clementem, glorioseque Regnantem Imperatorem sibi pro Domino; et quod viderit Imperatoriae Mattis Admonitionem et benignam Instructionem, videlicet ut defacto in pace, constantes, Armis nostris prompti, parati essemus; Omnino sumus prompti et parati, enimvero Turcica Potentia violenter fecit nos parari contra Crucem; Quia vero Bellum esset cum Christiani Nominis hoste, ex parte duplicis Potentissimi Imperij, injustum et inconveniens foret, ut nostra tanta Natio sua gerat Arma contra Crucem; et ut permaneat sub Turcica potestate, ideo quemadmodum ejusdem Imperij ad portam essemus, exmisimus nostrum Deputatum, ut repraesentet Nationis Intentionem et desiderium Aulae Imperatoriae, quô tempore mediô ipsius scribere non potuimus, siquidem tunc temporis Arma Imperialia necdum movebantur ad Campum, per consequens Pacem futuram Nobis timebamus, idcirco exmisimus Hominem cui credi potest; et nos confirmamus hôc nostrô Scriptô universa Communitas et Natio aeque Romani quemadmodam et Graeci ritûs in Districtibus Trebinje,[1] Klobuk, Niksich, Plevalszkij, Kluch, Lubinszkij, Stolatz, Blavaiszkij, Mostar, Potschitel, et Lubuskij, atque reliquis locis, universim subjicimus libenter Nos, et Proles nostras ex toto corde nostro, Armis et Vitâ, Imperatoriae Matti Vrae, demisse tota Natio supplicans, ne amplius relinquat Augustissima Majestas nos degere sub Turcica potestate, quia Annô praeteritô ex eo non voluimus cum ipsis ire ad Bellum, quod Arma Sua Caesarea huc ad Nos putavimus ventura, consequenter modò Turcae videntes, quod nos armati remanserimus, ideo magnam indignationem erga Nos conceperunt, et quidem ex una, quod nos non eamus ad bellum, altera item parte, quod ipsi ex Arcibus exire

---

[1] So im serbischen Original; in der demselben beiliegenden, hier reproducirten lateinischen Uebersetzung steht ‚Trebnyik'.

non possint, timentes sibi a nobis. De reliquo prioribus bellis saepius nos submisimus atque subjecimus Reipublicae Venetianae, et sanguinem nostrum profudimus, et postquam Pacem cum Turca inivisset, nos faucibus Turcicis denuo permisit, ideo ipsi nos amplius submittere non volumus, cum nos derelinquat sub Turcis; Quam ob rem quam primum Arma Imperialis Mattis venient, cordialiter volumus excipere, et ipsis adjutorio esse, ut universim Christianitas omnibus ex partibus est parata in adjutorium, solummodo quam primum tempus Messis aderit, Arma ut venirent, quia secus Turcae frumentum totaliter ad Arces asportabunt, et quando frumentum asportaverint, tunc Arma nostra subsistere non poterunt, adeoque tali praelibato Messis tempore cujuscunque quantitatis Arma exmissa huc venient, de subsistentia sufficienti et necessaria provisa erunt, prouti aliunde Deputato nostro (quem nominare scripto non audemus) optime notum est, quidnam necessarium sit, et quâ viâ cum exmissis Armis veniendum est, ille, et ipsius frater deducent, et informationem dabunt, prouti cum ipsis Ductor Armorum Suorum se correspondenter habebit, ut notificare valeat, ubinam excipere Arma Mattis possimus, dein quantocitius adlaborabimus, ut ubique locorum Arces occludantur, quô tempore eodem, Imperatoriae Mattis Vrae supplicamus Clementiam illam, quam noster Deputatus implorabit hujus Nationis gratia, in eo, quo Imperatoria Mattas integram Consolationem remonstraret, videlicet Libertates Nationi et Privilegia elargienda; Quia Imperator Benignissime! Arces praenarratae hic in Herczegovina sunt omnes in puris Montibus intra meras petras situatae, adeoque Natio nostra incapacitaretur alia praestare quam solum suum cor, et fortitudinem suam armatam, omni tempore fideliter et gratô animô usque ad guttam sanguinis. Et si innotesceret Matti Vrae Imperatoriae, aliquem alium Regem contra nos se parare, tunc libere poterit Eadem Mattas Vra Serma ipsi notificare, et hoc scriptum nostrum monstrare, qualiter nos sponte et benevole Eidem subjecerimus. Si favente Divinitate Sibi istas partes appropriaverit, acquiret tres Portus in ordine, videlicet: unum in Suttorina, alium in Dubrovnik seu Ragusa, tertium vero in Herczegh seu Castellnovi, qui modo Venetianus esset, et hi omnes tres simul sumpti chariores et importantiores erunt, quam Bosnya et Herczegovina suo tempore. Caeterum quidquid

proponeret et concluderet iste noster Deputatus apud Aulam Caesaream, hoc proponit tota Natio, et in omnibus est contenta, qui Deputatus et laudanter perscripsit Nobis, qualiter ibidem honorifice acceptus et aestimatus fuerit, prouti eatenus tota Natio demisse grates Imperatoriae Matti agit.

De reliquo verbum quale propriô ore Nobis Passa dixit, dum vidit quod emanserimus a Bello armati, est: ‚Quare non itis ad bellum Subditi, ecce video quod jam a praeterito Anno, quemadmodum et defacto vos detineatis, sed juro vobis ad fidem Turcicam, si contra nos veniet alicubi Germanus, compellam vos omnes ad bellum quicunque Arma levare et portare potest, neque aliquem domi permittam; et en Vobis condono Harach, seu onus portionale, ne unquam amplius solvatis, et bene vos contra Germanum geratis, quem si vicerimus, majorem adhuc gratiam habebitis: In casum vero si tunc non exiveritis ad bellum, mittam contra vos Militem, et ruinabo, delebo, et incendiô castigabo vos, ad normam Germanorum‘.[1] Penes etiam hoc addidit: ‚Ecce Succursus, etiam provisio subsistentiae veniet ad Dubrovnik, et siquidem Vos recusetis ire ad Bellum, debebitis Provisionem devehere, atque Militi venienti viam sternere atque parare‘. Eapropter supplicamus adhuc Augustissimae Caesareae Majestati Vrae, quatenus quocitius Militem Suum exmittere non dedignaretur, ut possimus hoc in Confinio praepedire succursum et provisionem devehendam, si defacto venerit. Mattas Vra scit aliunde, quod Turcae in locum Armorum contra Germanos plurimum hastas gerant et praeparent, sed si DEus dederit, Divinâ potentiâ ita favente, et dictante Mandatô Caesareô, Caesarei generosi Milites, tales omnes in ipsis Turcis et eorundem equis confringent, unitim, fideliter, et benevole, militariter generose profligabimus Turcam, adjutoriô Divinô, et ex Mandato Caesareo. Volumus Caesaream voluntatem explere, ita et fideles in omni re esse, DEum pro Matte Vestra implorantes, et illos qui Commendantes Militis Majestatis Vrae erunt exaudire, eorundem Mandata atque voluntatem adimplere, ita et in omni re fideles esse, Nos, et Proles nostrae.

---

[1] Sollte dem serbischen Originale gemäss richtiger lauten: ‚pariter ac Germanos‘.

De reliquo supplicat tota Communitas Herczegovina Matti Vrae, ut pace etiam post factâ, nos ne faucibus Turcicis permittat, cum simus tanta quantitas Christianitatis. Augustissima Mattas Vra, modo tota Communitas hisce nos subjicimus, gratias agendo, et DEum pro Matte Vestra orando, dum sigilla nostra hic apponimus.

Jovo Danilovich Pop. Milos Tambarich. Leontie Koprivicza. Michael Petrovich. Danilo Zavalacz. Vuko Milechevich. Mahailo Kulas. Mahailo Nikolich. Gorge Lazarovich. Szekula Miroszawlevich. Mato Ivich. Gyuricza Komlenovich. Luka Kozmanovich. Vaszilie Lazarovich. Sztipan Petrovich. Simo Voskovich. Nikola Milichevich. Szava Vukof. Riszto Rajkovich. Koszto Danilovich. Szavo Perovich Pop. Miha Koprivicza. Niko Tomich. Czvetko Odavich. Miailo Mioevich. Todor Bukovoevich. Todor Basilich. Nikola Vojnovich. Sztojan Dulach. Sztojan Vujnovich. Ilia Milinkovich. Vuko Milutinovich. Niko Luchich. Szava Angelich. Milinko Vukof. Todor Vuich. Luka Radulovich.

Herczegovinae 30. Maij 1738.‘ [1]

---

[1] Ein zweites, blos mit den beigedruckten Siegeln der oben Genannten versehenes und vom 29. April 1738 datirtes Exemplar dieser Urkunde war in den Händen des Bogich Vuchkovich Stratimirovich verblieben. Der Enkel desselben, Stephan von Stratimirovich, griechisch-orientalischer Bischof von Ofen, sandte dieselbe im Jahre 1786 an den Kaiser Josef II. mit folgender Begleitschrift:

‚Die in Bosnien, Herzogtum des Heiligen Sabbae, und Dalmatien unter dem Türkischen Joche schmachtende Illyrische, sowohl von der Römisch-Catholischen als auch Grichischen Religion, Völker, benantlich aber diese Gemeinden als: Trebiner, Klobucser, Nikser, Plevaler, Kljucser, Ljubiner, Stolacser, Potsiteler, Blagaer, Mostarer, Ljubischer, haben stets gewünschen, der Huldreichesten Regirung des Allerdurchlauchtigsten Erzhauses Östereich ehestens sich zu unterwerffen; wie sie auch ihre dergestaltige ernsthaffte entschlüssung A. 1738 wehrend dem Türken Krieg auch durch Thätige Verwendungen am Tag geleget haben, und durch ein Bevolmächtigtes Mitglied die sothane Gesinungen biss an dem Thron Euer Majestäts Glhoreichesten Vorfahrern gelangen liessen. Mein Grossvatter wahre eben so Glücklich diess Geschäfft über sich zu nehmen, und sich wagen zu dörffen diese Bottschafft aus besonderen Triebe der gegen das Allerdurchlauchtigste Ertzhauss hegenden Treüe mit hintansetzung aller Gefahr zu überbringen. Obbenante Gemeinden haben sich mittlst der, zwischen meinen Familien Schrifften Allverwahrten Original Urkunde, Euer Majestät Glhoreichesten Vorfahrern alss Treu Gehorsamste Vasalen unterwürffig gemacht, und eine unverletzliche Treü

B.

,Puncta quae Romano Catholica, et Graeci Ritus Natio Herczegovinensis actu sub Turcica Potestate existens habere desiderat.

Primô: Si ope Divinâ, sive tandem per pacificationem, sive vi Armorum Herczegovina, sub potestatem suae Caesareae, et Regiae Majestatis devenerit, prae primis, ut per eandem suam Majestatem Sacratissimam toti Herczegovinae unum Caput praeponatur, seu moderator, quoad Gubernium administrandum cum plena eaque competenti Authoritate constituatur.

Secundô: Ut aeque attactus Graeci Ritus Populus liberum suae Religionis habeat exercitium, consequenter Ecclesias suas renovare, novas vero ubi placuerit, absque ulla interrogatione errigere ijsdem licitum sit Eppiscopi Ejusdem Religionis, et linguae semper constituantur; alterius ergo Religionis non possit esse eorum Eppiscopus, ijdemque Eppiscopi qui tantum

angebotten, auch meinen Grossvatter uneingeschrönkt, bevollmächtiget, und aussdrücklich erklähret, dass sie alles jene genähmigen werden was durch diesem, in Ihren Nahmen an dem kays. königl. Hoffe verhandlet und festgesetzt werden solte.

Da aber das ungünstige Schicksall das hierdurch angehoffte Glück denen selben damahlen nicht gewähren wolte, wohl aber diese Allerhöchste Gnade, mit der hülffe des Allmächtigen ihren nachkömlingen zu theil werden könte: ermangle ich nicht diese, im Nahmen der Gantzen Obbenanten Gemeinden abgefaste, und durch 26 Haupt-Familien Vorstehern untervertigte Original Urkunde in Tiefester unterthänigkeit einzureichen, wünschend, dass Gott der Allmächtige mittlst Euer Majestät Glhoreichen Waffen die nachkommenschaft der jenigen Ländereyen des durch Ihre verunglickte Vorältern angesuchten Glickes theilhafftig machen möge.

Der an sonsten mit unverletzlicher Treüe und Unterwürfigkeit lebenslänglich bin

Euer Majestät

Treu gehorsamster, allerunterthänigster

Stephan v. Stratimirovits, dermahlen Bischof zu Ofen.

Carlovicz 1[a] Julii 1786.'

(Hofkriegsrath: 1786. B. Nr. 2267). — Diese vom Bischof Stratimirovich dem Kaiser übersendete Urkunde befindet sich im k. k. Geheimen Haus-, Hof- und Staatsarchiv.

duo essent, nempe Herczegovinensis, et Czernogoriensis habeant authoritatem omnes alios Ecclesiasticos in Monasterijs, Civitatibus, et Pagis constituendi, Parochias conferendi, et sine aliqua insinuatione Visitas faciendi, denique omni potestate in Sacerdotes, et Ecclesiasticas Personas gaudeant, nemoque se in Ecclesias, Ecclesiasticas Personas et res ullo Pacto immittere audeat, neque ullum Judicium facere alterius Ecclesiastici, vel saecularis Statûs, sed solummodo Episcopi, et Archi Eppiscopus Ejusdem Religionis, eos porro nullus judicet praeter Aulam Suae Majestatis, id est quoad Ecclesiactica duntaxat, et Personalia, ne videlicet inarestentur, Parochijs, suisque dignitatibus priventur, birsagientur, aut aliter inconvenienter tractentur. Ita quoque omnes Ecclesiae Ecclesiasticae Personae Claustrales Civitatenses, et Paganae, ut sint immunes ab omni contributione, et pensione Regia, ac Commendantum, a portionibus, Decimis, quarterijs, Praejuncturis Belligeratione, et Vigilijs, tam ij, quam et Domus eorundem, ut Ecclesiae omnes eas pertinentias, et tenuta universa reobtineant, quae priorum Regum Tempore habebant, alias per Turcas violenter acceptas in Salvo quoque manentibus omnibus prioribus antiquis Libertatibus, et si aliqua Ecclesia sustentari non posset, ut Turcicis Terris convenienter dotetur, Romano demum Catholicis sive unus, sive plures ritûs eorum Eppiscopi libere praeponantur.

Tertiô: Saecularis pariter Status a portionibus omnis generis Decimis, quarterijs, praejuncturis datijs alijsque contributionibus liber sit, verum ut armis tantumodo fervide, alacriter, et fideliter usque ad ultimam sanguinis guttam Suae Majestati Sacratissimae, Augustissimaeque ejusdem Domui Austriacae, quandocunque, et quocunque mandabitur, filij nepotes, et Pronepotes, universique Descendentes juxta promissionem in Literis Altefatae Suae Majestati Caesareo Regiae scriptis expressam servire obligentur, quibus ut Supremos Capitaneos, item et Knezios, aliosque officiales memoratum per Regiam Majestatem denominandum Supremum Caput, ordinare et constituere possit, neve nullus extraneus pro officiali eligatur, domesticis habilibus, et bene meritis existentibus, omnibus porro officialibus specialis Regula ponatur, ne excedendi via illis pateat, praeterea Populus omnibus Libertatibus gaudeat, quibus sub prioribus Regibus Hungariae gavisus erat adeoque per Suam Majestatem in fortalicijs constituti Commendantes

in praedeclarata communitatis negotia, judicia, Birsagia, Collationes, aliaque universa, nullo modo se ingerere, aut immittere audeant, neque ullam potestatem supra Populum (exceptis pure Militaribus, si pro tempore ijsdem Commando dabitur) nec in fortalicijs nec alibi habeant, sed solumodo mandent et disponant, circa Praesidia, et cum Praesidiario Milite, tempore deinde Belli, ut Populo dum ad Bellum extra Patriam prodeundum erit, ut comode, et debite servitium praestari valeat, Annona, et alia necessaria subministrentur, et in casum eum ubi eadem loca modo praemisso revindicata fuerint, ut Capitanei, alijque officiales salarijs secundum officij competentiam, si ejusdem Regni proventus admiserint provideantur. Pari formiter Terrae aliaeqae possessiones, quod hominibus per Turcas indebite, et potentia mediante arreptae sunt ijsdem restituantur, item si aliquis propter iniquitates Turcicas aliorsum migrasset, et reversus fuerit, tali prior possessio restituatur. Capitanei pro meliori subsistentia Turcicorum Capitaneorum Possessiones pro ipsorum, haeredumque, et successorum consolatione servata proportione, ac secundum dispositionem constituendi Supremi ejusdem loci Capitis capiant, et possideant, in quo nemo eos impediat, Knezijs vero, et alijs inferioribus officialibus cuilibet una Turcica Domus, et Terra tradatur, quicunque nimirum fideliter, et generose expectaverit, et secundaverit Arma Suae Majestatis, nec absimiliter, qui propriam Terram, et Domum non haberet, et tali etiam, qui ex Regione veniret, ut ibidem persistere, et Servitia Militaria adimplere queat Turcica possessione provideatur, dein Populus tanto minus Officiales ad Commendantum Servitia adigantur.

Quartô: A propria alodiatura, sive tandem in Suae Majestatis, sivi extraneis ditionibus distrahetur, et vendetur, Populus a Tricesima, Telonijs, alijsque tributis libertetur.

Quintô: Ut quilibet de possessione, alijsque rebus suis libere Testari possit, et legare in defectu Prolium cuicunque placuerit, si autem Proles extarent, sive eae sint Masculae, sive faemellae in omnibus immediate succedant, in Casum autem eum, ubi quispiam ab intestato, et sine utriusque Sexus haeredibus decesserit, condivisionalis Successionis ejusmodi habeat beneficium, salvis attamen Juribus Vidualibus, Viduabus de Lege Patria competentibus.

Sextô: Glandinatio, Roborum Sectio, Pascuatio, et moderata venatio absque ullo impedimento, et solutione libera sit, prout et aeducilium.

Septimô: Siquidem Commendantibus pure Militaribus negotijs ut praemissum est incumbendum veniet, ideo, ut tam pro Criminalibus, quam Civilibus Judicijs, et Processibus, Fassionibus, Contractibus, alijsque celebrandis alij particulares Magistratûs independentes a Commendantibus instituantur, ita tamen, ut Nationales officiales Judicio intersint, ac juxta leges Hungariae, cujus nempe Coronae subesset Judicent, et ubi exinde aliquod Birsagium, aut aliud Pecuniarium Beneficium evenerit, eadem Pecunia pro Bono Comuni convertatur, appellatio autem non alio, quam directe ad attactum constituendum Caput admittatur, ibidemque finaliter Causa concludatur, et finem sorciatur.

Octavô: Miserae Viduae, Orphani, et alij inopes homines ne ad Castra compellantur.

Nonô: Si Militia Suae Majestatis Sacratissimae eô Deo opitulante penetraverit, ne populo damna inferat, eundemque ruinet.

Decimô: Quaestus ut liber sit, adeoque ne ullum Apaldo absque officialium, et Plebis consensu ullo pacto inducatur; et haec Universa praemissa intelligantur respectu Populi, et Communitatis Herczegovinensis, incipiendo a metis Bosniae, usque ad Venetianas, Ragusanas et Albaniae metas e contra.

Undecimô: Natio ibidem degens eo intendet, ut bona Regula, quoad Belligerandum inducatur, Uniformitas Vestitûs ac aequalia Arma Populus sibi successive procuret, et prono Animo ad Praesidiorum propriorum fortificationem pro possibilitate sua, et Circumstantia temporis, laboratoribus concurrere studebit, unice in homagiali devotione Suae Caesareo Regiae Majestati medio deputati sui Bogich Vuchkovich supplicando, et ardentibus suspirijs exorando, si ad Tractatum etiam Pacis deventum fuerit, ne tantum Christianum Populum sub jugo Turcico Relinquat.‘

C.

Ein Brief aus der Herzegowina an Bogich Vuchkovich.

,Domino Bogich Vuchkovich.

Miramur, a quo ille homo hinc discessit, quod nullam famam habeamus de ipso, nescimus utrum pacifice et sane transiverit; hic sunt adhuc omnia in pace, mox autem terrefacti sumus, enimvero est Viennae unus Nobilis ex Dubrovnik seu Ragusa nomine Sisko Gundula, qui scripsit huc Ragusam, quod Tu Bogich Vuchkovich illuc veneris, et Militiam huc Herczegovinam adduces, prouti et Literas Caesareas huc Capitibus exmisisti; ideo attendendum ut intercipiantur, quae ejusmodi Literae dicti Gundulae sunt exmissae Turcis in Trebinye, nuper narravit Oszman Aga Chatovich Judici Kuzmanov, eatenus etiam inceperunt inquirere, si detectum fuerit, male pro nobis, pro Te autem neque hic, neque in Statu Venetiano locus erit, ideo notum facias Imperiali Aulae, ut vocetur hic Proditor Caesareus et Nationalis, qui mavult Turcae quam Christianitati, et injungatur eidem, ut aliquo modo extinguat hoc perscriptum suum; videlicet scribat, quod se jactaverit solummodo ibi esse Deputatos ex Herczegovina missos pro deducenda Militia huc; verum notificet esse Deputatos ex Czernagora seu Nigro Monte et Berchyani, et siquidem Te ibidem viderit, quoque perscribat, quod jactanter non autem veritatis gratia hoc notificaverit, et si aliquid Turcae tibi facerent una anima solummodo peribit, quo in passu Natio debet interrogari; Dein et notifices Domino Bano, quod contra ipsum hinc universim Turcae moveantur, quia cum interrogaremus quorsumnam pergant? respondent: ,Contra vestrum Patrem Banum'. Hinc ex nostris arcibus pauci abiverunt Turcae, siquidem sibi timent a nobis. Modo summopere male tractantur Nigro Montani et Berchyani a Turcis, nobis autem semper dicunt: ,Vos remansistis defacto a nobis, si nos vicerit inimicus, vel vero venerit ad oppugnandas arces, omnes vos peribitis'. Ideo propter DEum nec uno momento ibidem moreris, si non esset modo comodum Imperialibus Armis venire, sed statim huc venias, neque sine Privilegiis advenias, quia Natio

dubitat, utrum Caesarea Majestas sub Suam Protectionem accipiet Nos, et quando petitioni nostrae Mattas Caesarea annuet, tunc non exibimus ad bellum, quandocunque autem DEus dederit et possibile erit Arma mittendi atque Succursum, si non pro hoc, saltem pro futuro anno nobis mittere poterunt, qualia Privilegia hoc bello moderno si non nobis, saltem nostris Prolibus inservient. Et siquidem jam fatigium feceris, adlabores, ut Sua Majestas Sacrma desiderio Nationis satisfaciat. Sine te nullas amplius Literas mittas, et quando venies, non venias simul cum Judice, secus innotesceret quod adveniebat, quem tecum fuisse nos negavimus. Nihil sciretur, si ille infidelis non perscripsisset. Tuum equum qui tibi est raptus apud Zvornik, quando discessisti, noverunt Turcae in Szaraove quod sit tuus, cujus gratia voluerunt scribere Passae Trebinam, si non tui amici insurrexissent, et judicialiter Testimoniis comprobassent, quod Tu eundem vendideris, et sic extinctum est, ideo venias quantocitius potest, caeterum quando necessarium fuerit iterum ibis, Deus daret ut posset etiam Militia defacto huc venire, eatenus melius, et aliunde necesse est ut venias ante ipsam, ut possimus colloqui insimul uberius. Bosnya fame premitur, multum de frumento et provisione missum est in Dubrovnik seu Ragusam, et Suttorinam, ita et de Milite, sed variae sortis, si fuissemus certi de Caesareo Succursu potuissemus totaliter delere, verum non fidebamus nobis, siquidem nullum Mandatum antea eatenus percepissemus, quidquid sit, illico sis hic, Jovan seu Joannes vero ille remaneat ibidem si necessum fuerit hinc aliquid notificandi. Videas ne perdas Nos et Te ipsum, plurimum tibi scribimus ea quae et pro priori, domi tuae sunt omnia sana.

Trebinye 1ª Junij 1738.'

(Der Bericht des Grafen Esztèrházy im lateinischen Original, die Beilagen A. und C. im serbischen Original nebst lateinischer Uebersetzung, die Beilage B. in lateinischer Uebersetzung befinden sich in der Registratur des k. k. Reichs-Kriegsministeriums: 1738. October 22. Exp.)

VII.

Das vom Hofkriegsrathe dem Kaiser zur Genehmigung vorgelegte, aber wegen des inzwischen erfolgten Friedensschlusses nicht ausgefertigte Privilegien-Patent für die Herzegowina.

‚Carolus etc. Universis et Singulis cujuscunque Statûs, Gradûs, Ordinis, Religionis, Dignitatis, Conditionis, Praeeminentiae, praesertim vero Subditis sub Iugo Ottomannico ingemiscentibus, hasce visuris, lecturis, aut legi audituris Gratiam Nostram Caesaream, et omne bonum; Notumque facimus omnibus et singulis, quod, posteaquam Annis abhinc tribus, adversus immanem Christiani Nominis Hostem novum parare Bellum coacti, non solum impendentia inde tum praedilecto Nobis Hungariae Regno, tum finitimis Nostris Provinciis haereditarijs, Ditionibusque adjacentibus Pericula, Strages, Depopulationes emissô Nostrô Exercitu antevertere, ac communem Salutem, Tranquillitatemque Populorum Nostrorum vindicare, pro Muneris Imperialis a Divino Numine Nobis concrediti ratione cunctis Viribus adnitimur, verum et Fideles Christianam professos Religionem, sub Jugo Turcico gementes, pristinae denuo adserere libertati praecipuô contendimus Studiô, Communitas, et Populus christianus Universus, Romani, Graecique Ritûs in Herczegovina, seu Ducatu S. Sabae eôdem Barbarorum Jugo tantum non oppressus, ac de Clementia Nostra Caesareo-Regia omnino confisus, Annô adhuc superiore, per Deputatos suos Fideles Nobis dilectos, Bogich Vuchkovich, et Knesium Alexium Milichevich, Protectioni, Fideique Nostrae, maxima Devotionis suae Testificatione, sese tradiderit, seque inattentâ declaratione iisdem praecise significatâ, quod armis nostris, durante bellô modernô, alio distractis modo suffulciri haudquaquam possent, sponte tamen suâ, proprioque ausu, arma adversus juratum Religionis Orthodoxae Inimicum aeque, ac contra quoscunque Augustissimae Domus Nostrae Austriacae Hostes fortiter capessiturum spoponderit, atque ut tanto solemnius et luculentius Gratiae Nostrae Protectionisque Testimonium haberet, Clementissimam Privilegiorum subsequentium Concessionem Diplomate Caesareô Regiô firmandam humillime

imploraverit, Nos itaque praelibatae Universitatis Christianae, Nationisque Herczegovinensis generosam perpendentes Indolem, et suprafatam ejusdem Submissionem, Declarationem et Sponsionem per memoratos deputatos ad id rite instructos Nobis exhibitam, ratam omnino habentes, praemissae Petitioni clementer annuendum duximus, prouti et revera, Relatione Nobis per Consilium Nostrum Imperiale Aulae Bellicum desuper accurate factâ, Vigore hujus Caesarei Diplomatis annuimus.

Proinde ex certa nostra Scientia, et de Caesareae Potestatis, et Authoritatis Plenitudine, non tamen nisi interpositâ expressâ Conditione, si videlicet praedicta Natio Herczegovinensis Pollicitationi suae ad amussim satisfecerit, ad Nutum, et Voluntatem Nostram, et quo Necessitas, Salutisque Ratio id ipsum efflagitarit, Castra Nostra Caes. Regia, paratis animis secuta fuerit, seque in acie strenue ac fortiter gesserit, atque porro luculenta generosae Mentis suae Fidelitatisque homagialis Specimina ediderit, expetita a Nobis Privilegia eo, quo inferius recensentur ordine, clementissime elargimur. Et quidem

Primo: Quam primum opitulante Divino Numine, sive mediante Pacificatione, sive Armorum Vi Herczegovinam seu Ducatum S. Sabae Potestati Nostrae subjicere licuerit, atque natio haec ad eam occupandam pro viribus collaboraverit, toti huic Provinciae unum Supremum Caput, seu Moderatorem, qui universum Populum regere, et gubernare queat, collata in eundem plenariâ, eâque ad regendum subditum sibi populum necessariâ et competenti Authoritate, praeficere, et constituere pollicemur, quem tamen a Nostro Arbitrio, et Beneplacito unice et perpetuo dependere volumus. Praeterea concedimus

Secundo: Ut Herczegovinensis graeci Ritûs Populus Religionem suam libere, ac nemine contradicente, exercere, Ecclesias suas instaurare, novas vero absque clementissima Nostra concessione neutiquam erigere, Episcopos suae Religionis et Linguae (exclusis reliquis aliam religionem profitentibus) eô tamen, qui in aliis Provinciis Nostris servatur, more et ordine eligere possit, quo casu Nos quoque Candidatorum pro episcopatu proponendorum peculiarem semper habebimus rationem. Indulgemus porro praedictae Nationis Episcopis, quorum tantum duos (si videlicet ad eos sustentandos fundi suffecerint), Herczegovinensem nempe et Cernogoriensem, secus vero et deficiente honestâ sustentatione pauciores, habere integrum erit, ut omnes alios

Ecclesiasticos in Monasterijs, Civitatibus et Pagis constituendi, Parochias conferendi, et absque ulteriori Insinuatione eas visitandi solâ polleant Authoritate, omni denique in Sacerdotes, et Ecclesiasticas Personas Potestate gaudeant, ita, ut nullus, cujuscunque alterius Ecclesiastici aut Saecularis Statûs, rebus Ecclesiae graeci Ritûs sese immiscere, ejusmodi Personas in Judicium, Archi Episcopo, et Episcopis ejusdem Religionis reservatum, vocare, neque ijs quoad Ecclesiastica, et Personalia, ne videlicet Carceribus mancipentur, Parochijs, Dignitatibusque priventur, birsagientur, aut aliô modo inconvenienter tractentur, praeter supra fatum Consilium Nostrum Imperiale Aulae Bellicum, cujus potestati ac jurisdictioni quoad temporalia plane subjectos esse jubemus, quispiam jus dicere ausit, ita quoque omnes Ecclesiae, Personaeque Ecclesiasticae, Claustrales, Civitatenses, et Paganae ab omni Contributione, Pensione regiâ, et Commendantum, a Portionibus, Decimis, Hybernis, Praejuncturis, Belligeratione, et Vigilijs tum ijdem, tum et eorundem Domus universim immunes sint, et maneant. Sin vero bona immobilia possederint, de iis onera, quibus pristinum affecta fuerint, adhuc ultro solvantur. Similiter quousque saepe dictam Herczegovinam recuperaverimus, eo praecipue adlaborabimus, ut Ecclesiae bona ac Possessiones eas omnes, quas Tempore Nostrorum, in Hungariae Regno Praedecessorum habebant, adhuc per Turcas occupatas, reobtineant, et si qua Ecclesia ex modernis reditibus congrue sustentari non posset, et Turcicis Terris convenienter dotetur.

Quemadmodum et Romano Catholicis exercitium suae religionis liberum et imperturbatum, prouti in aliis Nostris provinciis neo-acquisitis id ipsum permittitur, relinquimus, iisdemque sive unum, sive plures Episcopos sui Ritûs libere eligendi Facultatem impertimur, eosque supra enarratorum Privilegiorum, Immunitatum et Concessionum aeque participes fieri volumus.

Tertio: Ut Status quoque Saecularis Nationis Herczegovinensis moderati Christianorum Imperij lenitatem prae barbara Mahometanorum Tyrannide experiatur, a medietate Tributi, quod hucusque portae Ottomannae annuatim solvere coguntur, liberum pronunciamus, Nobis alteram medietatem imposterum duntaxat soluturum, tempore vero belli a Portionibus cujuscunque Generis, Decimis, Hybernis, Praejuncturis, Datijs, aliisque Contributionibus in eum praecipue Finem hisce exemptum fore declaramus, ut saepefata Natio, ejusque Filij, Nepotes, Pro-

nepotes, universique Descendentes tanto alacrius et fidelius Nobis, Augustissimaeque Nostrae Domui Austriacae, quandocunque, aut quocunque necessum, vel jussum fuerit, juxta Sponsionem communi omnium Votô scriptotenus expressam et sponte oblatam perpetuo servire, ac Arma prehendere, ad id Fidelitatis Sacramentô suo Tempore obstringendi, obligentur; quamobrem quoque indulgemus, ut memoratum a Nobis denominandum eorum Caput, ex gremio illorum supremos Capitaneos, Capitaneos, Knesios, aliosque officiales minoris gradûs, habitô tamen semper fideli circumspectôque Subjectorum, meriti et Capacitatis Delectu, creare, et rite constituere valeat, ita quidem, ut nullus extraneus, dummodo Domestici et Indigenae habiles et bene meriti extiterint, eorum Coetui tanquam officialis obtrudatur. Populus denique Herczegovinensis, subactâ potestati Nostrae provinciâ, Libertates, Immunitates et privilegia sua, quibus sub prioribus Regibus insignitus erat, Nostrae disquisitioni, noviter firmanda, submittet, uberem desuper innatae Nostrae Clementiae et Benignitatis Caesareo-Regiae effectum luculenter persensurus. Ducibus insuper Nostris, ac constitutis Praesidiorum Praefectis, universaeque Militiae Nostrae Caesareae gravissimis injungere non sinemus Mandatis, ne saepe fatae Communitatis quietem uspiam turbent, nec in ejusdem Negotia, Judicia, Birsagia, Collationes, aliaque Universa sese ingerere, neque in hunc Populum (exceptis pure Militaribus et ijs, que Praesidia, Militemque Praesidiarium concernunt) suam extendere ausint Authoritatem. Belli proinde Tempore eidem Populo, quousque ad Expeditionem extra Patriae suae Terminos prodeundum erit, ut commode et strenue Servitia praestare possit, Annonam aliaque necessaria juxta usitatam cum reliquis Generalatuum Nostrorum caeterarumque Provinciarum Confiniarijs normam subministrari, eô porro Casu quo loca a Turcis primitus direpta, revindicata fuerint, Capitaneis, alijsque Officialibus pro cujuscunque in Servitiis Nostris probato fervore, et merito, de Salarijs, secundum officij gradus, quoadusque Regni Proventus suppetierint, provideri, pariformiter Terras sic recuperatas pristinis Possessoribus restitui, idemque respectu eorum, qui ob Invasiones et Iniquitates Turcicas extorres, postliminio reversi fuerint, observari curabimus. Concedimus item Facultatem, ut Possessiones Turcicae Armis secundis in Potestatem Nostram fors redigendae, Capitaneis, Knesijs, aliisque inferioribus offi-

cialibus, quotquot eorum in servitiis Nostris sese fideles, generososque Milites probaverint, pro meliori eorundem subsistentia, nec non in proprium, Haeredumque et Successorum suorum Solamen, servatâ aeque Proportione, et secundum supremi sui Capitis Dispositionem, nullo contraveniente, distribuantur; quam Gratiam caeteris quoque Indigenis propriâ Terrâ, ac Aedibus destitutis, nec non Advenis in Herczegovina commorari, pariterque Servitia Militaria subire desiderantibus benigne elargimur. Demum et Populum, et officiales hujus Nationis a privatis Praesidiariorum Praefectorum Nostrorum servitijs, nisi quae fors ob servitii Nostri Caesareo-Regii rationem praeciperentur, plane exemptos esse jubemus. Quos praeterea

Quarto: Quoad propria Allodia intra Provinciae Herczegovinensis terminos distrahenda aut vendenda a Tricesima, Telonijs, caeterisque Tributis immunes fore decernimus, quae tamen sic concessa immunitas ultra propriae provinciae fines extendi non possit, quemadmodum et de mercibus ex alia regione in patriam suam devehendis statuta in eas vectigalia pendi oportebit.

Quinto: Quo etiam benignam Animi Nostri Propensionem magis, magisque intelligant, permittimus perbenigne, ut quilibet de Possessionibus alijsque bonis suis libere testari, et deficiente Prole, cuicunque libuerit, legare queat, quod si legitima Proles, sive Mascula, sive Femella extiterit, in omnibus immediate succedat, eo vero casu, quo quispiam ab intestato, et sine Haerede decesserit, condivisionalis successionis Beneficium locum obtineat, et addita ulteriori cautione, ne ejusmodi haereditas ab intestato resultans in extraneae potestati subjectos verum duntaxat in subditos Nostros devolvatur; salvis tamen Juribus Vidualibus, Viduabus per legem Patriae decretis. Nec minus

Sexto: Glandationem, lignationem, Pascuationem, Piscationem, et moderatam Venationem, prout et Educillationem eidem Populo Herczegovinensi absque ullo Impedimento, aut solutionis onere libera relinquimus. Et quemadmodum

Septimo: Superius statutum est, ne Commendantes ultra Negotia pure Militaria Jurisdictionem suam extendant, ita econtra pro Criminalibus, aeque ac Civilibus Judicijs, et Causis, Contractibus etc. celebrandis peculiares Magistratus, a Militaribus Nostris Praefectis independentes ordinabimus, quibus officiales Nationales interesse, ac juxta leges Nostri Hungariae Regni Jus administrare queant, eô tamen Pactô, ut Birsagia, aliave mulcta

pecuniaria, a Patribus pendenda in bonum commune converti debeat; Appellatio autem non nisi ad praetactum supremum Nationis Caput admittatur, ibidemque Causae qualescunque Finem suum sortiantur, atque ut idem Caput tanto facilius celeriusque jus cuique suum administrare valeat, ex subjecta patria idoneos sibi ac capaces eligat et adjungat assistentes. Similiter indulgemus

Octavo: Ut Personae miserabiles, Viduae, Orphani, et alij inopes ad servitia Militaria haud compellantur, nisi egeni a ditioribus sustentati horum servitia supplere, ac supportare sponte vellent, quod iis quoque permissum erit.

Nono: Quod si Militia Nostra Caes. Regia in Districtum Herczegovinensem, Deo opitulante, penetraverit, summopere cavebimus, ne eadem Nationi huic vel minimum Damnum afferat, aut Detrimentum. Cui tamen militiae Nostrae provinciam hanc intranti eadem Natio sese illico subjicere non haesitabit, atque hoc modo pro subdito Nobis fidelique populo habebitur et agnoscetur; econtra vero, si Herczegovinenses, praeter Spem meliorem, pro Sponsione sua, ac Servitio Nostro Turcarum agmina in sinu suo fors latentia armis expellere propriis cunctarentur, eorum patria, haud aliter, ac provincia hostica ferrô occupata tractabitur, iidemque non secus ac Rebelles, immo tanquam hostes ipsi subjugati servituti perpetuae mancipabuntur.

Decimo: Quoque repetito Populo Herczegovinensi quaestum liberum fieri decernimus, ita, ut nullum Monopolium, absque communi officialium Plebisque Consensu, ullo Pacto introduci queat. Et quoniam Universa praerecensita Privilegia, Immunitates, et Concessiones soli Populo, communitati Herczegovinensi, quae Provinciam a metis Bosniae usque ad Venetos, Ragusanos, et Albaniae Fines extensam incolit, Clementer concedimus; ita ex Contrario

Undecimo: et postremo eandem Nationem Universam penitus obligatam esse volumus, eamque serio adhortamur, ut secundum Spontaneae pollicitationis suae argumentum sese bonâ Regulâ, et Disciplinâ militari imbuere faciat, Vestitum consimilem, et aequalia Arma sibi procuret, ad Praesidiorum propriorum Munitionem laboratores gratis subministret, pacis quoque tempore, melioris et continui exercitii gratia, militem suum pro parte et alternandô, in praesidia propria contribuat, ac demum in Fidelitatis suae Argumentum sese prono Animo

armis accingere, atque sic Gratiam Nostram Caesareo-Regiam, Protectionemque, in quam saepius fatam Nationem hisce clementissime recipimus, strenuis factis promereri omni Nisu adlaboret.

Quae proinde superius enarrata Privilegia, Concessiones, et Immunitates eidem Universitati, Populo, et Nationi Herczegovinensi Catholici, graecique Ritûs, dum benigne hisce elargimur, eadem etiam in omnibus et singulis Punctis illaese et inviolabiliter observari, dictamque Nationem penes eadem praecipue per illos, quorum intererit, manuteneri volumus, ac serio demandamus. In cujus fidem ac majus Robur praesentes Privilegiorum Literas Manus Nostrae subscriptione, sigillique Nostri, majoris et secretioris Caesareo-Regij Appensione communiri jussimus. Dabantur . . .‘

(Registratur des k. k. Reichs-Kriegsministeriums: 1739. Juni. 925. Exp.)

DIE VEREINIGUNG

DER

SERBISCHEN METROPOLIEN

VON BELGRAD UND CARLOWITZ

IM JAHRE 1731.

NACH ARCHIVALISCHEN QUELLEN DARGESTELLT

VON

PROF. DR. J. H. SCHWICKER.

Der Friedensschluss von Passarowitz (Pošarevac), der am 21. Juli 1718 nach siebzigtägigen Unterhandlungen unterzeichnet wurde, machte dem fünfunddreissigjährigen Kriegszustande zwischen Oesterreich und der Pforte ein Ende. Es war im Grunde, trotz einzelner Missgeschicke, ein fortgesetzter Triumph der kaiserlichen Waffen, die im Verlaufe dieser vierthalb Jahrzehnte den Halbmond von den Mauern Wiens abgewiesen und dessen Herrschaft bis jenseits der serbischen Morawa und des Altflusses zurückgeworfen hatten. Mit diesem Siegeslaufe des österreichischen Aars ist aufs Innigste der Ruhm jenes grossen Helden verbunden, der im Volksliede als ‚Prinz Eugenius der edle Ritter‘ gefeiert wird, in der Geschichte aber als Feldherr und Staatsmann einen unvergänglichen Namen sich erworben hat. Ihm ist auch die Wiedereroberung der südlichen Landestheile der Monarchie zu danken, er hat das unsterbliche Verdienst, daselbst die mehr als anderthalbhundertjährige türkische Knechtschaft dauernd gebrochen und jene Gebiete dem rechtmässigen Herrscher und der europäischen Civilisation wieder gewonnen zu haben.

Durch den glorreichen Feldzug der Jahre 1716 bis 1718 erwarb Prinz Eugen aber auch einen erheblichen Landstrich jenseits der Donau und Save dem Erzhause Oesterreich. Die neuen Grenzen, welche im Sinne der Artikel I bis IV des Passarowitzer Friedensschlusses zwischen der Türkei und Oesterreich gezogen wurden, liefen längs des Altflusses bis zu dessen Mündung in die Donau, dann entlang dieses Stromes bis zum Timok; sodann diesen aufwärts bis auf eine Strecke von zehn Meilen (Stunden). Von hier aus wendete sich die neue Grenzlinie auf dem Kamm des Gebirges westwärts auf die kleine

oder serbische Morawa zu, diese bildete dann weiterhin die Grenze bis oberhalb Tschatschak, von wo sie abermals dem Gebirgszuge des Medvednik folgend die Drina erreichte. Jenseits der Drina bis zur Unna, also in Bosnien, wurde ebenfalls ein Landstreifen und zwar in der Breite einer Rittstunde Oesterreich einverleibt.

Diese neuen Grenzen waren eine weit bessere Gebietsabrundung als die Grenzlinie des Carlowitzer Friedens (1699); sie hatten nicht blos den Vortheil deutlicher Abscheidung durch sieben Flüsse, sondern sie bildeten auch eine gute Vertheidigungslinie, sicherten das Thal der Donau und Save auf beiden Seiten und verschafften Oesterreich mit dem Besitze von Belgrad den Schlüssel für das Donaugebiet bis Ofen einer- und bis zum eisernen Thore andererseits. Nicht minder bedeutsam war das neuerworbene transdanubische Gebiet für die künftige Stellung Oesterreichs gegenüber der Türkei und den christlichen Völkern daselbst, die seit dem Erbleichen des Halbmondes stets deutlichere Zeichen ihres Strebens nach Abschüttelung des Türkenjoches gaben. Wie ein wohlgesicherter Keil in diese Völkerschaften hineingeschoben, musste deren Zukunft im wesentlichen von Oesterreichs Haltung und Einfluss abhängen; das um so mehr als innerhalb der habsburgischen Erbländer bereits zahlreiche Stammes- und Glaubensgenossen jener Christen lebten und die österreichische Politik seit geraumer Zeit dem gesunden Gedanken gefolgt war, durch wohlwollende Förderung und Unterstützung der nationalen und kirchlichen Interessen dieser Volksstämme deren Zuneigung und Anhänglichkeit für sich zu gewinnen.

Auch in diesem letzten Türkenkriege hatten insbesondere die Serben in den Reihen der kaiserlichen Armee mit Hingebung und Tapferkeit gefochten. Die Freude dieses Volkes war darum auch besonders gross, als nun durch den Passarowitzer Friedensschluss der beträchtlichere Theil von Donau-Serbien unter österreichische Herrschaft gelangte.

Die angemessene Einrichtung und Verwaltung des neu erworbenen Landes bildete den Gegenstand eingehender Vorschläge des Prinzen Eugen an den Kaiser und den Hofkriegsrath, unter dem als oberster militärischer Behörde das Gebiet vorläufig stehen sollte. Zum Oberstcommandirenden und Chef der Militär- und Civilverwaltung des Königreiches Serbien,

denn diesen Titel erhielt das Gebiet zwischen Timok und Drina, wurde der Feldmarschall Prinz Alexander von Württemberg ernannt. Das Land selbst sollte als selbständige Provinz regiert, keineswegs aber dem Königreiche Ungarn zugetheilt werden. Die ungarische Hofkanzlei hatte noch vor Abschluss des Friedens den (allerdings berechtigten) Anspruch erhoben, dass man auch ihr auf die ‚Orientalia' einigen Einfluss gestatten möge. Allein dieses Ansuchen fand sowohl in den Kreisen der übrigen Hofstellen wie auch bei dem Kaiser selbst keine günstige Aufnahme. Letzterer erklärte in einer Conferenz, das Gesuch sei ‚weder thunlich noch gegründet'. Der Hofkriegsrath aber äusserte sich in einem Schreiben vom 10. Juli 1718 an den Prinzen Eugen dahin, dass nach ‚geendigtem Friedenswerk darvon (sc. vom Auflösen der ungarischen Hofkanzlei) formblicher zu reden und der dardurch von ernennter Hungarischer Hofkanzlei suchende Eingang zu einer dem a. h. kaiserl. Dienst nachtheiligen Erweiterung in primo limine ein für allemal abzusondern wäre'. [1]

Diese Anschauung über die politische und administrative Stellung der ‚neoacquistischen' Länder war mit den hierauf bezüglichen Ansichten des Prinzen Eugen ganz übereinstimmend. Schon in einem Schreiben an den Hofkriegsrath vom 21. Juni 1717 hatte er nämlich die Ansicht ausgesprochen, das Temesvárer Banat wäre weder jetzt noch später mit Ungarn zu vereinigen. Es solle ungefähr so wie Siebenbürgen als abgesonderte Provinz regiert werden und als solche unmittelbar unter dem Kaiser stehen. [2] Nach demselben Principe wurde nun auch das Königreich Serbien eingerichtet: dasselbe erstreckte sich, wie gesagt, nur über das Gebiet vom Timok bis zur Drina, da die ‚kleine Walachei' als besondere Dependenz dem siebenbürgischen Generalcommando zugewiesen ward, der bosnische Landstreifen zwischen der Drina und Unna aber mit den anliegenden Militärgrenzdistricten vereinigt wurde.

Nebst der militärisch-politischen Einrichtung Serbiens, deren nähere Schilderung ausserhalb des Rahmens unserer Aufgabe fällt, wendeten die leitenden Kreise ihre Aufmerksamkeit gleich vom Beginne an der Regelung der kirchlichen Ver-

[1] Vgl. das Concept dieses Briefes im k. k. Kriegsministerialarchiv zu Wien.
[2] Vgl. Arneth, Prinz Eugen Bd. II, p. 446.

hältnisse in hervorragender Weise zu. Man folgte dabei der richtigen Erkenntniss, dass in jenen Ländern eine dauernde Organisation der Verwaltung und eine Beruhigung der Gemüther nicht leicht thunlich sei, wenn die eigenthümlichen national-kirchlichen Zustände ausser Acht gelassen werden. Bei dem ungewöhnlichen Einflusse, dessen sich der Clerus, namentlich die Bischöfe bei den Anhängern der griechisch-orientalischen Kirche erfreuten, war für die neue Regierung die Gewinnung dieser Geistlichkeit ein erstes Gebot politischer Klugheit.

Noch vor dem Abschlusse des Passarowitzer Friedens schrieb deshalb der Hofkriegsrath in seinem obcitirten Rescripte an den Prinzen Eugen, dass man dem Belgrader Erzbischofe, Moses Petrovich, als ‚Metropoliten ritus graeci in Serviae regno provisorio modo‘ die Confirmation ausfertigen und denselben ‚der formblichen Einführung halber‘ auf die Haupteinrichtung des Landes vertrösten werde.[1]

Moses Petrovich war bereits unter der Türkenherrschaft zum Erzbischofe gewählt worden. Derselbe legte sich als solcher den Titel eines ‚Erzbischofs und Metropoliten ritus graeci der Illyrischen oder Raizischen Nation‘ (‚graeci ritus Illyricae seu Rascianae gentis Archi-Episcopus et Metropolita‘) bei. Ob derselbe mit dem kaiserlichen Heere schon vor der Eroberung der Festung Belgrad Verbindungen angeknüpft, gleich dem serbischen Bischofe von Temesvár, der während der Belagerung dieser Stadt und Festung dem Prinzen Eugen gute Dienste geleistet, das lässt sich nicht genau bestimmen. Doch scheint solches aus dem Texte des Confirmationsdiploms hervorzugehen, welches lobend der Treue und des Eifers gedenkt, womit Petrovich bei ‚verschiedenen Gelegenheiten‘ der kaiserlichen Sache gedient habe.[2]

Als dann durch den Frieden von Passarowitz die österreichische Herrschaft über Serbien rechtskräftig geworden war, begab sich der Erzbischof Petrovich nach Wien, um daselbst bei Hofe die Bestätigung in seiner Würde und die Zusicherung aller Rechte und Freiheiten zu erlangen, welcher seine Glaubensbrüder und Nationsgenossen in den übrigen

---

[1] Hofkriegsrath an den Prinzen Eugen, 10. Juli 1718. Kriegsarchiv.

[2] Confirmationsdiplom im k. k. Kriegsarchiv.

Gebieten Oesterreichs theilhaftig waren. Sein Ansuchen war von einem vollen Erfolge gekrönt; denn die Regierung erkannte mit richtigem Blick, dass sie nur auf solche Weise in dem neuerworbenen Lande, dessen Bevölkerung zum überwiegendsten Theil aus Bekennern der griechisch-orientalischen Kirche bestand, festen Boden gewinnen könne.

Darum wurde über Antrag des k. k. Hofkriegsrathes unter dem 10. September 1718 das a. h. Confirmationsdiplom für den Erzbischof und Metropoliten Moses Petrovich ausgefertigt. In demselben wird durch die a. h. kaiserliche Gewalt nicht nur die frühere, in üblicher Weise stattgefundene Wahl des Erzbischofs bestätigt und derselbe in dieser Würde als ‚Erzbischof und Metropolit Graeci ritus des illyrischen oder raizischen Volkes' anerkannt; sondern der Kaiser gewährt demselben und ‚seiner getreuen und lieben illyrischen Nation' zugleich alle ‚Gewohnheiten, Rechte, Statute, Privilegien, Freiheiten und Prärogativen', deren sich die Griechisch-Orientalischen in den übrigen kaiserlichen Erbländern zu erfreuen hatten. Der Erzbischof und die Bischöfe haben dafür dem Kaiser und dem österreichischen Erzhause den Eid der Treue zu leisten.[1]

Um den letzteren Act recht feierlich und wirksam zu machen, befahl der Hofkriegsrath dem zeitlichen Commandirenden in Belgrad, dem General Grafen Odwyer, dass er in der Eigenschaft eines kaiserlichen Commissärs und unter Assistenz des Landesauditors Hochmut die Eidesleistung des Erzbischofs in der serbischen Kirche und ‚in Gegenwart einiger Deputirten der räzischen Nation' abnehmen und den neubestätigten Prälaten ‚als illyrischen Erzbischofen und Metropoliten dem Volke bekannt machen solle': das hierüber abgefasste Protocoll und die besondere Relation des kaiserlichen Commissärs hatte den feierlichen Act höhern Orts zur Kenntniss zu bringen. Dabei ist bemerkenswerth jene Weisung, wornach der Commandant den Metropoliten allerdings ‚in Allem nach Billigkeit zu manuteniren', aber auch dafür zu sorgen hatte, dass der Erzbischof

[1] Confirmationsdiplom in der Beilage I; die Eidesformel sub II. Wenn Csaplovics (Slavonien und zum Theil Croatien) 2. Theil p. 67 schreibt, Moses Petrovich sei ‚schon im Jahre 1718 für Serbien und das untere Syrmium' dem Carlowitzer Metropoliten Vincenz Popovich substituirt worden, so ist das ein völliger Irrthum, den übrigens auch Picot in seinem Buche ‚Les Serbes de Hongrie' (Prague, 1875) p. 425 wiederholt.

und die ‚gesambte Nation die Bestall- oder Einsetzung (des Metropoliten und eventuell anderer Bischöfe) als eine kaiserliche Gnad und Sr. kaiserl. Majestät allein competirenden (sic) Jurisdictions-Gewalt erkennen'. Ferners war darauf zu sehen, damit ‚der Metropolit auf keine Weis die Beherrschung über das ganze räzische Volk sich zueignen, sondern allein über den Clerum sui ritus in puris spiritualibus et ecclesiasticis gebieten, jedoch auch darinnen nicht befuegt sein solle, die Geistliche von höherer Würde, als da seind die Bischöfe, von seiner Autorität zu bestätigen, allermassen deren Confirmation Se. Majestät sich lediglich reserviret haben wollen und dahero vor der Election der übliche Consens jederzeit anzusuchen, sodann aber die ernennte (sc. ernennende, bestätigende) Confirmation selbsten allhier bei Hof jedesmalen allerunterthänigst zu imploriren sein wirdet'. [1]

Schreiben des Rimniker Bischofs und seines Clerus an den siebenbürgischen Landescommandirenden, Grafen von Wallis.

(Hurez, 29. Nov. 1719.)

Excellentissime Domine Domine Generalis,
Singularis noster Benefactor et Patrone!

Praesentibus hisce demissis rogamus Excellentiam Vestram Nos demissi pro Excellentia Vestra Deum orantes una cum universo Clero Ecclesiastico, quatenus Eadem acceptare dignetur hanc Nostram specificationem ratione ordinum et morum Ecclesiae Nostrae prout hactenus erant, qui ut tam Sacae Caesareae Matti, quam Excellentiae Vestrae qua singulari Nostro Patrono innotescant, necessariam rem esse existimavimus, et quidem primo

Mitropolita Sedis Bukarestiensis tenet locum Auguriae, sedem scilicet quantam post Patriarchas, et vocatur Exarchus totius Hungariae et Confiniorum. Erat etiam alter quidam Mitropolita e regione Severin qui antea locum Amasiae tenebat, et erat Sedes decima quarta post Patriarchas secundum Andronici Imperatoris ordinationem. Et sub Mitropolitae hujus dependentia Episcopus etiam Mehediensis erat, ante quam Turcae Regnum hoc occupassent, quo occupato Epicopatus ille sublatus est. Et translata postmodum Bukarestinum Sede Principali, consequenter diminuata est authoritas Mitropolitae hujatis, et fecerunt Ipsum Episcopum de quo Pravila cap. 391. Quod si vero mandatum Sacae. Caesae. Majestatis fuerit ut hic Rimnizy Mitropolita sit in futurum prout etiam antea fuit, ut habeat Dioecesim Amasiensem, multa demissione rogamus universim omnes, dignetur Sacratissima Caesarea Majestas concedere, ut Mitropolita iste consecretur a Patriarcha Constantinopolitano, et solum consecrationem habeat ab Illo, in alijs autem nullam Eidem obedientiam exhibeat. Ne consecretur ab Archi-Episcopo Belgradensi, sedes enim Belgradensis inferior est sede Amasiensi, et Ille etiam ab alio utpote Ochridensi dependet. Si autem complanationem hanc Bojarones qui proxime Viennae fuerunt fecerint, absque nostro Bojaronumque hujatium et Cleri Ecclesiastici scitu et consilio factum, nec habuerunt a Nobis instructionem ut simile quid faciant contra Pravilam; intelleximus enim ex quibusdam Viennensibus qui praesentes erant, quod vocaverit Archi-Episcopus Belgradensis Bojarones nostros tante exceperit donaveritque Illos et rogaverit ut Episcopatus iste Illi suppositus sit. Nos autem universim multa demissione rogamus Excellentiam Vestram dignetur Eadem pro Nobis stare, ne simile quid eveniat.

2do Mos Regni fuit ut Archi-Episcopus Bukarestiensis curam habeat omnium Monasteriorum ex hac etiam Alutae parte sitorum, Ipse attendebat Igumenis, ponebat et deponebat Illos cum scitu Vajvodae, vel mandabat Episcopo Rimnizensi ut Ipse attendat Illis, et Igumeni prout alij sacerdotes etiam ex hac Alutae parte non Archi-Episcopum sed Episcopum in Ecclesijs memorabant. Defacto autem quoniam pars ista Cis-Alutana sub Protectione Praepotentis Imperatoris mansit, justitia quoque exigeret, ut Monasteria sub dependentia Episcopi hujatis sint, quoniam et Sancti Patres Consilij quarti Canone

nono mandant Clericos ab Episcopo judicandos et non judicio Saeculari, vel ex aliqua alia parte. Et ut habeat potestatem Episcopus ab Igumenis rationem semel in anno scilicet in Nativitate Christi exigendi adjunctis sibi duobus adhuc Igumenis, et uno Bojarone Provinciali, denturque Igumenis Specificationes rerum Monasterij ab Episcopo subscriptae, et qui rationem de omnibus dare potuerit, et inventus fuerit in veritate esse erga Monasterium, atque alias etiam capax videbitur esse gubernandi Monasterij maneat rursus Igumenus in Charactere suo, siquem autem invenerint damnum aliquod Monasterio intulisse judicet Illum Episcopus loci cum Synodo, et faciant Eundum damnum Monasterio illatum solvere, deponant Ipsum ex Igumenatu et eligatur alter quem Episcopus cum Synodo judicaverint, et notum faciant Suae Majestati per mediationem Eccellentiae Vestrae.

3tio Igumeni sint in Monasterijs, qui Sacerdotali munere praediti sunt, et non puri Monachi, obligati praeterea sint Sacram Lyturgiam saepius celebrare, serventque Sacerdotes Calugeros et non Popas Saeculares, celebrentque quotidie Sacerdotes in Monasterijs Sacram Lyturgiam, Deumque orent pro Praepotenti Imperatore nostro, omnibus Ministris Caesareis, pro toto populo Christiano et Tutoribus Monasterij ejusdem, quicunque autem hanc ordinationem non servaverint, habeat Episcopus potestatem puniendi illos.

4to Igumeni non habebunt potestatem pellendi Callugeros ex Monasterijs, sed inobedientes secundum delictum puniant, et eos rursus ad servitia Monasterij applicent, et secundum posse Ipsis benefaciant, simili modo nec Calugeris licebit ex uno Monasterio in aliud fugere vel se in Ecclesijs Parochialibus inter Saeculares detinere, nisi in Servitium aliquod missi fuerint, nec Igumeni poterunt Calugeros extraneos acceptare, hos enim Pravila anathematizat cap. 121.

5to Nulli sit indultum Monasterium vel Ecclesiam absque consensu Episcopi aedificare, et si aliquis quidpiam dat, non habet amplius ad ea jus, nec ad ponendum in Monasterio cui dedit Igumenum, prout plurimi apud nos faciunt quibus contradicit Pravila cap. 116.

6to Ne consecrentur aut fiant Episcopi et Igumeni ex Calugeris extraneis, si enim argenteae res aliaque mobilia Monasteriorum ad eorum manus deveniunt, possunt haec vendere,

congregare pecuniam, et postmodum aufugere prout multi hic apud Nos fecerunt, sed ponantur Igumeni hinc ex Provincia, homines notae fidei et bonitatis.

7mo Non erit licitum Episcopo aliquid ex Monasterijs violenter accipere, sed in Monasterium aliquod vel ob festivitatem quandam vel aliorum negotiorum causa adiverit, contentus erit eo quo Ipsum Igumenus donare potuerit.

8vo Obligabitur Episcopus instruere Popas, et inobedientes punire, quatenus Ecclesiae munia ad amussim obeant, faciant Sacras Lyturgias aliasque orationes pro Imperatore et omnibus Christianis et qui non paruerit punire ipsum.

9no Ne habeant libertatem Popae ex una Ecclesia in aliam transmigrandi; et neque Igumeni, minus Bojarones habebunt potestatem extraneos Popas in Ecclesias suas recipiendi, sed mittent Ipsos ad Episcopum pro informatione Eidem deponenda utrum veri Popae sint, et utrum ab Illo quo consecrati sunt Episcopo attestatorias habeant an non? prout mandat Pravila cap. 85.

10mo Visum fuit Nobis cum universa Synodo rem Deo-placitam, et pro Bono Provinciae esse duas hic in Provincia scholas erigi: unam Valachicam aliam Latinam; Valachica sit Rimnizij sub cura Episcopi, Monasteriorum et Poparum, et expensae quae Magistros, pauperesque pueros concernunt sint ab Ipsis; Latina vero sit Crajovae sub cura Administrationis, Bojanorum et Provinciae, qui de omnibus pro eadem schola necessarijs expensis providebunt.

11mo Visum etiam fuit nobis cum universa Synodo ut ad latus cujuslibet Igumeni unus Sacristianus et alter quidam ex senioribus Patrum adjungantur, qui omnes Monasterij proventus et erogationes adscribant.

Ex Monasterio Hurez 29. Novemb. Anno 1719.

Excellentiae Vestrae

demississimi pro Eadem Deum orantes

Damascenus, Episcopus Rimnicensis.
Johannes, Archi-Mandrita Hurezanus.
Stephanus, Igumenus Bistrizensis.
Stephanus, Igumenus Arnotanus.
Pahomius, Igumenus Govoranus.

(Copie im k. k. Kriegsarchiv.)

XI.

Confirmationsdiplom für den Bischof Stefan von Rimnik in der kleinen Walachei.

(Wien, 15. October 1726.)

Nos Carolus etc.

Notum facimus et tenore praesentium memoriae commendamus, quorum interest universis, posteaquam armis nostris superiori per Turcas illato Bello provocatis Gentiumque nobis subjectarum causa unice depromptis, Divini Numinis Bonitas adeo propitia affulsit, ut praeter Serviae Regnum Temesiensemque Banatum Valachiam quoque cis-Alutanam ad Ditionem Nostram adjungeret, pro ea qua adversus Dilectam nobis Illiricorum gentem ferimur animi propensione, ac clementia proque meritis quae fidelitate sua ac fortitudine de Augusta domo nostra cum nuper admodum tum antecedentibus temporibusque sibi peperere, venerabili atque devoto fideli nobis dilecto Moysi Petrovich, Orientalis Ecclesiae Ritus Graeci Archi-Episcopo et Metropolitae caetera inter potestatem quoque clementer impertivimus, qua sui Ritus Episcopos et Abbates usque ad ulteriorem dispositionem nostram in partibus etiam neo-acquisticis, e praescripto vetere, ac more gentis elligere valeat, et nominare, qui deinceps postquam electionem ejusmodi nobis ratam habere visum fuerit, in Locis ac Territorijs ubi consuetudinis et instituti est, Episcopalibus Officiis libere, legitimeque perfungantur.

Et quoniam memoratus Archiepiscopus et Metropolita jam aliquot ante menses demisse nobis proposuit, fidelem nostrum honorabilem Stephanum Monasterij Govora actualem Igumenum seu Guardianum post excessum honorabilis item Damasceni ad Locum Rimnick in praefata Valachia nostra cis-Alutana situm appertinentesque eo districtus e tribus candidatis subjectis Primo Loco Episcopum fuisse Ellectum, unaque decenter supplicavit, ut hanc Electionem non modo suprema nostra authoritate Caesara-Regia confirmaremus verum et iis ad quos pertinet graviter injungeremus, ut recens Electo Stephano in sui muneris administratione omni ope praesto sint, efficiantque ut ab universis Graeci Ritus hominibus pro Episcopo Rim-

nickensi habeatur et eidem a sui Territorij seu Dioecesis incolis rite ac constanter obtemperetur in iis, quae ad Spiritualem eius jurisdictionem spectant, quare hac ejus humillima supplicatione ac data desuper Informatione a nostro Superiori ejusdem Valachiae Directorio permoti, perspectaque qua se comendabilem admodum reddidit fide, animi candore, doctrina caeterisque virtutibus eundem Stephanum ad praedictum Locum Riminick appertinentesque eo Districtus Episcopum designatum benignissime hisce confirmamus, annuimusque praeterea ac volumus, ut quam primo more consueto, solemne devotionis et fidelitatis juramentum Nobis praestiterit, ad Episcopalis sui muneris functionem quamdiu et ipse cum suae Dioecesis et Ritus populo in fide debitoque erga Augustam domum Nostram obsequio perseveraverit admittatur, tolleretur atque ab universis suae ditionis incolis graeco Ritui Ecclesiae orientalis addictis pro Episcopo obedientia recognoscatur . . . . .

(Copie im k. k. Kriegsarchiv.)

XII.

Confirmationsdiplom für den Rimiker Bischof Clemens.

(Wien, 1. October 1735.)

Carolus etc.

Notum facimus etc. (gleichlautend mit Beilage XI. bis ‚sibi peperere') . . . ejusdem Valachiae Clero et Populo caetera inter benigne quoque concessimus, qua sui ritus Episcopos et Abbates petita ad idem prius a Nobis venia e praescripto vetere ac more eligere ualeat et nominare, qui deinceps, postquam electionem ejusmodi Nobis ratam habere visum, talisque a Nobis clementer confirmatus per venerabilem atque devotum fidelem Nobis dilectum orientalis Ecclesiae Ritus Graeci in ditionibus nostris constitutum Archiepiscopum et Metropolitam rite consecratus fuerit, Episcopalibus officijs libere legitimeque perfungantur;

Et quoniam superius nostrum Valachiae Cis-Alutanae Directorium juxta acceptam ab Administratione ibidem Nostra informationem demisse Nobis proposuit fidelem nostrum honorabilem Clementem monasterij Bistriza actualem Igumenum

seu Praepositum post excessum honorabilis item Innocentij ad locum Rimnik in praefata Valachia Nostra situm, appertinentesque eo districtus e tribus candidatis subjectis primo loco Episcopum fuisse electum, illumque Clerum ac populum una decenter supplicasse, ut hanc electionem non modo suprema nostra authoritate . . . confirmaremus (nun wieder gleichlautend mit Beilage XI bis . . . ‚admodum reddidit') . . fide ac devotione erga Augustam Domum Nostram nec non vitae morumque integritate et exemplari plane pietate, doctrina itidem, caeterisque tali antistite dignis virtutibus et qualitatibus Eundem Clementem ad praedictum locum Riminik appertinentesque eo districtus Episcopum designatum benignissime hisce confirmamus, annuimusque praeterea ac volumus, ut ubi primum more consueto solemne devotionis et fidelitatis juramentum Nobis praestiterit . . . admittatur etc. (wie Beilage XI).

(Concept im k. k. Kriegsarchiv.)

CHRONIK

DES

MINORITEN-GUARDIANS DES ST. JACOBS-KLOSTERS

IN OLMÜTZ,

P. PAULINUS ZACZKOVIC,

ÜBER DIE

SCHWEDENHERRSCHAFT IN OLMÜTZ

VON 1642 BIS 1650.

HERAUSGEGEBEN VON

D[R.] B. DUDÍK O. S. B.

Die traurigste Periode der kaiserlich-katholischen Waffen in dem sogenannten dreissigjährigen Kriege ist die der Schwedenherrschaft in Mähren, welche mit der am 14. Juni 1642 erfolgten Uebergabe der Festung Olmütz an den schwedischen Feldmarschall, Linard Torstenson, begann und erst mit dem Abzuge der Schweden aus Olmütz im Juli 1650 endete.

Jedem Geschichtsschreiber dieser Periode muss es daran liegen, authentische Nachrichten über diese Zeit zu erhalten. Wir geben hier dem Forscher eine solche authentische Quelle eines Augenzeugen, welcher handelnd eingriff, und uns Diarienartig mit offenem Sinn und ohne Parteilichkeit anmerkte, was in der Grenzfestung Olmütz und in ihrer nächsten Umgebung in der Zeit von Juni 1642 bis Juli 1650 sich ereignet hatte. Es ist der Minoriten-Guardian, P. Paulinus Zaczkovic. P. Paulinus Zaczkovic war in Preussisch-Schlesien, zu Kosel, geboren und stammt aus einer altpolnischen Familie, die sich von Gniazdów nannte. In seiner Jugend trat er in den Minoriten-Orden der österreichischen Provinz, zu welcher Mähren gezählt wurde, und wurde seiner nicht ganz gewöhnlichen theologischen Kenntnisse wegen — er hatte den Grad eines Theol. Baccal. erreicht — in den verschiedenen Klöstern derselben in der Seelsorge verwendet, bis ihn sein Ordens-Provinzial mit Zustimmung des Capitels zum Guardian des in Olmütz bestandenen St. Jacobs-Klosters ernannt hatte. Beichtvater der dortigen Clarissinnen und deutscher General-Prediger, war dieser ausgezeichnete Ordensmann ein Muster christlicher Nächstenliebe, wahrer Frömmigkeit und Opferwilligkeit, welcher im Dienste seines Amtes keine Beschwerden scheute und sowohl Hunger als Pest, Hohn und zeitweisen Kerker freudig ertrug, um während der Besetzung der Grenzfestung Olmütz durch die Schweden von 1642 bis 1650 den

von ihren Seelsorgern meist verlassenen Katholiken Trost und geistliche Hilfe leisten zu können. Die damaligen Zeitgenossen — Feind und Freund — konnten nicht umhin, diesem sich aufopfernden Manne die allgemeine Achtung zu zollen. Nach einem Beschlusse des zu Wien im September 1649 abgehaltenen Ordens-Capitels wurde ihm kraft der dem Minoriten-Orden innewohnenden Privilegien durch den damals am Wiener Hofe residirenden Nuntius, Camillus Meltius, die theologische Doctorswürde zugesprochen, der Ordensgeneral ernannte ihn zum ‚perpetuus Definitor', und die Bürgerschaft und der Stadtmagistrat zu Olmütz ertheilten ihm ein so ehrenhaftes Zeugniss, dass P. Paulinus wohl sagen konnte, wie er aus Liebe zu seinem Orden und der österreichischen Ordensprovinz alle ihm angetragenen Beneficien und Ehrenstellen von sich weise und den einzigen Wunsch hege, bei seinem hohen Alter, er zählte nämlich nach dem Abgange der Schweden aus Olmütz, also 1650, mehr als siebenzig Jahre, in der Provinz ruhig leben und sterben zu können. Dieser Wunsch des verdienstvollen Priesters wurde erfüllt. Er verblieb im St. Jacobs-Kloster in Olmütz, feierte daselbst in der ehemaligen St. Peters-Pfarrkirche, die er aus Mangel an Seelsorgern zeitweilig versah, ohne jedoch als Pfarrer daselbst angestellt gewesen zu sein, sein Priester-Jubiläum und starb in Olmütz, nach dem Nekrologe der Minoriten zu Brünn, am 29. September 1682.

Und dies ist der Mann, dessen Chronik wir vorlegen. Sie führt auch sonst den Namen: ‚Olomutium in captivitate gemens, seu brevis annotatio omnium, quae Moraviae metropolis per novem annos a Suecis obsessa et capta perpeti debuit'. Wir blieben bei einer Aufschrift, welche nach unserer Ansicht die relativ älteste Handschrift, die sich in der Bibliothek der P. P. Minoriten in Brünn vorfindet, an sich trägt. Das Original ist verschwunden, Copien aber sind gar viele vorhanden (auch in München und in der Stockholmer königl. Bibliothek, angefertigt unter Gustav IV. Adolf durch Johann Aloys Hanke von Hankenstein), weil die Chronik ihrer Beliebtheit wegen häufig copirt wurde. Wir haben mehrere dieser Manuscripte mit Angabe ihrer Inhaltsanzeige beschrieben in J. P. Ceroni's Handschriftensammlung, Brünn 1850, 8°, von 322 Seiten, so auch Seite 148 ein Manuscript in 4°, im Jahre 1702 durch einen gewissen Gessenius angefertigt, und S. 156 eine wahrscheinlich aus dem Originale

im vorigen Jahrhundert, in folio von 274 Seiten, genommene Abschrift mit in Margine angesetzter Chronologie, welche der vorigen Handschrift fehlt. Die hier veröffentlichte Handschrift in 4⁰ von 141 Blättern, gehört, wie erwähnt, der Bibliothek der Minoriten in Brünn, ist mit fester Hand am Schlusse des XVII. Jahrhunderts, vielleicht aus dem Originale, geschrieben, aber ohne jegliche Chronologie, die jedoch Demjenigen, welcher die Geschichte jener Zeit kennt, nicht schwer herzustellen ist.

Benützt wurde diese Handschrift von Jedem, der über die Schwedenzeit in Mähren schrieb, so von Moravetz und Pilař in ihrer ‚Moraviae historia', Vol. III, pag. 211, sqq.; ganz besonders aber von Czikann in den ‚Vaterländischen Beiträgen', 1819, Seite 73 bis 84, und von mir in dem Aufsatze: ‚Schicksale der katholischen Religion und ihrer Bekenner in der k. Grenzfestung Olmütz während der schwedischen Herrschaft von 1642 bis 1650', abgedruckt in Dr. A. Adolf Schmidl, Oesterreichische Blätter für Literatur und Kunst, Wien. Dritter Jahrgang 1846, Nr. 24, 25, 26 und 27.

Doch dem Texte nach gedruckt wurde diese Chronik noch nie, ebensowenig wie:

Ex Diario R. P. Schönberger, Rectoris Collegii Soc. Jesu, Olomucii 1642 et 1643.

In diesem von zwei verschiedenen Händen abgefassten Original-Tagebuche sind aus den Jahren 1642 und 1643 nur jene Momente und darin jene Tage verzeichnet, welche dem Collegiums-Rector und dessen Substituten des Aufzeichnens werth vorkamen, weshalb nicht täglich eingetragen wurde. Im October 1643 verliess P. Schönberger und mit ihm alle Jesuiten Olmütz, weshalb auch das Diarium ein Ende nahm.

Beschrieben ist diese Handschrift in Dudík, Ceroni's Handschriftensammlung (Mährens Geschichtsquellen), Seite 158 und 159. Sie ist im Landesarchiv zu Brünn in folio unter der Nummer Ceroni, Nr. 403, aufbewahrt und zählt neun Seiten.

OLOMUCIUM MORAVORUM

seu

Brevis Annotatio omnium,

qvae Moraviae Metropolis, per novem annos a Svecis obsessa et capta, perpeti debuit.

Descripta

Ab A. Rdo. Rlgso. Patre Magistro

Paulino Zaczkowitz de Gniazdow,

SStae Theologiae Doctore, toto illo Novennio ad S. Jacobum Guardiano Ord. Minorum Sti Francisci Conventualium.

Ad Lectorem.

Ecce habes optime Lector Marcomannos, seu Moravos! Hi communiter cum sua Metropolitana et in marchionatu Moraviae civitate Olomucensi primaria gloriabantur, Virginem esse Moraviam, nec unqvam ab aliqvo hoste, imo (ut scribit Curtius) nec ab Alexandro Magno, fuisse captam, nec forte cogitabant aliqvid simile, qvod eis Anno Domini 1641 contigit eventurum. Sedebat Moravia semper secura in pace, divitiis et deliciis, ac iucunditate plena. Proh dolor! De ea Threnorum Primo, non recordata finis fui. Scitis ne O, Marcomanni! qvi fidunt secundis rebus, voluptatibus se dedunt, genio indulgent, ac in umbra prosperitatis sedentes, ut plurimum decepti, se delusos et aestui expositos vident. Sederunt olim Israelitae manducare et bibere, et surrexerant ludere, et ecce vindicta a Deo, ut ex eis 23. millia occidantur. Exodi 30. (?) Sedet Balthazar in convivio iucundus, et in pariete supra digito Dei apparet sententia scripta. Daniel 5. Qvi ergo decipi non vult, non extollatur in rebus prosperis, meminerit potius adversitatis, seqvaturqve exemplum Italorum, qvi bonum vinum aqva miscent, et non facile inebriantur, et noxam corpori non

adducunt. Si forte Marcomanni minus temperate vixerunt, et vinum prosperitatis cum aqva modestiae non miscuerunt, non illi mirentur, qvod eis acciderint haec. Saltem aliarum vicinarum provinciarum mira et horribilia futurae calamitatis indicia: bella, fames, pestilentiae, et communis vivendi ratio eos admonere debuit. Non secus Moravis factum, atqve iis, qvi in eodem templo clausi advertunt, paulatim inclinari parietes, crepare trabes, scindi et dissolvi fornicem, omnes certam et praesentem expectant templi ruinam; in templo Suae Caesareae Maiestatis simili ditiones aliqvae inclusae, et civitates, excipientur ne Marcomanni, et eorum Olomucium ab huiusmodi ruinis et periculis? Refertur Lib. 2. Comentar. Pii papae 2. de rebus moralibus Urbis Fulginensis in Italia: Regulum olim ibidem ut alterum Epulonem vixisse, et a qvodam viro Sancto qvaesiisse, an regno suo, et tantis deliciis etiam posteritas aliqvando privanda esset? Respondisseqve illum: privandam; cum scilicet boves circum moenia civitatis volarent; responsum Tyrannus pro risu accepit; Verum Nepotibus regnum illud fulgineum in possessione ac pace tenentibus Ioannes Wirettensis, Alexandrinus patriarcha, obsidione urbem aggressus, explicatis velis, qvibus insigne, seu symbolum inerat par boum, stante vento, et agitante vexilla, volare qvodam modo videbantur. Refricavit memoriam iuxta vaticinium, illos fore boves circum moenia volitaturos. Si vir aliqvis, Moravis de simili, qvod eis accidit, divinasset, vix credidissent. Et in hoc Clementiam Dei non satis laudare Moravi potuêre, qvando eos, ut olim ante submersionem in mari rubro Aegyptios admonere dignatus est; ante enim irruptionem Sveci duobus annis continno ante Olomucium infinita copia murium fuit, et agros circum iacentes corrodebant, et in eis omnia devorabant, ita, ut viatores horrore correpti vix transire (maxime circa vesperum) potuerint. Erant varii coloris: albi, nigri, violacei, rubei, et habebant in pelle signa: gladios, cruces, bombardas, et aspectu horribiles, et recte eo anno, qvo Svecus venit in Moraviam, evanuerunt. Isti erant prodromi, et ea, qvae facta sunt, paulo post praesagiarunt. His praemoniti Marcomanni, si Deum (ut olim Ninivitae) placassent, poenitentiam egissent, pepercisset eis, et decretum mutasset. Qvidqvid igitur de irruptione Sveci in Moraviam, et qvidem compendiose scriptum, candide Lector, fruere et vale.

Irruptio Sveci in Moraviam.

Antiqva et Sancta Domus Austriaca semper ornamenta pacis retinere, et pericula belli pro viribus repellere satagebat; at instante eiusdem pacis inimico malo genio post longa bellica tempora reliquias furoris per Svecum in Sanctam domum hanc effundere instituit. Id ipsum videre licuit, qvaliter in inferiori Silesia Svecus, Caesareo milite profligato, et civitate Maioris Glogoviae occupata, ibi suique exercitus corpore relicto, ipse Torstenson, regni Sveciae Generalissimus, in persona residuum Caesarianum militem cum suo duce Fernamond fugam dantem insecutus. Stante tali periculo dux Fernamond qvam citius Commendantem Olomucensem dominum Miniati scripto praemonuit, qvod ibi se recipere instituerit, sed advertens post tergum hostes eum secuturos, ultimamqve ruinam pertimescens, altioribus montanis se et suos non credidit, alia potius via versus Austriam properavit. His Sacra Caesarea Maiestas mota, exercitum multiplicavit, Generalissimum, serenissimum dominum Leopoldum, archiducem Austriae, et Generalem Excellentissimum dominum Pickolomini instituit, et cum triginta millibus contra hostem absque mora per Moraviam relicto ad partem Olomucio, in Silesiam et Pomerianam dimisit, ubi licet primo in conflictu cum hoste penes Lypsiam exercitus optime se gesserit, ultimo tandem per incuriam proh dolor! caesus fuit.

Fugientes hostis subsecutus.

Astutus hostis haud dubie viam, qva Caesariani fugiebant, advertit, et ideo eam post illos accepit, sed cogitatum suum mutavit, et primam mentem (qvasi se fugiens Olomucium recipere vellet) assumpsit, vidensqve, qvod eum tempus et fortuna iuverit, sub praetextu fugientis de praesidio Olomucensi mens eius fuit. Praemisit igitur ante se aliqvas legiones, qvae se sub titulo Caesarianorum, ad Maiorem Glogoviam profligatorum, propter hostem subseqventem fugientes, et se Olomucium recipientes, finxerunt.

Commendans vero Olomucensis D. Antonius Miniati firmiter in litera se fundavit, exploratores non misit, putativis et fictitiis Caesarianis die ac nocte portam Civitatis apertam, et liberam esse voluit. Excubiae non quaesierunt, qvi, te

qvales sint transeuntes, an hostes, vel amici? Sed solum modo sistentes in hospitiis tractabantur. Pertranseuntibus autem civitatem ex civibus Commissarii pro qvartiriis extrafaciendis immediate deputati sunt, et qvartiria pro venturis scribebantur. Provisio de pane, cerevisia, et pabulo sufficiens parabatur, et ducis ipsius Fernamoni adventus in vigilia, seu ipsa die Pentecostes, a Domino Commendante desideranter praestolabantur.

Tumultus.

Fugientibus post conflictum Caesarianis, et hostibus in fuga eos seqventibus ex superiori Silesia maximus tumultus Olomucii fuit et confusio, siqvidem Nissa et aliis locis Praelati cum suis thesauris et cum magna copia hominum fugerunt Olomucium, magis tamen, et maiori ex parte plebs cum suis mobilibus ibidem confugit; ita civitas plenissima populo, curribus, et pecoribus fuit. Extra civitatem timores et clamores, aliqvi intrare fortalitium, aliqvi exire petierunt, et qvo pergere ignorarunt.

Commendans tanto non motus tumultu, ploratu et lamentatione hominum, sciens tantam turbam hominum ex Silesia et aliis variis locis accurrere, non interrogavit, nec etiam ploratum misit, qvid rei hoc sit? Solis itaque literis credidit, qvas dux Fernamond ei transmisit. Ultimo tandem ipsa die Pentecostes vidit ante oculos ex suo palatio uno qvadrante milliaris fere cum duobus millibus ante qvardiam, qvi inter civitatem Olomucensem et Chřzelovium pagum pro meridie circa circum positis excubiis pabularunt, et hi fuerunt Sveci, qvi ut exploratores praemissi fuerant, ut transeuntes civitatem sub praetextu Caesariani militis hoc vesperi cum illis se coniungi, et dein currus cum thesauris Olomucio exeuntes spoliare posset; qvod et factum est.

Expediuntur cum thesauris currus.

In tali confusione, qvi venerant ex Silesia tam Ecclesiastici qvam alii Domini, convenerunt cum Olomucensibus aliqvo alio cum thesauris migrare. Qvi in vigilia et ipsa die Pentecostes aufugerant, omnia sua salvarunt, qvi vero die Lunae et Martis exierant, inter quos ultra centum erant, illi omnes spoliati sunt, participantibus de illis thesauris tam bene Svecis, qvam etiam Caesarianis, qvi dein hosti adhaeserunt. Nihilominus tanta

spolia eis non sufficiebant, siqvidem illos, qvorum currus et thesauri erant, taxarunt, et ad rancionem adegerunt, inter qvos Reverendissimus dominus Ginnani, Olomucii ad omnes Sanctos Praepositus cum suo Priore Rudolpho Pollinger curru et suis rebus spoliatus, et mille imperialibus taxatus, eis vero apud se non habentibus, pecunica alia per eos in crypta conservata rantionem pro se, et suo Praelato solvere, et illam pauper Prior exutus omnibus absqve calceamentis ferre extra civitatem Svecis conatus est. Eodem die Reverendissimus dominus Minutini, Suffraganeus Olomucensis, ecclesiae cathedralis thesauris spoliatus, et semi-nudus lethaliterqve vulneratus, scripta cum salva Gvardia Olomucium ductus est. Item Admodum Reverendus Pater Magister Cornelius Oitweiler, Decanus Carnoviae, et Commissarius Silesiae rebus ecclesiasticis acceptis, scilicet Conventus S. Iacobi et S. Clarae, a Svecis captus, et qvinqvaginta Imperialibus a domino Matthaeo Pengelott mutuo datis a captivitate denuo redemptus est, qvem prius in campo Ptipsainensi penes currus supra eqvum simplicem posuerunt, et eqvitantem straminea corona coronatum instar processionis cum turba puerorum ad castra Svecica adduxerunt, ac dein pro rancione Olomucium dimiserunt. Certe compatiebatur populus cum Gvardiano loci, qvod tantus vir talem despectum pati debuerat; attamen ex parte una Gvardianus gavisus fuit, qvod sit habiturus socium in tantis tribulationibus, sed ultra spem rancione deposita, assumpto secum Patre Petro, erupit et evasit.

Obsidetur Civitas.

In festis Pentecostalibus in pago Chřzelov, parvo medio miliari a civitate Olomucio distante, in qvo Gvardianus a S. Iacobo divina per festa solennia peragere solebat, magnus exercitus militum duodecima hora fluvium Moravam pertransiit, et in praefato pago castra posuit, ibidemqve excubias in turri et in campis circa circum pagum ordinavit, ac perterrefactos homines solatus est, dummodo sat ad comedendum et bibendum, et sufficiens eqvis pabulum praeparabant, haec omnia, qvidqvid exposuerint, illos soluturos. Hoc mirum in modum Guardiano videbatur, qvi absqve dubio Svecos esse advertit, qvare vocatus in Conventum ob varias causas feria 2da redivit, ubi Admodum Reverendum Patrem Magistrum, Cornelium Oitweiler, et Patrem

Godefridum Dambroch, tunc temporis provinciae Austriae Secretarium cum aliqvot Reverendissimis Canonicis simul congregatos invenit, quibus in conversationibus et stantibus de hoc milite, qvi fuit ante Gvardia Svecica, post aliqvod spatium temporis enarrare coepit: brevi armadam Svecicam fore secuturam, sicut et verificatum est; siqvidem adhuc illa die post occasum solis nobis inter se conversantibus in confinibus Sternbergensibus, Dolainensibus, et Bistricensibus, tribus qvadrantibus milliaris a civitate distantibus, iam in castris Svecicis ignes apparuêre qvam plurimi, et feria 3^{tia} Pentecostes summo diluculo exercitus paulatim progressus versus civitatem eam circa circum inclusit, et de nocte ad suburbia usque devenit. Qvare primo considerans haec Italus Commendans, vir ultra Sexagenarius, dimissis suis Consiliariis, sibi pro defensione civitatis datis, et non videns sibi parem, neminem ad se admisit, nulli mortalium literas sibi transmissas a duce Fernamond communicavit, sed solus et unicus se semper in illis fundavit; Ast tamen posthac vidit, et expertus est, quam deceptus est, qvam populus infinitas miserias pati debuit et spoliatus fuit; Ille vero conditionibus assignatis in traditione civitatis cum omnibus suis a Sveco liber dimissus.

Fiunt praeparatoria ad defensionem.

Tardius qvando iam hostis in suburbiis fuit, Commendans nullum militem praeter noviter collectum habens, eis sclopetas distribuit, cives ad muros iussit, tormenta in locis, ubi opus erat, collocare mandavit. Non minus hostis ad oppugnaculum se disposuit, tecta extra civitatem aliqva deiecit, et tormenta super domos accommodavit, uti supra molam carthaceam tecto deposito tormenta contra civitatem posita mane apparuêre. Qvare e contrario, scilicet ad S. Iacobum, tormenta qvinqve posita, et certus numerus civium cum domino Circkendorff, senatore civitatis, pro defensione districtus illius assignatus est, inter qvae tormenta unum sat longum, vulgo Katz dictum fuit, qvod Pater Petrus, natione Belga, Ord. Min. Conventalium, tunc ibidem ad S. Iacobum de familia collocatus, optime direxit, et pro prima vice iaculando a tecto molae carthaceae hostis tormenta deiecit, ac 2do totaliter molam carthaceam in nihilum redegit et combussit.

E regione Conventus S. Iacobi extra muros fuit una domuncula in aliquo horto, in quo aliqvis advertit, ibidem circa qvinqvaginta Svecos haerere, qvod Patri Petro revelatum est, qvi, onerato tormento et explosione praedictam domunculam cum hostibus combussit.

Traditur hosti Civitas.

Rumor fuit inanis, et vere pasqvillus, propter tres foeminas fuisse hosti traditam civitatem, qvas intelligere volunt scilicet dominam Miniatti, uxorem Commendantis, qvae aliqvot ante diebus ad sua bona Ptiniam, post Olomucium duobus milliaribus distantia, ante Svecum et eius adventum exiverat, nec amplius unqvam reversa; secundam: Dominam Schwonauerin, et tertiam: Kauffmannin, Caesarei iudicis uxorem, qvae qvidem Olomucio cum curribus, in qvibus avehebantur thesauri, abiverant, sed in confusione illa, dum currus spoliarentur, se aliis associatae, per silvas et pagos hinc inde vagatae, et post aliqvod tempus ad revocationem virorum domum denuo reversae sunt. Secundo Commendans Olomucensis nomine Miniatti tunc temporis existens, literis a duce Fernemond acceptis nimis deceptus est, cum ipse Commendantem scripto praemonuerit, qvod cum residuo milite Caesariano in fuga ad praesidium Olomucense se recipere velit, qvod tamen non factum, et hac de causa putans Caesarianum militem hosti, ut civitatem transire posset, Commendans portas apertas reliqvit. Tertio: Caesarianus miles, qvi tunc perqvam necessarius erat pro defensione civitatis, curribus ex civitate cum thesauris fugientibus pro salvo conductu datus, scholae Patrum Societatis occlusae, et studiosi dispersi, qva de causa cum Dei permissione haec omnia facta, hostisque omnia suburbia ad se attraxit, planeqve vidit, qvod nemo ei resistat et valeat, ipse civitatem cum bonis conditionibus petiit, sin secus vi aggredi paratissimus fuit.

Dimissi igitur Reverendissimus dominus Zdředele, Administrator serenissimi archiducis episcopi Olomucensis et Suffraganeus Passaviensis, dominus Commendans Olomucensis, dominus Tobias Schwonauer cum aliis duobus senatoribus cum Generalissimo Durstensonio conditiones pro traditione civitatis tractaturi. Et ni fallor, hae sunt: 1mo Porta fortiori dominum Generalissimum cum assistentibus civitatem introire permittere.

2do Dominus Commendans securus cum omnibus suis, etiam suppellectili domestica, vel qvidquid exportare potest, exire valeat. 3^{tio} Omnes, qvi in civitate manere, vel foras exire absque impedimento possint. 4to Fidem Catholicam in nullo impedire. 5to Devotionem, Collegium, Convictum, et monasteria omnia relinqvere in suo esse et statu. 6to Iuramenta suae Maiestatis, et omnium Statuum non perturbare. 7mo Fidelitatem Caesari servare ut decet. 8vo Nobilium et Praelatorum domos cum suis qvibusvis privilegiis relinqvere. Ultimo tandem arma deponere. Haec qvidem hostis promisit, sed pauca servavit.

Generalissimus intrat Civitatem.

Sabbatho hora secunda post mediam noctem (1642, 14. Iunii) traditio Civitatis parum innotuit, qva dominus Circkendorff ad fenestram Gvardiani ad S. Iacobum pulsavit, et ei recensuit, civitatem pessimis conditionibus circa vesperum heri hosti esse traditam, et silentium, seu Stillstandt, in postis civitatis indictum, qvare media hora post, lustratione absoluta muri civitatis adiunctis circiter centum et qvinqvaginta maioribus Officialibus porta illa fortiori, in conditionibus posita, Generalissimus Durstenson ad palatia episcopalia venit, et dein assumpto secum Reverendissimo domino Administratore, duobusque aliis Ecclesiasticis ecclesiam Cathedralem lustravit, ac demum ad monasterium Patrum Capucinorum, ubi qvartirium habuit, perrexit. Mox autem in qvartirium veniens lustrationem circa civitatem expedivisse suis Officialibus narravit, et qvod, si de muro, qvi post Collegium Patrum Societatis recte post festa ceciderat ad fundamentum, scivisset, nunqvam de Accordo cogitasset, sed directe cum toto exercitu civitatem intrasset et sua fecisset.

Introducuntur Regimina ad Civitatem.

Dominica SS^{mae} Trinitatis, quae erat 15. Iunii, integra qvinqve regimina sunt introducta ad civitatem, inter qvae duo peditum, duo dragonerum et unum eqvitum, factaqve dispositione Commendantem primum praeposuit dominum Wanck, qvi vix qvadrante anni fuit, qvidem egregius miles, et polyticus licet Acatholicus, attamen demississime salutavit, et reverebatur sacerdotes, qvi sat artificiosa inter aqvas post portam inter Laska

et Carthusianos propugnacula excogitavit; sed propter notam unam, qvam inclusam cum aliqvibus caracteribus habuit, potuit, siqvidem de illo probatum est, multum per operationem maligni spiritus facere, et ideo amotus, ne clamor fiat in civitate, Svecos per magiam, vel arte diabolica, gerere, et ad castra revocatus, cui dominus Georgius Paikul, Colonellus peditum, in locum successit, qvi natione Svecus erat, qvem etiam se Molitoris filium esse narrare non pudebat. Is per militiam in virum magnum evasit, et qvam plurimum Commendantem in civitatibus, uti Augustae Vindelicorum et alibi, famosum egit; is gravis persona fuit, caput magnum habuit, decorus erat facie, annos qvinqvaginta habuit, et ultra, barbam non alebat, nec uxorem habebat. Tempore ipsius dum adempta fuit aqva civitati, conceptu eius aedificatae sunt variae molae tam pedales, qvam manuales, sicut etiam Ross-mühl. Iste non ultra, nisi usqve ad obsidionem Brunensem Olomucii Commendans fuit, ac posthac a Generalissimo Durstenson ad castra citatus, qvae tunc erant inter Kremsirium et Kojetain, ubi omnium votis in maiorem Generalem electus, et post aliquot annos Princeps in Svecia factus, prout illo tempore publicatum fuit ipsum in Principem fuisse creatum. Tertius Commendans dominus Valentinus Winter, natione Brutenus, Gedanensis, sartoris filius, vir agilis et vigilans, cuius prior foemina in inferiori Silesia obiit, alteram vero in Moravia antiqvae Minqvitzianae familiae nupsit, et eam sibi in' uxorem desponsavit, qvae in favorem viri ex Catholica Lutheri fidem assumpsit. Is, ut Supremus Leytnantius cum uno curru et qvatuor eqvis famuloqve uno ad civitatem venit, et in suo Officio ad solutionem obsidionis usqve Brunensis mansit, cui dominus Paikul denuo successit in Commendantem, qvi ut Generalis usqve ad finem gubernavit. Post discessum vero ex Moravia famosissimus Winter vocatus ad patriam, et ibi a Gedanensibus civitatis illius Gubernator (vulgo Stadthalter) promotus, qvi pro maiori securitate (ut ibi moris est) summam pecuniae ad civitatem posuit, a qva interesse praeter ordinariam solutionem habentem accepit. Et certe, maxime in illa irruptione Svecorum in regnum Poloniae erat summe necessarius illi civitati Gubernator bonus, qvalis erat dominus Valentinus Winter, qvi mores Svecorum et personas bene noverat, et multum pro parte regni Poloniae exhibere poterat, uti etiam fecit.

Excinduntur pomeria.

Summo mane die lunae (16. Iunii 1642) secures, qvas cum munitionibus aliis advexerant Sveci, e curribus expositae et militibus distributae, qvibus illa die pomeria circa civitatem in suburbiis sita, et viridaria iucunda ad terram usque exsecarunt, et exscissa ad cumulos composuerunt, rami vero in fascinas colligati, et cum tempore ad templum S. Petri advecti, et ibi una cum carbonibus et munitione varia obserati.

Revertitur Generalissimus in Silesiam.

Die Martis (17. Iunii 1642) Svecus facta Olomucii dispositione in Silesiam ad suos properat, et in Pomeriam et Lypsiam.

Deponunt arma cives ad Curiam.

Post discessum Generalissimi Durstenson decretum per omnes portas civitatis est promulgatum, ut omnes et singuli omnia arma in domibus possidentia, scilicet: bombardas, gladios, pistolas, secures et similia illa adhuc die ad Curiam deferrent sub poena capitis, et maxima mulcta, qvin sin secus fecerint, poenas in illo decreto assignatas et scriptas infallibiter incursuros. Nihilominus duae bombardae inter ossa in caemeterio S. Petri inventa, et cuius essent agnitae, qvi posthac incarceratus, magnas miserias passus, et sine magna mulcta, ut notum omnibus erat, non est dimissus.

Comburuntur suburbia.

Die Mercurii (18. Iunii) per plateas indicatum fuit omnibus et singulis, qvi in suburbiis habitabant, vel alibi aliqva conservata habebant, licite in civitatem omnia deferre, ibidem conservare, et hospitia sibi qvaerere, vel secus vellent, ad libitum ex civitate migrare posse, siqvidem summo mane die Veneris incendiarii ad comburendum suburbia sunt ordinati. Eodem die omnibus in civitate existentibus mandatum fuit, ut supra tecta sufficientem aqvam possideant, seqventibus diebus, postqvam accenduntur suburbia, ne patiantur damna. Promulgato edicto praefata die Veneris omnia suburbia, palatia foris

existentia, et ecclesiae sunt combustae, muri ad nihilum redacti, ruinati et terrae similiter adaeqvati.

De propugnaculis.

Devastatis et ruinatis muris et monasteriis, ac omnibus in suburbio domibus et hospitalibus, munita est civitas; muri, qui fuerant debiles, dejecti sunt, et ex fundamento aedificati, uti post collegium, in circuitu reparati, et partes aliquae Patrum Societatis murus, qvi recte ante adventum hostis ad fundamentum usqve ceciderat, denuo est erectus, sicut etiam circa Cathedralem ecclesiam. Hoc tamen sciendum est: qvod ubi murus, vel pars nova muri totaliter aedificata fuit, ibi insigne regis Sveciae ex lapide excissum, et in muris inclusum apparuit, qvod de facto videri potest. Valla circa civitatem, et propugnacula restaurata, et aliqva de novo aedificata, domunculae, ubi opus fuit, pro excubiis tam in vallis, muris, et propugnaculis sunt erectae; qvalibet vero die medietas militum peditum et Draganeorum ad facienda valla et propugnacula, et altera medietas pro excubiis ordinabatur. Ex civitate qvotidie de domo tres, festis et diebus dominicis etiam non exceptis, ad propugnacula ire coacti, et si cives aliqvi non habuerunt, qvos misissent, Svecicas ex fortioribus tenebantur conducere foeminas, vel ipsimet cogebantur, si qvidem pueros et puellas parvas suscipere nolebant, qvia si similes mittebantur, tales ad caveam ferream (vulgo Narrn Gatterl), qvae in medio civitatis fuit, pellebantur, et ut pullis pro cibo seu pabulo avena, vel hordeum inter eos proiiciebatur.

In his faciendis propugnaculis nemo credit, qvales insolentiae fiebant, maxime inter serviles ancillas, sicut etiam inter civium filias, qvae absqve suis charissimis procis remanere non potuêre; qvod qvidem revera Sveci honestatem amantes ad carnalia vitia maxime advertebant, nam cum sive egregii, sive simplicis civis, sive Senatoris filia fuit, etsi minima suspicio advertebatur in una aut altera, tunc etiam vilissimum Sclopetarium ducere pro coniuge, seu marito, et ipsi nubere, est coacta.

Propugnacula hyemalia.

In aestate ex terra, in hyeme vero ex glacie adinstar aliorum propugnaculorum in simili plane forma erigebant moenia,

et formabant valla; ad hoc observandum, qvod dum formabantur ex glacie a Svecis in hyeme propugnacula, glacies qvalibet die ad noctem perfundebatur aqva, ita ut magis et magis congelata glacie inaccessabiliter fuerit factum propugnaculum, qvod econtra Caesariani fecêre. Contigit semel qvendam supremum Leutnancium, dominum Georgium Retefort, qvi a Commendante pro inspectione laborantium in propugnaculis assignatus colligendo fragmenta glaciei in aqvam cecidisse, qvae ipsum immediate sub glaciem arripuit. Rusticus vero proxime adstans iam qvasi suffocantem sub glacie pertica deprehendit, et ad littus qvasi semi-vivum extraxit, pro qvo tanquam gratus beneficii bis in septimana prandium instituit, et semper bene tractato ei ducatum obtulit, neqve, qvoties ipsum obvium habuit, vacuum dimisit.

Antemuralia.

Ex materia sufficienti laterum et lapidum habente hostis in suburbiis antemuralia circa civitatem aedificavit, et ex ruderibus, seu domibus ruinatis planitiem (ac si domus nunqvam fuissent) campo similem adaeqvasse fecit, ita qvod inter muros, et antemuralia qvilibet curribus transire, vel equitare nemine advertente potuerit. In suburbio post molam S. Iacobi, ubi antemuralia facta sunt, fuit qvondam Coriariorum platea, ubi canis unius exulantis Coriarii pluribus notus in aliqvo profundo celario (vel, Deus scit) sub terra absconsus qvinqve annis latrabat, lamentabiliter ululabat, ita, qvod multos ad fletum commoverit, ut dein, ubi canis haereat, ipsis Svecis diu locum qvaerentibus, et non invenientibus, unus in excubiis miles canem mures aliqvando capientem, advertens ex sclopeto (1647) traiiceret, qvi probabiliter meris muribus tot annis victitabat.

Portatores alimoniam hosti suspenduntur.

Sat magna Metropolis in Moravia civitas Olomucensis, qvae vendentes, et ementes suscipiebat, ut tali modo homines se iuvare poterant, et revera fuit qvasi Mater pauperum, qvia multos alebat, et hinc deficientibus alimoniis, et existente inibi hoste more consveto, uti antea, homines aliqvando clam, maxime de nocte ad civitatem portare solebant, qvod contra decretum fuit. Hinc Caesariani, Prostannae manentes, similia advertentes,

portatores saepius spoliabant, ac dein his non cessantibus semel qvindecim deprehensi, ex qvibus unus fortior electus alios in proxima arbore suspendit, et ultimo se ipsum suspendere coactus est.

Templum Sveci petunt.

Occupata civitate, ad instantiam Commendantis, Sveci pro illorum exercitiis templum S. Blasii a Senatu habebant assignatum, qvod est in angulo, qvi non adeo contenti, post breve tempus Parochialem ecclesiam S. Mauritii apud Senatum sollicitarunt; Senatus vero non habere se potestatem in his qvidqvam mandandi, facili modo se excusavit; miserunt ideo ad dominum Melchiorem Pollinger tunc temporis parochum ibidem, qvi respondit se authoritatem non habere alicui alteri ecclesiam, cui legitime praeest, et iuravit, tradere. Institêre propterea apud Reverendissimum dominum decanum, qvos ita expedivit dicens: Si Parochus propriam ecclesiam non dimittat, et sicut etiam non tenetur nec debet, nec a me cogetur, episcopo soli liceat dispensare; episcopus vero non adfuit. Hac de causa a domino parocho claves petierunt, qvas, dixit, se non habere, sed obscure in ecclesia repositas iacere. Qvare scalis acceptis, et fenestra fracta Vicarium baculo pulsavêre, et ut ascendat scalas, et claves qvaerat vi coëgerunt; ipso vero renuente, alium permiserunt ascendere, ut claves in altari positas acciperet. Aedituus autem primarius amplius de clavibus scire noluit invitus ad aperiendam ecclesiam, et ideo alium sibi pro bene placito, qvi inspectionem ecclesiae habeat, aperiat et claudat, ad tempus elegerunt.

Calicem mutuo accipiunt.

Ecclesiae S. Mauritii calices et thesauri non erant evecti, sed in sacristia absconditi, qvare habita Sveci ecclesia unum a domino parocho calicem mutuo habere petierunt; concesso ideo calice Commendans syngrapham se mutuo accepisse calicem a domino parocho dedit, et viso eiusdem ecclesiae thesauro mandavit, ut ille omnis thesaurus ad inferiorem sacristiam cum sua mobilitate congregetur, ibi occludatur, et sigillis civitatis parochiqve obsignetur, et sic omnia ad exitum Sveci intacta remanserunt, et in discessu calix restitutus, et syngrapha denuo Commendanti exhibita est.

Ad SS. Cyrillum et Methudium Catholici migrant.

Habita possessione S. Mauritii Catholici cum suis exercitiis ad Sanctos Cyrillum et Methodium, et Sveci a S. Blasio ad S. Mauritium transivêre, ubi solummodo locum pro sepulturis sibi reservarère. Qvare siqvidem more solito Catholici officia solemniter ut plurimum cum musica persolvebant; Sveci ferventem illam devotionem non passi, una tantum vice in anno dicentes se distractionem in illorum devotione habere, ad templum S. Michaelis Catholicos migrare mandarunt, ex qvo etiam, qvia propter freqventem devotionem, organi et musicae per civitatem fervor resonuit, ob invidiam post qvatuor annos ad templum Bernadinorum sunt pulsi, ubi ad exitum Sveci munia ecclesiastica et devotio persolvebatur.

Devotio Svecica.

Uti diversarum nationum et linguarum Svecus habuit homines, scilicet: Svecos, Germanos, Italos, Gallos, Polonos etc. ita Sectas omnes (praeter Arianos) libenter passus. Illorum devotio diebus solummodo dominicis corrupta Germanica lingva mixta cum Svecica fiebat. Pastor seu Praedicantius vestitus nigra toga ad terram usque longa, et simili bireto prout sacerdotes Catholici in funeribus utuntur; aliqvando gestans supra togam sine alba Casulam, aliqvando super albam superpellicium, seu in locum missalis aliquem ad placitum Commendantis librum precum, Wittenbergae seu Lypsiae impressum, ad altare accessit, qvi nunqvam nisi nominante rege Sveciae, seu nomine alicuius praecipui Generalis, suum biretum per totas caeremonias deposuit; praedicaturus vero, in toga casulam, vel superpellicium assumpsit. In praedicatione abfuit aliqvem ex Officialibus tangere, vel impetere, quia hoc facto immediate similis ad carceres positus et punitus fuit, et ideo omnes in attentione oportebat manere.

Distributio excubiarum.

Non minus hostis intus advertit, ne fiant aliqvae insidiae, vel proditiones, ut contra hostem extraneum, ideo domunculis pro excubiis praeparatis per muros, valla, propugnacula, portas inter muros sicut etiam per omnes civitatis plateas die et nocte

una explosione Sclopetae ab invicem disposuit excubias. Pro eqvitibus qvam procul se extendebant muri decanatus, aedificatum est stabulum, in qvo Commendanti eqvites parati in custodia, seu vulgo in Bereithschafft, steterunt. Per omnia monasteria pro maiori securitate posuit hostis salvam Gvardiam, cuius officium erat attendere, et revelare Commendanti, qvidnam intus fiat, aut contingat? qvid intro portetur, aut exportetur? cum non solum Catholicis, verum etiam Svecis sub magna poena prohibitum fuerit, ut nulla conversatio, multo minus conventio in similibus locis fiat. Et hac de causa subseqvens solutio salvae gvardiae a Commendante in omni loco est assignata et septuata, sicut ad S. Claram omni septimana praeter cibum et potum septem Imperiales, ad S. Iacobum vero duo Imperiales sunt ordinati, qvam pecuniam tam bene Moniales, qvam Gvardianus loci continuare debebant; deficiente vero ultimatim pecunia advertens salva Gvardia misericordiam, qvam cum Gvardiano passus, conqvestus apud Commendantem, se solutionem ordinatam habere non posse, qvo amoto mandatum est, ut murus ad refectorium perfringatur, monasterium apertum maneat, et illud excubiae de nocte visitent et lustrent. Qva de causa visum posthac fuit consilio bellico, qvod diu in visitatione monasterii et camerarum morarentur, immediate prohibitum est non ulterius lustrare Conventum, sed duo Corporales natura Sveci, Guilielmus et Magnus de nomine cum uxoribus ordinati, ut ambo una cum Patre Gvardiano in refectorio (et non alibi) die, et nocte permaneant, ita ut si unus iverit ad excubias, vel aliqvo alio commendatus fuerit, alter semper domi haereat; vel si ambo, uxores Gvardiano attendant. Qvalem autem mortificationem per qvinqve annos cum ipsis habuit, novit Deus, si qvidem a Guilielmo nimis mortificatus est.

In proxima domo Canonicali habuit qvidam Rittmaister qvartirium de linea S. Erici regis, cuius famulus procabatur ancillae Dominae suae, qvam dominus Rittmaister ex civitate eiecit, et famulo sclopetum dedit; post annum vero famulus gratia a Domino consecuta puellam revocavit, et in sponsam eam accipere sibi voluit: quapropter omnia pro nuptiis parata, et hospites pro futura solemnitate nuptiarum alterius sequentis diei in refectorio celebranda invitati, et ecce! pridie vox de nocte audita! cui Guilielmus ut Inspector auscultans ait: qvalis vox? responsum datum: porcelli marini; ille vero non credens,

qvibus tamen singulariter delectabatur, lumen petiit, et loco sui porcelli marini infantem invenit, qva de causa percussa bene sponsa, extra civitatem eiecit; habita vero notitia Supremus Guilielmum ad asinum posuit, qvi totaliter ob nimium frigus congelatus ex asino deorsum cecidit, et ita vitam finiit.

De imaginibus.

Qvidam Colonellus Dragoneorum, cognomine Grenberger, Calvinista instinctu haud dubie alicuius Praedicantii mandavit sui regiminis militibus, ut omnes Sanctorum imagines in suis qvartiriis colligerent, et ad locum, ubi constituerat, deferrent. Qvo facto magnus cumulus Imaginum praesente ipso Colonello, et Catholicis adstantibus combustus est; ubi contigit, qvod qvaedam devota puella imaginem sat pulchram Beatae Mariae Virginis cum Iesulo, et Sancto Ioanne Baptista pictam habens, qvam ob celeritatem militis servare non potuit, militem usqve ad rogum secuta imaginem volens ab eo habere, sed actum fuit: Proiecta tandem imagine in rogum inter alias illaesa in flammis volabat, et integerrima remansit. Flens ergo puella, nomine Catharina, ob hoc miraculum factum rogavit et imaginem obtinuit, qvam dein Reverendo Patri Gvardiano ad S. Iacobum donavit, et modo Koslae in altari in ecclesia SS[mae] Trinitatis miraculis clara exposita colitur. Altera imago nempe Sancti Ignatii, episcopi et martyris, non est etiam combusta, qvo autem devenit, non scitur, nec hominibus fuit notum.

Pauperes ejiciuntur.

Omnibus sub Sveco ex civitate licebat exire, qvi vero non poterant, ut claudi, caeci, et pauperes, coacti remanere debebant. Contigit vero primo anno recte circa festum Omnium Sanctorum, ut intellexit Georgius Paikul Commendans, qvod plurima copia hominum pauperum ipsa die animarum propter accipiendam eleemosynam ad diversas ecclesias, maxime vero Patrum Societatis, convenire soleat; curavit igitur per plateas civitatis promulgari, dominum Commendantem et alios dominos Officiales esse nimis liberales, et magnas propter defunctas animas illis hac die solere dare eleemosynas qvo audito edicto; et promulgatione plurimi pauperes: ut caeci, claudi illa die

convenerant expectaturi largam eleemosynam, qvibus visis Commendans ordinavit insolentiores Sclopetarios cum illorum Profoss, qvorum unicuiqve darent grossum, et posthac omnes e civitate simul educerent, qvo facto, decretum in omnibus portis affixum est, ut nullus pauperum amplius in civitatem intromitteretur, et ita hospitalibus evacuatis e civitate pauperęs omnes sunt evecti.

De portis et tormentis super moenia.

Civitas Olomucium primaria in marchionatu Moraviae sita, moenia pluribus turribus et turriculis exornata habuit, qvas turres et turriculas plurimas Svecus deiecit, maxime vero tecta, super qvae tormenta disposuit. Civitatis portae ordinariae sunt sex, et omnes in angulis suis aedificatae, qvarum prima pôrta media seu Viridis (Brünn oder Mitter-Thor) vocata. Secunda porta inferior ab inferiori foro dicta. Tertia porta Littoviensis, eo, qvod Littoviam versus pergatur. Qvarta porta Lascensis seu S. Barbarae, eo, qvod illa porta egrediatur in Laskam, territorium Sanctimonialium S. Clarae. Qvinta porta S. Blasii, eo, qvod sit plane penes templum Sancti Blasii. Sexta porta prope cathedralem ecclesiam dicta porta Burg-Thor, eo, qvod illa porta sit proximior castro marchionali, ubi modo cathedralis ecclesia, et civitas de sufficientibus lignis provisionem habeat; supra qvamlibet portarum harum fuerunt locata tormenta qvinqve; penes Cathedralem ecclesiam qvinqve; ad Sanctum Iacobum qvinqve, in propugnaculis qvinqve; et in civitatis foro qvinqve, sicut etiam inter templum Sanctae Clarae, et patrum Societatis Iesu qvinqve. Qvatuor portae, scilicet inferior Sancti Blasii, Littoviensis et Lascensis fuerant obmuratae; Aliae vero, nempe Media et penes Cathedralem ecclesiam apertae remanserunt, qvibus fortes excursiones seu Parthey, spoliatum oppida et arces, dimittere solebant. Qvoties vero dimittebantur, prius in foro omnes congregati, ac dein horum medietas una porta, et alia porta medietas ordinarie exibant, et primum uno qvadrante milliaris ad extra conveniebant, ut verba, et parolla communicata prius rescirent, qvo ire debeant, ne forte ab aliqvo proderentur, et dein a Caesarianis inseqverentur.

De Provisione.

Ab ipso ingressu ad civitatem Svecus de provisione fuit sollicitissimus. Dispositis qvidem militibus per qvartiria, eis cives qvam diu poterant provisionem, seu victualia providebant, interea absentium Dominorum comitum, et nobilium, aut civium aedes visitatae, et illa omnia (qvae ad vivendi rationem spectant) inventa, ad domum proventuum exportata. Item in multis granariis quaecunque frumenta, qvam alia victualia sunt reperta, mensurata, et proviant Magistro consignata fuêre. Eqvites foras excurrentes oeconomizata tam frumenta, qvam alia victualia continuo advehebant, primo ex proximioribus, deinde ulterioribus, et conseqventer ex tota Moravia et Austria sufficiens provisio fuit. Qvo ad carnes; de bobus, ovibus, porcis, multos greges adducebant, inde carnes saliebant, fumabant, habentibus iam superabundantem de carne provisionem, non tamen cessaverunt de omni genere pecudum ad vendendum pellere ad civitatem, et cum non haberent, cui vendere deberent, libere pecora ad campos dimittebant.

De peste animalium.

Primo anno ab ingressu Sveci in Moraviam (1642) in Iunio, Iulio et Augusto, in qvibus mensibus calores fiunt, tam magnam copiam de pecoribus adducentes propter maximum aestum et inopiam aqvae inflammabantur, et pestis inde animalium exorta fuit, ita qvod per universas vias magna multitudo iacuerit, etiam per omnes plateas civitatis, et non erat qvi sepeliret, unde foetor intolerabilis, muscarum tanta copia, difficile dictu, seu creditu! vix coelum serenum, et solem videre propter muscas licuit, et post breve tempus aër infectus, et magna pestis consequenter inter homines grassabatur.

Pestis Olomucii.

Ex peste animalium ut supra, tota plena civitas infecta est peste, ita, ut plurima turba tam civitatis, quam Svecorum vitam peste finiverit, intra muros milites, qvi mortui, ibi clam sepeliebantur; hac de causa, ne extra civitatem clamor (pestem inter Svecos grassari) veniat, sed Commendantem hanc Dei plagam occultari non posse, cum Senatu contulit, ut medicus,

chyrurgus, et vespiliones instituerentur, qvi pestiferis inservirent; qvare Dominus Winckler medicus, et Wolfgangus chyrurgus, ut infectis peste subveniant remedio, ordinati. Exercuit medicus varia remedia in canibus, et aliis bestiis pro simili peste curanda, sicut sectionem venae, et alia, sed nihil valebant praeter herbam millefolianam, qvae comburebatur in cinerem, et in certa qvantitate (prout cuius complexio erat) in cremato, vel calida cerevisia, vel vino infirmus utebatur; vomitu habito fere qvilibet salutem obtinuit; si tardius pulveres sumpti, et non subseqvebantur operationes, iam desperabatur de salute infirmi. Oportebat foliis illius herbae locum, et domum thurificare; necessario foetebat ideo tota civitas propter suffitum millefolii. Revera infectum aërem speciei pestis illius mane unus qvisqve advertere potuit instar nebulae, et horrende foetebat, acsi aliqva putrida terra, vel hominis sudor foret.

Expositi Ecclesiastici pro visitatione pestiferorum.

Praeter medicum, chyrurgum, curatores infectorum, et portatores, seu vespiliones (vulgo Todtengräber) peste decedentium, etiam curatores animarum expositi fuêre: e Societate Iesu R. Pater Conradus, et Pater Paulinus ad S. Iacobum Gvardianus. Certe ille bonus Pater Conradus multum de infirmis fuit sollicitus, in qva domo vel mortui, aut ita infirmi, qvod domum aperire neqviverint, scalas secum portabat, domos intrabat, et tantum opus charitatis perficiebat; hic ut peste post paucos dies infectus obierit. Patri autem Paulino ut fortioris naturae Deo sic ordinante, non tam cito pestis nocuit sumpto illo millefoliano pulvere in potu, tempestive affectionem venenatam in duo apostemata convertit, unum successit, aliud maturescere non potuit, uti hucusqve reliqviae manent in Patre.

Conventus S. Clarae peste infectus.

Sollicite attendebatur ad monasterium S. Clarae Conventum, ne peste inficeretur, licet tardius tamen peste infectum fuerit, et hac occasione Virgo qvaedam huius monasterii, nomine Constantia, professa, habens gratiam curandi multas infirmitates, uti pluribus ad se venientibus subveniebat. Una militissa Sveca cum poculo ad portam veniens potionem contra

infirmitatem petiit, ex poculo illo et illa faemina, qvae vix domum rediens mortua fuerat, ipsa Virgo infecta fuit; ex illo momento acsi ignis arsit totam, post duodecim horas mortua est; cum scitu Commendantis acsi non peste obiisset, publice sepulta fuit. Elapsis aliqvot diebus de obitu alterius Pater Gvardianus informatus, et aliis infirmis adhuc ipse valetudinarius intrando Conventum vidit hinc et inde iacentes mortuas, pergit ad abbatissam, et ipsa tria apostemata habens, et de obitu aliarum minime sciens semi-mortua iacuit. Ad qvam ille: ‚O! Deus in manu Dei sumus, si inciderimus in manus inimici, erunt peiora prioribus. Non est opus scire Commendantem, alioqvin occludent nos, si non peste, fame peribimus; qvid faciendum? qvis sepeliet mortuos?' Habebatur villicus in loco ante-monasteriali sat fortis, vadit ad ipsum clam Gvardianus, et ipsum invenit mortuum; dein pergit ad vespilionem, cogitavit ille, filius spiritualis non prodet, et sepeliet, et ille est agonizans, suam caute foeminam clam cum socio eius ad Conventum intromisit, qvae undecim sub Dio in horto, et una fossa sepelivit. Divina misericordia sic disposuit, qvod neqvidem salvae Gvardiae, qvae attendebat ad monasterium de peste in monasterio, et de sepultura mortuarum personarum innotuerit, neqve ad Commendantis notitiam venit pestis in monasterio, minus de illis, qvae peste obierant; primo post annum, qvando pestis cessaverat, interrogavit, quot sint in monasterio? rescivit: unicam remansisse abbatissam quae vocabatur Anna Opavska, et ipsa Dei dispositioni adscribere debuit.

Secunda pestis.

Multae sunt species pestis, et una alteri similis non est. Post discessum Sveci alia pestis exorta est. Expurgabantur plateae, et omnia loca in civitate; evehebantur sordes extra civitatem, sed si in frigoribus hyemali tempore nulla infectio erat, ante Collegium tam magna congeries sordium, qvod studiosi vix ex scholis novam turrim videre potuerint. Conducti aurigae pro evehendis sordibus in mense Iulio vix coeperunt evehere et effodere profundius, excitarunt horrendum foetorem. Inde auriga et famulus in loco mortui, et ex illis scholis versus plateam una et altera die 20. studiosi, Patres Societatis 9. Professores illarum scholarum, Pater Praefectus,

Pater Rector Eustachius, Pater Procurator, Pater Minister et Sacristanus vix non una die obierunt. Paulo post in civitate infectio facta, non qvidem erat generalis pestis, sed quae domus infecta fuit, vix aliqvis remansit vivus; decesserunt tamen circiter qvingenti homines peste illa. Sollicitus de remedio Senatus tempestive contra illam pestem praescripta a medicis sub lingva venae sectio, qvo citius, tanto melius; tale remedium etiam sanis fuit necessarium, hoc enim periculum praevenire potuerunt. Svadebat Medicus alicui balneatori perfecto, ut sibi prius curaret scindi venam, qvam aliis scindat, non fecit monialibus iam ex consternatione illa valetudinariis; iussu Medici Pater Confessarius curavit venas aperire. Ille perfectus balneator facto opere redeundo cecidit, et est mortuus. Funera perficiebantur publice pulsu campanarum continuo, sed Reverendissimus dominus, Claudius a Sorina, Officialis, pulsus et funera publica interdixit. Curavit igitur Senatus karas, seu currus, et extra portam Littoviensem coemeterium pro sepeliendis pestilentialibus de nocte portatores (vulgo Todtengräber) eo evehebant, et sepeliebant. Pro infectis vero illa peste aedificarunt pulchram infirmorum domum extra portam S. Blasii, et provisio commodissima ibi pro talibus ordinata; illuc omnes, qvi infirmabantur peste, exportabantur, sed nemo erat, qvi in illa domo supervixit.

Praemonuerat Reverendum Patrem Erčzerum, primum post exitum Sveci philosophiae professorem, Pater Gvardianus paulo ante, qvod ille monticulus, seu cumulus ex meris faecibus et cadaveribus pecorum, et militibus Svecicis peste mortuorum fuerit compositus, quod si Patres Societatis non curarunt, ipsorum culpa fuit.

De vulneratis Svecis sub obsidione Brunae.

Obsederat Brunam Svecus (5. Septembris 1643), et per multas hebdomadas modos varios tentavit, ut eam civitatem caperet, et non potuit; reliqvit Brunam, et Kremsirium versus castra movit; illos vero milites sub Bruna 300. vulneratos in curribus Olomucium ad chyrurgos curandos dimisit; pleriqve sanati fuêre praeter illos, qvi seni chirurgo obvenerant ligandi, nemo ex eis sanatus. Inqvisitio facta; purgavit se ille, qvod forte apud ipsum aliqvid de peste gustaverint, ideo non evasêre;

ratio huius non est acceptata, ad carceres positus, illis pharmacis vivere coactus, qvibus utebantur vulnerati demortui, ibidem factus infirmus, dimissus, et post octo dies obiit.

De granariis.

Excepta provisione, ut supra capite ‚De provisione', alios proventus hostis excogitavit. Decretum factum, et per civitatem promulgatum, ut cives, qvi non habent provisionem ad tres annos, foras exirent; exiverant multi relictis omnibus suis. Iterum post aliqvos menses illud decretum repetitum, pauperes cives, expectantes in dies liberationem, vel aliqvam mutationem sese continebant. Adhuc tertio post annum decretum de visitatione civium et monasteriorum, ut omnes visitatoribus sese qvot personas in domibus tenuerunt hucusqve, et pro qvot annis adhuc habeant, sub iuramento praesentarent, et omnia fideliter monstrarent; si secus fecerint, omnibus privarentur, et extra civitatem eiicerentur. Qvod ut factum fuit, visitatores quidqvid ipsis placuit, de victualibus acceperunt, et ad Prowiant-Hauß exportarunt paucis relictis. In monasteriis autem omnibus, in domo episcopali et canonicorum frumenta omnis generis absqve numero inventa, et absqve dilatione ad proventum eorum evehebantur.

Provisio suppellectilis.

Sub tempus visitationis monasteriorum (1644) postqvam deposuerint frumenta tam in conventibus et ecclesiis, omnem mobilitatem lustrarunt, et res, in qvibus fuit signum ecclesiae vel conventus, vel personae monasterii probarunt fuisse suas, non accipiebant, sed alia omnia in curribus evehebant ad Commendantem, et visitatores, qvidqvid eis placuit, inter se dividebant; qvaecunqve ex tela fuerunt: mappae, servetae, linteamina, manutergia, munda lectisternia congregaverant in singulis monasteriis ad sua loca, et facto inventario occluserant suis serris in cistis, et ubi opus fuit tam pro Commendante et maioribus Officialibus, ibi habuerunt.

De excursionibus ad arces etc. ob frumentum.

Spoliabatur qvidem ab excursoribus Svecis per totum Moravia; sed loca, arces, municiunculas, ubi se defendere

poterant, et sibi non fidebant, illa omnia praeteribant. Tempore suo Commendans Olomucensis ex aliis munitionibus, scilicet Unčzovia, Eulenberg, Sternberga, Fulnecio, congregatis militibus tria, ant qvatuor millia coniunctis viribus, etiam assumptis tormentis aggrediebantur illa loca, spoliabant, et qvidqvid de frumento, et aliis victualibus Olomucium dimittebant. Erant extraordinarie qvandoqve deputati eqvites, qvi scientes in Moravia et Austria, in oppidis nundinas, mercatores, et populum spoliabant, uti non semel multis spoliatis mercibus onerati, maxime ex oppidis Austriacis: Polsterdorff, Miselbach, Staatz, Ebersdorff, Walterskirchen, et aliis, qvae se ad Danubium extendunt, et domum revertebantur. De aliis spoliis Commendans, et alii maiores Officiales participarunt. Ideo de aromatibus variis, de vestibus, materiis, de tela et similibus rebus difficultas non fuit, vilissimo enim pretio vendebantur omnia.

De Reformatione regiminum.

Plenissima regimina Generalissimus in praesidio Olomucensi de bono milite reliqverat, sed inter tot annos in excursionibus, vel peste, aut aliis casibus multi peribant. Hinc Generales Witemberg et Königsmark alternatim aliqvoties cum suis exercitibus non absqve proventibus cum supplemento veniebant, et regimina reformabant.

De sale et munitione inventa.

In domo illa antiqvissima, vulgo Monte-Iuliana, de omni frumento multum positum fuit, et uti ad alia granaria excubiae erant positae, fures nonnisi furari cogitant; aliqvi in illis excubiis sclopetarii condixerunt inde de frumento auferre. Qvadam nocte intrarunt, et saccos implendo, relicto ibi fomite, seu Lunt, inter sordes, abierunt. Ignis ex fomite profundius penetravit, granatam aliqvam, pulveribus repletam, accendit, strepitum fecit, et Svecọs ad rumores et timorem excitavit. Venientes eo Sveci magis deorsum foderunt, fornicem aliqvem adverterunt, intus in vasis pulveres, granatas, et fomites deprehenderunt. In altera parte celarium plenum de pice fusa. Tertium celarium de partibus salis polonici; et certe non multum abundabat, de sale ipsi Sveci, vulgo balvano, et

pulveribus, iam de his ita habuerunt sufficientes pulveres, et provisionem de sale. Fit inquisitio, fures proditi poenas suas luere debuerunt, tres ad virgas, vulgo Spiss-ruthen, currere, tres ad mortem damnati. Illa celaria, et ea, qvae in celariis inventa, a tempore immemorabili nulli unqvam nota fuêre.

Thesauri reperti.

Centum ferme currus ante adventum Sveci evecti Olomucio et ab illis spoliati vide sub Cap. ‚Expediuntur thesauri'. Revera in illa confusione, qvasi mente capti, sine consignatione qvidqvid habebant, ad currus proiiciebant, nec illos currus comitabantur. Praeter haec, ubi nemo sperare potuit, et ab immemorabili tempore thesauros, pocula, cingula, monilia, et ignitam pecuniam in terra, in muris, in stabulis conservata inveniebantur; habebant aliqvas virgulas, ubi inclinabantur, certus thesaurus fuit; unde concludebant tam opulentam qvondam et divitem fuisse civitatem.

De domibus D. D. Canonicorum desertis.

Vix aliqvis crederet, qvam multa et preciosa mobilia in domibus Canonicorum fuêre, et post discessum eorum Sveci non multo forte tempore se mansuros Olomucii promittebant, ideo parum ea curabant, a vilissimis hominibus Svecis, et non Svecis (qvivis veniebat, rapiebat) ab omnibus spoliabantur domus; de vinis preciosis celaria plena. Etsi aliqvi remanserunt, domus curam habentes, larga manus eorum fuit erga omnes, aperuerunt celaria, qvicunqve voluit, hausit. Aliqva de singulari mobilitate exportare, et in ecclesiis, aut monasteriis observare studuit sed gratis, qvia ubiqve excubiae erant positae, et si aliqva exportata in visitatione inventa, omnia hostis erant. In domibus itaqve spoliatis, et desertis nemo habitare ausus est (anno 1644). A quibusdam Reverendissimis Pater Paulinus reqvisitus, ut aliqvo modo inspectionem domorum haberet; modum invenit talem: ex pauperioribus, qvi remanserant in civitate, maxime sartores, sutores, hortulanos, coquos et alios, qvi essent usui Commendantis, vel Officialium, instruxit, qvi se familiae Officialium accommodarent, et servirent; notitia jam habita ab Officialibus Pater Gvardianus ipsos pro Inspectoribus

domorum recommendabat, intuitu servitii (ex iam notis) omnibus facta fuit gratia, factum. Postea, omnes domus proximiores Conventui S. Iacobi suos Inspectores habebant. Cum illis Pater Gvardianus, dum domus aliqvam ruinam minabantur, qvantum licuit fulcra, et columnas supposuerat, caeterae domus absqve Inspectoribus corruerunt.

De fratre vulnerato.

Qvidam Frater, Bonaventura Hammerstain, Ord. nostri professus Laicus de Colonia, religiosus optimus pro collectione eleemosynae designatus. Adveniente Sveco ab uno Colonello eqvitum, qvi erat frater ejus, agnitus male habuit, qvod suus Frater germanus mendicaret. Vocato ad se Patre Gvardiano cum ipso contraxit, eandem eleemosynam Conventui dare velle, qvam Frater colligeret, si ille qvotidie apud se in prandio et coena maneret; qvoties ergo pro fratre misit, semper eundem habuit. Contigit semel in coena aliqvando invitatum, ipsum in eqvo ad Conventum dimittere instituit. Vix ascendit in eqvum, et domo egreditur, unus ex adstantibus Officialibus generosum eqvum terruit, fratrem eqvus deiecit, et ungula ferrea in capite vulneravit. Adductus ad Conventum fuit, chyrurgo commendatus, bonus frater cito sanus esse desideravit, bis et ter una vice ligari voluit, emplastrum saepe mutatum, et vix calefactum, inde vulnus inflammatum, febre maligna ex inflammatione accedente mortuus est. O! Deus qvantam habuimus nos persecutionem a Colonello, qvi dicebat, eo, qvod eius germanus fuerit, fuisse occisum.

De monasterio Hradiscensi ruinato.

Accepta hostis civitate sciens magno fore impedimento monasterium Praemonstratensium extra civitatem situm, ex fundamento demolliri instuit; religiosos illos, ut inde cum suis rebus abirent, mandavit. Decreto intellecto Prior cum Fratribus suis cruce assumpta, relictis omnibus, Brunam versus iter suum acceperunt. Vidimus qvindecim paria circa civitatem abeuntes.

Unus laicus ex illis Norbertinis, Frater Marcus, in saeculari habitu se resolvit in Conventu manere, et advertere, qvid

Sveci ulterius facturi? Satis multo tempore in Conventu, dein in civitate penes Capucinos se continuit. Tandem proditus, qvod fuerit ordinis, multas molestias a Svecis subivit, ultimo abire post illos coactus est. In illo monasterio opulentissimo de omnibus frumentis et vinis variis cęlaria plena, nec non victualibus Sveci invenerunt. Mobilis domestica difficile dictu qvam magna fuit; Officiales Svecici qvidqvid volebant, accipiebant inde. Ultimo potestas omnibus et singulis data per mensem eo excurrere, et pro placito accipere. Iam totaliter spoliato monasterio etiam cryptas mortuorum Praelatorum aperuerunt, recenter sepultos habitu exuerunt, et ita incessêre. Vidi aliqvos ex sclopetariis, qvi si non poterant annulos ex digitis eximere, Praelatorum digitos abscindebant cum annulis, ita se laudarunt. Veniebant plurimi nebulones ad civitatem albis et casulis induti, maxime pueri militum Svecorum cum vexillis illius monasterii. Nihil prorsus salvavit Reverendissimus Abbas, Iacobus Godefridus, praeter thesaurum ecclesiasticum, et res maioris momenti ex sacristia, caetera remanserunt domi; confidebant forte muris et vallis, et certe se optime defendissent, si aliqva tormenta et munitionem habuissent. Spoliato plenarie monasterio (11. Iulii 1642) combustum totum fuit, campanae illae magnae dissolutae, partes inde magna cum difficultate Marcus collegit, et ad civitatem advehi curavit, a qvibus postea Commendanti non semel data fuit taxa! Ruinare oportebat omnes muros monasterii: rusticos, qvos capere poterant, cogebant adiuvare murarios. Contigit, qvod magnus murus oppressit cadendo triginta rusticos, et mortui sunt qvinqve, reliqui semi-mortui remansêre, qvos posuerunt ad hospitale Sancti Spiritus curandos, etiam illi intra paucos dies mortui sunt. Qvaesivit Svecus alium modum perficiendi ruinam; fuit qvidam in civitate architectus faber lignarius, vulgo Stadt-Maister, et civis, nomine Guilielmus, de religione suspectus, hic se insinuavit apud Commendantem, si eum contentaverit, se velle facile ruinare monasterium. Facto itaqve contractu, lustravit per totum muros, et ubi advertit vel minimum extra lineam murariam inclinatos, assumptis 50. rusticis, in altitudinem ad unam ulnam, et latitudinem ad tres, vel qvatuor ulnas perforari murum mandavit; ille vero ad proportionem foraminum siccos ligneos truncos incudebat, eosqve cuneis ligneis firmabat fortiter, et conseqventer alia foramina taliter

et tam procul, qvantum se longitudo muri extendebat. Perfectis his ad omnes truncos ignem apponi iussit, truncis igne consumptis, a longe Guilielmo et sociis eius aspicientibus, muri ceciderunt, et sic totum monasterium dirutum ad fundamentum, acsi ante nunqvam fuisset.

De periculosis pascuis.

Inter civitatem et sylvam proximam monasterii Hradiscensis pro pascendis eqvis et pecoribus pascua latissima Sveci habuerunt, sed qvia Scnophones (Schnaphähne) et Walachi ex illa sylva fortiter excurrentes multa pecora rapiebant, Sveci, inito consilio, sylvam illam in planitiem vertere constituerant, eam exciderunt, et lignis se sufficienter provientarunt. Ut tanto citius planities fieret, omnibus, et non tantum Svecis, licitum fuit, ex sylva de lignis mansiones facere; intra unum mensem, nec unica arbor apparuit. Hoc modo non tam facilis accessus Walachis fuit ad rapienda pecora.

De Ecclesiola dicta ad monticulum.

Postqvam exsecaverint magnam sylvam Sveci, non amplius in tantum in eqvis et pecoribus patiebantur; interdum tamen, ubi Walachi poterant, et Scnophones Caesarianis nocebant. Semel abscondentes se inter rudera vastati monasterii exeuntes eqvos et pecora ad prata ad ducentas partes rapuerunt, et excubias, seu pastores trucidarunt; erant illa unius Colonelli Calvini, qvi in Conventu Carthusianorum habitaverat. Sciens, qvod Walachi et Scnophones ad ecclesiolam B. M. Virginis saepius conveniant, assumpsit duas companias Dragonorum, et aliqvos e medio Svecorum Walachos practicos, totus furiosus perrexit ad monticulum, sed neminem deprehendit, ecclesiolam illam combussit, et devastavit. Deo permittente malus spiritus eum possedit, et in civitate eodem momento uxorem et liberos eius. Existens ille in magnis cruciatibus oravit, et vovit se Catholicum futurum, et illam ecclesiam reaedificare de novo, et dotare promisit; nihil iuvit, simul cum uxore, et liberis periit, et sunt sepulti simul in coemeterio ad Sanctum Petrum.

De obsesso uno Capitaneo.

Qvidam Capitaneus cum copiis militum eqvitum ex ordinatione Commendantis ad spoliandum Lypnicium expeditus fuerat; cives imprimis se defendere coeperunt, sed non erant sufficientes pro defensione, libere hostem miserunt, qvi civitatem et templum spoliavit. Perierunt aliqvi ibi, maxime unus ex insignioribus Officialibus, qvem et tulerunt secum. Una nempe foemina in illa defensione ex muro civitatis magnum lapidem deiecit, et ad caput eius tetigit, et statim mortuus est. Ille capitaneus inter reliqva spolia ex ecclesia Lypnicensi unum pluviale ex pretiosa materia secum tulit, vestes sibi inde fieri mandavit et praesentibus omnibus eas induit; et ecce, malus Genius ipsum mox trucidavit. Ferriti hostes miraculis his res ad cultum divinum oblatas non amplius auferebant. Aliqvi in conscientia tacti, maxime foeminae, licet in aliis locis ablata sustulerint, aliqvibus ecclesiis Olomucii offerebant. Ex hoc motivo consilio bellico ordinati duo Capitanei Catholici, ut ipsi adiuncto Patre Paulino ecclesiam Cathedralem intrarent, sub insultu mobilem ecclesiae per ecclesiam et ambitum dispersam colligerent, et in tuto conservarent, in tempore suo illi ecclesiae restituendam, uti ad sacristiam Sanctae Clarae erant omnia deposita.

De Walachis.

Ex districtu Hochwaldensi (anno 1643), et circumiacentibus dominiis Capituli Olomucensis magnus haereticus et filius eius Kowarz, seu Schmidt, ad trecentos ex iuventute haeretica selectissima collegit, qvi, muniti suis Czeschincis et securibus, venerunt ad Svecos pro servitio; ad civitatem qvidem intromissi, non tamen cito dabatur eis fides, absqve qvartiriis in foro tribus diebus resolutionem expectarunt. Est hinc duobus milliaribus pagus inter montes, Hlubučko nominatus, ubi omnes Walachi morantur, ad qvos ex locis circumiacentibus rustici, et nobiles omnia sua exportarunt, inter petras sese lignis munierunt. A Svecis facto consilio, et resolutione accepta, dictum est eis: ‚probetis vestram fidelitatem, qvidqvid acquisieritis, omnia vestra erunt, dein locum et gratiam inter Svecos habituri; pugnate, spoliate et comburite‘; addidit eis Commendans unam companiam Musqueteriorum, et aliqvos Officiales.

Walachi se obtulerunt, et ex parte, ubi minime sperabatur, pagum aggressi spoliarunt et combusserunt, et parta victoria cum magna praeda redeuntes securi, Bistricii, et in confinibus sylvarum Caesariani absconditi, eos ruinarunt, et praedam eripuerunt, ad ducentos illorum manserunt in loco, aliqvi capti fuerunt. Secunda die reditus illorum expectabatur Olomucii, sed nemo comparet; id ipsum contristavit Commendantem prima die; post tertia die pauci redeunt ex Svecis spoliati, et vulnerati, ex Officialibus nullus; Walachi se vero collegerunt 30. numero, et comparuerunt; non laetus Commendans eos salutavit, qvia una cum eis compagnia ruinata et Officiales occisi; itaqve Walachis non successit, non suscepti, unusqvisque per tres grossos accipientes domum redierunt.

Executio cum Walachis.

Post tres hebdomadas a Sua Caesarea Maiestate illustrissimus dominus Generalis de Buchaim contra Walachos rebelles cum aliqvot millibus armatorum militum ad montes Hochwaldenses expeditus fuit. Paulo post qvotqvot erant carnifices in Moravia, castra seqvebantur, et iuxta unius cuiusqve delictum iustitiam exeqvebantur; multi ad palos dati, aliqvi decollati, vel suspensi fuêre non solum illa iuventus rebellis, sed et parentes eorum, qvi erant complices, et causa rebellionis; multi a militibus et carnificibus perierunt; dicebatur, qvod ultra centum viduae fuerint superstites. Primarii authores in catenis et funibus ducebantur Brunam, maxime Schmidt et filius eius, et alii plurimi; qvi non poterant prae debilitate procedere, in via suspendebantur. Ultima fuit executio reliqvorum Brunae, potuit aliqvis ibi videre tot ad rotas et palos datos, et multa capita decollatorum in patibulo. Ad instantiam aliqvorum Reverendissimorum Canonicorum Olomucensium Pater Paulinus Gvardianus ad S. Iacobum de illis rebellibus Walachis lamentabilem conscripsit cantum ut incipit: Pásli Kozy Walassy. Tonus ut infra.

Allabreve.

Pásli kozy Walaši, Pásli kozy Walaši,
Ne dobre se jim wede, Ne dobre se jim wede,
Pry stádě w budách sedí, Pry stádè w budách sedí,
Rebellantow zjímali, Rebellantow zjímali,
Newinným se dostalo, Newinným se dostalo,
Mnohých zbili w ty časy, Mnohých zbili w ty časy,
co zůstalo, pobrali, co zůstalo, pobrali
Strkali je na rožny, Strkali je na rožny,
Kolami polámali, Kolami polámali
Měli mistři dost práce, Měli mistři dost práce.

allegro forte *piano*

V Romanowém Salaši, w Romanowém Salaši.
Buchaim na ně pryjede, Buchaim na ně pryjede.
O neštěstí newědí, o neštěstí newědí.
Trebas wšech jich neznali, Trebas wšech jich neznali.
zhynulo jich nemálo, zhynulo jich nemálo.
a toť máte Walaši, A toť máte Walaši,
A do Brna zahnali, a do Brna zahnali.
Tento lid nepobožný, Tento lid nepobožný
A jiných štwrcowali, a jiných štwrcowali.
Mordujíce ty zrádce, Mordujíce ty zrádce.

Ad Romanum, Primarium Walachum, qui non svadebat rebellionem Walachis contra Imperatorem.

O! Romane, Romane — D Náš Walašský Hejtmane d.
Tys nám k tomu neradil — D S námi se o to wadil d.
Jako chasa swáwolná — D Nebylať w tom powolna d.
Že se takým nedají — D Co sú proti Císaři d.
Ku prykladu nech mají — D Co neprávě dělají d.

Praedicta Cantilena duplicatur, ut in primo, Pásli kozy Walaši etc., ita in aliis conseqventer, uti pro Signo D positum est.

De relapsis in Moravia.

In marchionatu Moraviae a tempore immemorabili populus catholicus fuit, et vel maxime plebs devota, et simplicissima; si adhuc in aliqvibus angulis aliqvi Acatholici reperiebantur, vel de fide catholica suspecti, Eminentissimus dominus Cardinalis a Dietrichstein ut episcopus, et pastor bonus, ne aliqvam animam perderet, advertebat et oves perditas, a via erroris ad ovile Christi congregare satagebat; solebat ille operarios bonos, et missionarios, viros integrae vitae ex Italia, ex Polonia advocare, parochos in locis suspectis ponere, et errantes ad fidem Catholicam convertere. Fuit tempore eius ab omnibus dioecesis tota purgata erroribus. Proh dolor! In irruptione Sveci acatholici in pluribus locis malus Genius inter bonum triticum superseminavit zizania. Plures etiam amicitias, familiaritates et fraternitates cum eis contraxerunt, haereticis se accommodaverunt, talis nimia familiaritas uno impetu eos ad se rapuit, et qvodam modo dementavit, sensim eis asveverunt, et reipsa adhaeserunt, et a fide apostatârunt. Optime ait S. Cyprianus: talium amicitiae, et sermones, conversationesque etc. nonnisi mera sunt animae pernicies. Negotia, qvae cum haereticis necessario habenda, brevissime expedienda sunt, non secus ac canes, si de Nilo fluvio bibere volunt, obiter, et per transitum, ne subito erumpentes de Nilo crocodili eos corripiant et devorent; idipsum semper timendum inter haereticos.

De convertendis ad fidem Catholicam.

Licet non Sacerdos, episcopus Olomucensis, Serenissimus Leopoldus archidux Austriae, non in solo Olomucensi episcopatu, sed in aliis, qvos tenuit, diligentissimam inspectionem habuit, et in eiusdem finem in omnibus dioecesibus praeter aliam administrationem episcopatuum summae doctrinae in Spiritualibus Generales Vicarios et Officiales, nec non Assessores consistorii sapientissimos, et per eos ad parochias, et locos, curam animarum habentes, nonnisi viros doctissimos et vitae integerrimae promovendos curavit, ita ut tandem per tempus Svecicum corruptionem, et haeresim exstirpare valeret. Item ad sacros Ordines in philosophia doctores, et in theologia morali peritissimos suscipiendos decrevit, decanatus rurales propter maiorem

inspectionem in dioecesi multiplicavit, tota deniqve dioecesis Olomucensis haeresi purgata fuit. Ipse Eminentissimus, melius Serenissimus episcopus author fuit, qvod obstinati relictis omnibus multi exulare debuerint.

De patre qvodam Franciscano captivo.

Olim fuit Ordinis nostri Pater Franciscus Babsky natione Prutenus, Moravicae lingvae gnarus et vitae perfectissimae, S^ae^ Theologiae baccalaureus, vir magnae doctrinae. Eius opera Eminentissimus Cardinalis a Dietrichstein, episcopus Olomucensis, in convertendis haereticis per Moraviam, maxime in suis ditionibus et bonis capitularibus, utebatur; in parochiis, ubi erant obstinatissimi haeretici, parochum vel curatum agebat, et cum omnes converteret Parochianos ad alias promovebatur parochias. Recte in adventu Sveci in parochiis, duobus milliaribus Olomucio distantibus, Penczicensi et Tršicensi, agebat parochum, ibi spoliatus, et captivus ad castra Svecica adductus, a qvo adhuc rantionem 50. Imperialium extorserunt, qvam pecuniam mutuo acceptam Olomucii deponere debuit. In castris existens ex relatione alicuius ipsum fuisse insignem Concionatorem intellexit aliqvis Supremus Mieletzky, natione Polonus, ipsique innotuit, illud debitum 50. Imperialium contractum solvit, et ei tres eqvos cum curru donavit, eumqve ad eius locum cum salvo conductu comitari instituit. Tantam liberalitatem advertens Generalissimus in Colonello, voluit et ipse videre eum. Videns Patrem natura turpissimum, luscum, rufum, sed lepidissimum, Generalis, et multi Supremi magnam cum eo habuerunt recreationem. Inter discursus, voluit scire Generalissimus, qvomodo tot homines ad fidem converterit? at ille: sale sapientiae et verbo Dei; ad haec Generalis: qvid est sale convertere? respondit ridiculose: etiam domine, si non potui Verbo Dei, in aresto obstinatis detentis haleces salsos oportebat dare absqve potu, et sic convertebantur; cum risu accipiens Generalis ait: ‚Si converteris meos Svecos, qvos in Moravia reliqvi, faciam te Episcopum Sveciae, cum venero. Etsi te meus Colonellus Mieletzky non redemisset, accepissem Te pro meo Praedicatore; si ita factum, eas, tua omnia divendas, et Te salves, non enim securus manebis, nam Sveci ut Turcae, cum aliqvid accipiunt, non dimittunt.‘ Et fecit sic,

divendidit omnia, et cum aliqvo Caesariano Supremo migravit in Bohemiam, ibi mortuus Glacii, et in conventu sui Ordinis sepultus fuit.

De contributionibus Ecclesiasticorum.

In primo ingressu hostis ad civitatem de contributionibus nulla prorsus mentio fuit; cogitabant boni Ecclesiastici, satis fuisse Svecis illis curribus et thesauris, qvos spoliarunt paulo ante. Aggressi sunt post breve tempus Reverendissimum dominum Stržedele, bonorum episcopalium administratorem. Qvod si in civitate sub protectione Sveci manere velint, contribuant, et summam specificarunt. Hic omnes, qvi bona temporalia tenent, convocavit: Patres Societatis, Carthusianos, Canonicos regulares, etiam in loco utriusqve monasterii S. Catharinae, et S. Clarae Confessarios etc. et illis contributionem a Svecis sollicitatam exposuit; petierunt pro interim mille Imperiales; nolentes volentes summam hanc ipsis deposuerunt; hoc fuit principium, maiores summas sollicitarunt, qvarum contributionum finis non erat, ut infra.

Taxae civium in qvartiriis.

Omnium regiminum Officiales successive sciebant, qvomodo in eorum qvartiriis cives habuerint, parum vel multum, omnium rerum domini Sveci; plus dico: si familiam civis habuit, sic famulus vel famula, aut filia, imo hospes et hospita cum suis omnibus domesticis, mancipium eorum, qvibus ad nutum servire cogebantur; si adverterunt de nummis habere, vix non torturis exigebant non aliter, qvam per aureos et Imperiales; hoc enim fuit commune apud Svecos, neqvidem nominare florenos vel grossos, seu aliqvam monetam parvam. Ditiores in suis qvartiriis, praeter alia servitia, cibum, et potum ita taxarunt, qvod vix non excoriaverint; noveram ego tales, qvod per tot annos omni die aureum contribuere debuerint, jam pluribus in defectu omnia relinqvere, et ex civitate exulare oportebat, hoc non movit milites; post exitum qvidqvid remanserat consumpserant, mobilem domesticam distraxerant, mensa, sedilibus, scamnis pro culina utebantur, et si pars domus, etiam tota ruinam minabatur, ut caderet, iuvabant, ligna comburebant etc.

Continuatio contributionum ab Ecclesiasticis.

Augebantur contributiones post contributionem etiam mille Imperialium ut supra; vix transierunt 14. dies, duo millia petierunt, et si deposuerint, non ultra sollicitaturi, scripto se obligarunt: licet status ecclesiasticus in magnis miseriis constitutus habens scriptam assecurationem, in tantum laborabat, ut Svecis adhuc hac vice illam summam deponeret; mense integro vix elapso non stantes hostes verbis suis aliqvot ex Officialibus ad dominum administratorem Stržedele (non facta mentione assecurationis) dimissi minacibus verbis tria millia violenter habere volunt, et si non intra 8. dies depositam istam qvotam habuerint, paratam iam executionem habituri. Intra illos dies omni die convocati Ecclesiastici, ubinam debeant accipere pecuniam consultabant; non expectato termino qvotidie ex consilio bellico alii et alii currebant ad dominum Stržedele, et commonefaciebant de pecunia assignata.

Concesserunt PP. Societatis pecuniam Ecclesiasticis.

Nullis mediis occurrentibus talem deponendi summam, et quum de executione assignata auditum fuit, Reverendus Pater Rector Societatis cum Patre Molitore, Convictus regente, volentes ecclesiastico statui, illa vice in extrema necessitate constituto, succurrere pecunia, haec verba coram pro consilio convocatis ecclesiasticis dixerunt: ‚Videmus omnes, in qva miseria sumus, et maiora expectant nos, si huic malo occurrere non poterimus; habemus, inqviunt, in collegio nostro unius Domini summam pecuniariam in deposito conservatam, de qva nemo scit, praeter nos duos; zelo religionis ducti, et in gratiam statui Ecclesiastico faciemus, de illa, qvantum opus fuerit, concedemus, et nullum interesse per medium annum petemus; sed medio anno elapso, qvinqve pro cento usqve ad depositionem qvotae exhibebitur nobis interesse, uniuscuiusqve monasterii in bono aliqvo stabili dabitur assecuratio‘ etc.; Omnium igitur votis consensus factus, et in contractu facto omnes se subscripserunt; pro termino ab hostibus facto, pecunia importunis Svecis consignata qvasi ultimo, sed nunqvam finis fuit.

Insatiabiles Sveci petunt contributiones.

Illa pecunia ex speciali gratia pro tanta necessitate a Patribus Societatis Iesu statui ecclesiastico concessa, et Svecis deposita, eos contentavit, sed non multo tempore. Una postea die duo Officiales ex primariis ad Reverendissimum dominum Suffraganeum Passaviensem seu Administratorem Serenissimi dimissi, qvi necessitatem militum nomine totius qvarnison ipsi proposuerunt, et pro iuvamine omni mense Ecclesiasticis duo millia Imperialium fuisse ordinata; et hoc sub poenis executionis horribilis, et eiectionis ex civitate. Id ipsum proponere Dominus Ecclesiasticis volens, sed uti iam pusillanimes prout qvisqve potuit, se excusavit; aliqvi tamen ad continuam petitionem comparuerunt, aliqvi non. Pater Gvardianus ad S. Iacobum sciens non comparuisse omnes, non venit. Reverendissimus, ut ipsum attraheret, suum Secretarium mittens eum ad se pro uno verbo invitavit, venientem cum indignatione sic allocutus fuit: ‚Alii regulares tam procul manent, et vestra Reverentia hic in vicinio, et eum tam diu expectare debemus.' Respondit ille: non est, qvod propter me expectare debeant; contributiones hae non tangunt me, sed propter moniales, qvidqvid pro parte illarum concluserint parum vel multum, praesentia mea eas non iuvabit. In illa autem convocatione omnes proposuerunt impossibilitatem suorum locorum, nec ad unum cruciferum se obligarunt, si Svecus etiam scripto finem contributionum semel posuit, non servet illam, et verbum teneat, et taliter finita illa sessio fuit. Habuit in consvetudine Reverendissimus finita sessione post prandium, maxime penes discursum, Ecclesiasticis haustum vini qvandoque propinare; tunc advertit haud dubie aliqvomodo Patrem Paulinum fuisse turbatum, et ei loqvitur amicabiliter sic: Pater Guardiane qvid dicit vester catus? (fuit enim tormentum magnum in Conventu sic vocatum) respondit: catus murmurat; qvid murmurat? respondit: contra eos, qui iniqvis hosti tradiderunt conditionibus civitatem. Sed administrator se in traditione subscripserat; sat malo hoc verbum accepit animo, imo totus consternatus et confusus est, et non salutatos reliqvit abire omnes; ab illa die nunqvam Patrem Paulinum ad se vocavit, nec ei confitebatur amplius; et revera Patri Gvardiano fecit Reverendissimum dominum Stržedele ille catus malus inimicum.

In executione Reverendissimus dominus Administrator mortuus.

Status Ecclesiasticus ultra possibilitatem nihil contribuere potuit, et Sveci sine intermissione pro pecunia ad Reverendissimum currunt, ab ipso resolutionem instanter petunt. Benignissime qvoad potuit assecurationem de non contribuendo amplius ab ipsis Ecclesiastico statui datam eis monstravit, et discretionem Christianam petiit, ast haec non iuverunt. Eadem hora executio unius vexilli peditum ultra centum dimittitur, medietas ad domum Decanalem, in qva Reverendissimum Dominum Minutini ex vulnere lethali infirmantem impetentes, vix non cum lecto furiose accipientes, eum ad alium Reverendissimum Administratorem Stržedele, traxerunt, utrumqve post unam mensam ad domum posuerunt episcopalem, non expectatis clavibus per palatia currebant, portas perfringebant, spoliabant. Alii perfractis portis ad celaria vina cum vasculis, ollis, pileis exportantes praesentibus dominis hauriebant; aliis horis alternatim compagniae aliae et aliae per duos dies et unam noctem, qvales poterant excogitare neqvitias, potationes, saltationes tympanis tubis ad aures Dominorum, carthi folia etc. exercebant. Altera die autem circa vesperum tam crudelem executionem Reverendissimus dominus Stržedele administrator, et eius natura sufferre non potuit, post illam mensam in delirium cecidit, et mortuus est. Dominus Commendans de obitu eius informatus, executores revocavit, et alium Reverendissimum decanum et suffraganeum ad domum eius residentiae reduci demandavit.

De sepultura Reverendissimi domini Suffraganei Administratoris.

Defuncto in executione Reverendissimo domino Suffraganeo Passaviensi Administratore Serenissimi, Reverendissimus dominus Suffraganeus decanus Olomucensis ex vulnere magno a Svecis accepto simul ex illa tremenda mortificatione in executione qvasi semi-mortuus de sepultura alterius tantum fuit sollicitissimus. Patrem Paulinum Gvardianum ad S. Iacobum, ut iuvaret in illo funere, reqvisivit. Voluit tanti viri fieri funus uti episcopi decentissimum. Pater Gvardianus nomine eius omnes, qui adfuerunt Olomucii, Ecclesiasticos, omnes regulares,

et qvaecunqve adhuc erant Olomucii, tribus, et Senatum invitavit. Nunqvam videntes Sveci sepulturam episcopi, stupebant omnes, et aliqvi fleverunt etiam maiores Officiales scientes tali casu mortuum fuisse episcopum, revera gemitus, et fletus foeminarum maxime Svecarum, impleverant plateas, tam in processione qvam in exeqviis; plena fuit ecclesia cathedralis populo. Tempore missae omnes ferme Officiales ad offertorium iverunt. Primo Commendans, Colonelli et alii Officiales confundebant semet ipsos, qvod in executione crudeli martyrizarunt innocentem episcopum; ut scio, Generalis Wittemberg non laudavit hoc Commendanti, et aliis, qvi fuerunt authores; non cessarunt adhuc sepulto administratore a tali executione, et si non poterant amplius, eiecti ex civitate.

Extorqvent a remanentibus pecuniam.

Post obitum Reverendissimi Stržedele laborarunt Sveci de alio Ecclesiasticorum capite, ut per eum adhuc sollicitarent pecuniam. Fuit Reverendissimus dominus Minutini primarius inter omnes Praelatos cathedralis ecclesiae, sed in fuga sub irruptione hostis omnium spoliatus, et lethaliter vulneratus, et a Generalissimo Dorstenson cum salva qvardia suae ecclesiae restitutus, at ab omnibus oneribus exemptus. Non ab ipso directe, sed per ipsum pro exactionibus ab aliis constitutus, licet pro huiusmodi onere ineptus tanqvam infirmus coactus fuit, qui sciens ecclesiasticos exhaustos pro ipsis totum frumentum, et qvidqvid in decanatu habuit, hosti consignavit; ab eo omnia acceptat, sed impossibilitas eum non excusavit. Existens in illa executione, in qva nec unus, nec alter securus de vita fuit, maxime dominus Administrator videns se debilem esse, ubi suam substantiam habuit, Reverendissimo domino decano concredidit; de loco vero illo nemo praeter ipsum solum sciebat. Convocatis igitur Regularibus, de modo adhuc contribuendo eos allocutus. Recte ad propositum duo ex regularibus ecclesiasticis ad eum: ‚cum iam status ecclesiasticus tot millia deposuerit de modo contribuendi desperatur; est remedium unicum, Reverendissime Domine, adhuc, si de thesauro Reverendissimi domini Stržedele Reverendissimus dominus aliqvid, de qvo, ubi iaceat, bene scit, nobis concederet, omnes nos scripto assecurabimus, et post liberationem fideliter restituemus‘. Verbis illis Reveren-

dissimus dominus decanus turbatus surrexit, et abivit, et nihil conclusum est.

Protestatio contra duos Patres.

Abeuntibus religiosis, duos ex illis Reverendissimus dominus decanus Reverendum Patrem Priorem Dominicanorum, et Patrem Gvardianum ad S^tum^ Iacobum curavit vocari ad se, eisqve recensuit: cogitavi, inqvit, nullum alium scivisse de thesauro pie defuncti Stržedele praeter me, et iam sciunt isti. Protestor igitur, si foret in rebus illis aliqvod damnum, vel proditio, istis Patribus adscribam. Thesaurum svadebam ei pro maiori securitate ad locum alium movere, qvi thesaurus conservatus intactus, et eis, ad qvos spectabat, cum tempore est restitutus amicis.

Adhuc convocatio Patrum religiosorum propter pecuniam.

Propter furiosam hostis instantiam secunda die Reverendissimus dominus decanus convocatis regularibus reassumere debuit consilium, qvibus summam a consilio bellico scripto porrectam legendam mandavit. Conceptu Reverendi Patris Molitoris Societatis Iesu inter regulares proportionaliter divisa, qvam eis distribuendo sic allocutus est: Optimum notum omnibus, qvod Patres mendicantes ex puris eleemosynis vivant, et ad contributiones non teneantur; sed et ipsi advertunt, qvaliter omnes exhausti sumus, et qvam magna debita pro exactionibus contraximus, accipere dignentur has qvotas, et cum illis Commendantem, et consilium bellicum accedant, certe si remissionem imploraverint de nostris qvotis, nos qvoque erimus solliciti, hoc modo non parum iuvabunt nos. Qvotqvot ex mendicantibus erant, ut puta Dominicanis., S. Francisci Min. Convent., PP. Bernardinis et Capucinis, nihil ad haec responderunt, sed omnes salutato domino decano abiverunt.

Pater Gvardianus a S. Iacobo ivit ad Generalissimum.

Advenerunt secundo Sveci cum magno exercitu suo, et partes circa Danubium in Austria et Moravia pertranseundo spoliavit arces aliqvas, et munitiones occupavit, suoqve milite munivit; Brunam usqve veniens eam per qvatuor menses ob-

sidendo nihil effecit, imo cum magno damno recedere debuit. Movit castra Kremsirium versus, qvam civitatem occupare violenter cupiens, habuit una, vel altera die resistentiam, cepit 25. Iunii 308 machinarum globis partem conterrere sat magnam, sed vi maiorum tormentorum murum perfregit die 26. Iunii (1643); et ecce! dum ad assultum civitatis admittitur miles Svecicus, ipsimet Krembsirienses in aliqvot partibus civitatis ignem imponentes, plus nocuerunt incendio magno, qvam hostis spoliis. Multi homines, maxime Iudaei, qui se abscondebant in celariis, suffocati, et aliqvi igne consumpti. Multa millia hominum ex locis circumiacentibus se receperant ad civitatem, qvi ob magnum incendium ex civitate aufugientes resolute ad Generalissimum pro gratia recurrerunt, qvos sub protectionem accipiens eis salvum conductum ad tria milliaria dedit. Ipsa die a civitate illa uno milliari intra oppida Kojetinium et Towacovium castra Svecica posita, et per unum mensem ibidem totus exercitus qviescebat. Non obscure advertit Pater Paulinus nonnisi duo milliaria distare Olomucio castra Svecica; habens sibi pro contributione assignatos 60. Imperiales, et impetrata licentia in scriptis, seu passo a domino Commendante, cogitavit consultius a capite ipso Generalissimo remissionem qvotae petere, qvam ab aliis. Accipiens Fratrem Steiner laicum pro socio multas generales excubias pertranseuntes ad ipsum Generalissimum ad castra pervenerunt, qvos videns a longe stantes ad se vocavit, et humanissime excepit, et dato qvartirio apud Officiales catholicos ad prandium et coenam duobus diebus invitavit, et causam adventus intellexit, et sat benevole expedivit. Generalissimo igitur sic expositum, qvod Ecclesiastici, qvi bona temporalia habent ita sint exhausti, qvod amplius contribuere neqveant; si aeqve mendicantes, et alii sub protectione Commendantis esse cupiunt, et eo modo, qvo possunt, alios iuvent, et sic qvotas inter se diviserunt, qvod si non haberent, impetrent sibi donari eas. Ad hoc respondit subridendo Generalis: ‚Est astutus Paykul Commendans, scit bene vos esse mendicantes, non eius conceptus iste, et me tetigit etc. Maneatis pacifice, et non intromisceatis vos ad alia, qvae sunt non professionis vestrae, Commendans non pellet vos, si ipsi volueritis, aperiet vobis civitatem.‘ Scripsit propria manu aliqva verba Commendanti, et eos cum bona satisfactione ex castris dimisit optime in valedictione tractando.

De reditu a Generalissimo ex castris.

In reditu ex castris (1643) necessario apud Commendantem sistere, et schedam Generalissimi eidem consignare oportebat. Laudavit dominus Commendans, qvod se Gvardianus ita resolverit. Ego, inquit, et totum qvarnison, ubi contributiones qvaerere debemus, scimus, sed de mendicantibus nulla unqvam fuit mentio. Reverendissimus dominus decanus, ubi sit Pater Gvardianus ad S. Iacobum, non tam cito potuit rescire, et cum ex castris rediit, omnia ipsi relata sunt. Hoc scientes Patrum Bernardinorum, et Capucinorum Gvardiani etiam ad castra perrexerunt, et a Generalissimo id ipsum obtinuerunt. Ab illo tempore ad huius modi sessiones mendicantes nunqvam vocati fuêre.

De obitu Reverendissimi domini decani.

Natura debilissimus dominus Sigismundus Minutini, decanus, primus Praelatus cathedralis ecclesiae Olomucensis, et Suffraganeus, ex vulnere in fuga accepto, et in executione nimis mortificatus, ac semper valetudinarius, qvem qvidam Iustus nomine, Svecus constabel, ebrius una nocte invaserat, pecuniam apud ipsum extorqvere volens, in lecto occidere cogitavit, uti ei unum digitum amputavit, et si boni domini puer non supervenisset, eum occidisset. Ab illa hora ad mortem infirmus, optime dispositus obiit, et cum debitis caeremoniis ut episcopus est sepultus.

De castris Caesarianis.

Non ferens sua Maiestas amplius damna a Svecis in excursionibus per Austriam et totam Moraviam facta, militem colligere et huic malo occurrendo, castra prope Olomucium ponere mandavit (1644). Et recte; qvadrante milliaris loco a civitate distante post pagum Schnobolin e regione Olomucii castra illa posita, vallis cincta, et propugnaculis, tormentis, et sufficiente munitione provisa, poterant inde advertere ex monticulo, et omnes euntes videre et egredi hostem et ei occurrere. Fiebant ex illo tempore freqventissima certamina ex utraqve parte, luseruntqve sat diu Caesariani cum Svecis ante formalem

obsidionem. Intra illud tempus faciebant sibi propiorem accessum ad moenia, aqvam acceperunt, et alio diverterunt; ista fuit magna afflictio Svecis, licet molas vulgo Rossmühl, et alias manuales sibi aedificaverint, sed illae pro tantis frumentis, et magno populo minime erant sufficientes. Post aversionem fluvii, Morava dicti, e profundissimis fossis aqva non defluxerat; in una profunditate inventus est unus piscis tam magnus, quod trecentas libras ponderaverit. Supponebatur illum piscem ibi ab aliqvot annis mansisse, qvia nunqvam a piscatoribus civitatis visus fuit.

Fabricatur modus recuperandi civitatem.

Exulantibus Praelatis et Canonicis ecclesiae cathedralis, commendata ecclesia Reverendo Patri, Michaëli, Patrum Bernardinorum lectori, natione Pomerano, et Patri Paulino ad S. Iacobum Gvardiano, ubi unus ad S. Wenceslaum germanice, et alter ad S. Annam bohemice conciones, et alia perficiebant. Defuncto Reverendissimo decano pro meliori inspectione Patri Pomerano in decanatu prope ecclesiam habitare oportebat. Illa occasione Pater Michaël Pomer cum suis patriotis acatholicis magnam contraxerat notitiam, et tam magnam, qvod illos ad suam partem attraxerit, eosqve sua humanitate et polycismo ipsum Commendantem, et Supremos devincere ita potuit, qvod conversatione sincere eum adamaverint, et consilia arcana aperuerint. Deficiebant nominato Patri vitae alimoniae, cui etiam egressus ex civitate ad castra Caesariana pro eleemosyna mendicanda concessus est, hac nihilominus conditione, qvid agatur ibi, vel qvid molliatur contra Svecos, ut perscrutaretur, eisqve fideliter communicaret in reditu; practicavit utiqve, ut promiserat, sed non pro, sed contra Svecos, ut infra.

Insultus primus.

Fabricato stratagemate Pater Pomer in castris Caesarianis vina optima pro tractatione Svecorum attulerat et sub convivio eis communicavit (1644), qva die, qva hora, et qva parte aggredi civitatem constituerint. Tam egregie eos decipere potuit, qvod omnes thesauros conservandos ad manus proprias ei consignaverint. Loco igitur, die, et hora, qvam Pater praedixerat,

post templum S[ti] Blasii fortiter Caesariani aggressi sunt civitatem, et diu ultra sex horas illam partem Sveci defendêre, et advocatis militibus pro succursu ex praeurbio, předhradi dicto, minime timentes, qvid futurum, excubias plane deseruerunt. Interea Pater Pomer cum Caesarianis, ut conclusum est, apertis locis ad decanatum, et domum episcopalem militem domini Zusa intromisit; salvam quardiam, ubi erant primo Caesariani, trucidarunt, passumqve plenarie aperuerunt, equitatui, qvi erant ultra duo millia extra portam. Si eis portam aperuissent, domini Colonelli Zusae milites civitatem intrassent, sed eo qvod commendam dominus Zusa non habuerit (praeter ea loca, ubi iam fuit) ultra noluit praesumere, nisi cum illo, qui eum secundare debuit, et non fecit. Ipsius culpa, non Colonelli Zusae, si in ipso fuisset, civitatem absqve ullo damno certo accepisset.

Item in domum decanalem et simul episcopalem intromissi Caesariani.

Peroptima dispositio fuit domini Colonelli a suis, cuius conceptu, ipsiusqve regiminis milites uno vespere, et una hora utramqve domum decanalem et episcopalem occuparunt Caesariani. Nihil iam defuit, nisi portae civitatis ab intus serras frangere, prout fabri serrarii ad portas in domunculis cum suis malleis expectarunt; porta aperta eqvites intromissi coniunctim cum militibus utriusqve domus decanalis et episcopalis nemine resistente civitatem intrassent; sed Colonellus praemisso suo milite absqve causa in locis ruinatis monasterii Hradiscensis sese detinens, eos non associavit, et illo absente nemo qvidqvam incipere ausus est. Maledicta invidia! confusionem in hoc genere expectavit, et tanti periculosi negotii, effusionis sangvinis effectum vidit, ut inferius scriptum.

De conflictu Svecorum cum Caesarianis.

Tam diu insultum illum ad muros S. Blasii periculosum, et maximo damno tenuerunt Caesariani ante mediam noctem usqve ad horam nonam antemeridianam de industria factum, intra enim tot horas aliqvem eventum ex parte alia civitatis expectantes, sed nihil auditum fuit, et debilitatos Caesarianos cessare oportebat. Victores Sveci pulsis Caesarianis ad suas

postas redeuntes, dominus Guilielmus Major, cuius inspectio se extendebat ab ecclesia cathedrali ad collegium Societatis circa muros et portas, ad suos districtus redeundo cum suo regimine portam ad domum episcopalem fortiter occlusam deprehendit; qvaerit, qvid sit? resolute respondentes supra interrogati: Gut Kayserisch. Consternatus Major ad pugnam se cum suo milite praeparando Commendantem de hoste certiorem reddidit; qvanto citius ex civitate confluunt, portas ad domum episcopalem perfringunt, paratissimi Caesariani cum Svecis domo egressi ad pugnam, sed succursus non adfuit, et Sveci fortissimi praeter unum locum tenentem Colonelli, qui se in camino absconderat; omnes Caesariani caesi etiam ex Svecis vix non tot interfecti, maxime egregii Officiales. Ipse Guilielmus Major bis globo traiectus, et hasta per medium perfossus, non tamen mortuus, qvi se portari curavit ad Conventum S. Iacobi, ubi suam uxorem asservaverat. Interfecti Svecici Officiales portati ad S. Iacobum. Supremus Major Guilielmus de 'die et hora a Patre Pomero bene sciens, qvo aggredi Caesariani civitatem instituerant, petiit a Patre Gvardiano ad S. Iacobum suam uxorem, et liberos in sacristia conservari, ideo vulneratus eo se portari curavit, prout et alii Officiales eius regiminis interfecti, in Refectorio ibidem depositi fuêre. Occluso loco, quo venerant ad domum episcopalem, Commendans, et alii advenientes Supremi visitarunt occisos, chyrurgos, et praedicantios advocaverunt, semimortuos ligaverunt, et Praedicantii ad mortem disposuerunt. Non venit hora media, iterum aliud periculum, larmo, confusio etc. Commendans cum Officialibus habentes ante monasterium adhuc stantes eqvos, ascendentes cito ad arma, hostis se insinuavit iterum in domo decanali.

Caesariani in Decanatu.

Supremus dominus Ludovicus Zusa in decanatu secundantem expectavit, licet bene viderit, qvod eum fortuna iuvet, et habens bene armis instructos suos milites et paratissimos ad pugnandum in fenestris domus decanalis, et muris, ac turri penes S. Annam, ubi erant a Svecis pulveres tormentarii, et aliqva tormenta ante decanatum onerata, ultra suam commendam nihil incipere voluit. A Patre Michaële Pomero, et Cirkendorff senatore, et aliis, qvi se cum illo incluserant, admonitus, et

rogatus, qvod victoria prae manibus sit, et totum praeurbium (Vorburg) evacuatum, non iuvabat consilium. Item videns ad oculum pugnam cum Svecis ex domo episcopali Caesarianorum, nihil omnino dicens non fuisse suae authoritatis, et ordinantiae, licet ego, et omnes perierint, potuit bene super ordinantia dispensare re sic nata: qvia figulus figulum odio habuit. Ipsemet Commendans cum suis Supremis videns in loco excelso hostem armatum, et tormenta prae manibus, accedere non fuit ausus. Tota nocte cum omnibus fatigatus iam desperabat, et sub monte ante Decanatum convocatis omnibus Officialibus de accordo practicare incepit omnibus ferme consentientibus; solus Valentinus Windter votum dare noluit, et sine omni mora (facta protestatione) tanto citius ad civitatem currebat, convocatisque civibus in Beraithschafft stantibus, Lauffgraben fodere mandavit. Milites sui regiminis animavit, et ipse sub muris decanatus aliqvot tormenta applicuit, murum, et portam fregit. Stuck-Capitain cum suis Constablis ex altera parte granatas, et coronas piceas ad tectum decanatus iniecerant, inde incendium in decanatu exortum, loca, qvibus intraverunt, obruta, et si paulo ante ipse Zusa, Pater Pomer, Zirkendorff et alii ex civibus fugam non dedissent, periissent, uti nemo prorsus ex aliis militibus aufugere potuit, ex muro extra civitatem saltantes colla, manus, et pedes frangebant. Ruinatis Caesarianis aperta porta civitatis, Svecici egressi fugientes subseqvebantur, eos interficiebant, cadentes ex muris adhuc viventes occidebant. Ille vero, qvi secundare debuit, primum se movere in succursum voluit, sed iam fuit tarde pro obseqvio illo praestando.

Redit Commendans ad S. Iacobum.

Finita illa tragoedia, reversus Commendans Georgius Paikul cum aliis ad interfectos, mysterium et practicam Patris Pomeri intellexit, qvi totus rabidus refectorium intravit, stantem Gvardianum apud interfectos, et vulneratos evaginato gladio eum occidere intendebat, sed ille ictum declinavit. Hoc videns Major Guilielmus lethaliter vulneratus, qvantum potuit exclamavit, fuisse innoxium, et qvod ejus uxorem, et liberos conservaverit. Majore igitur annuente ex sacristia adduxit eam ad virum plorantem, paululum Commendans fatigatus, alioqvin

Gvardianum in illa prima furia mactasset. Inde ille aliam inspectionem ab illa die ad statum ecclesiasticum habuit, maxime ad S. Francisci ordinis religiosos, qvi coloris Patris Michaëlis Pomeri fuêre. Qvantam persecutionem hi passi sunt, inferius patebit. Bonum fuisset Patri Pomero penes suam professionem manere, qvam se ad tanta negotia immiscere periculosissima, ipse aufugit, et superstites experiebantur.

Sepulti Officiales interfecti.

Ubi interfecti sepeliendi sint, inter Svecos consilium factum, et conclusum a Commendante, ubi iacent, ibi sepeliri eos mandavit. Vespiliones venerunt, et sibi ecclesiam S. Iacobi aperiri volunt. Nolens Pater Gvardianus, Commendans misit, ut non aliter fiat, nisi ut non alibi sepeliri debeant. Gvardianus tamen nec claves dare voluit, et qvod nemo unqvam Saecularium sepeliatur in parvo tempello, et illos maxime haereticos nullatenus sepelire consensit, nisi forte violenter, de hoc Gvardianus suis Superioribus enarrabit, et tales cum tempore effodientur, et ex ecclesia eiici debebunt. Audita huiusmodi Commendans resolutione cum magna indignatione currus misit, et ad S. Blasium, ubi Sveci habebant ordinariam sepulturam, illi interfecti sepulti fuerunt.

Colliguntur per plateas alii interfecti.

Post illum conflictum cum Caesarianis mixti Svecici milites occisi per plateas usqve ad turrim novam ad diem tertiam iacebant insepulti. Propter magnum foetorem imperavit Commendans senatui civitatis, ut collectos interfectos in coemeterio Sancti Petri sepelirent. Omnes igitur per praeurbium in carris industria fabricatis advehebant ad unum cumulum, exceptis illis, qvi post moenia in fuga trucidati erant, qvia ibi sunt sepulti. Fossa interea magna pro omnibus praeparata fuit recte inter domum Mercurianam et templum Sancti Petri post portam in coemeterio, via, qva ad S. Iacobum itur. Erat ibi in columna ecclesiae S. Petri excissus numerus interfectorum et ibi sepultorum in lapide, et dies, et annus, sed qvia lapicida illiteratus erravit, totum deletum cum tempore.

Selegerunt Commissarii Caesariani officiales suos.

Ante sepulturam a Generali Caesarianorum ex castris duo tubicines ad Commendantem fuerant ablegati, qvi Officiales Caesarianos petierunt videre, et ad castra exportare, ibiqve sepeliri; id, qvod petierunt, impetrarunt. Absqve mora Commissarii deputati intromissi ad spoliatos, et nudos in cumulo: qvos poterant tamen agnoscere, eos ad partem deposuerunt. Omnes illos noviter albis indusiis indutos, Pater Gvardianus ad templum S. Petri servavit, mane autem cum curru ab extra venientes evexerunt, et in templo Schnobolinensi sepulti fuêre.

De sepultura trucidatorum.

Apparebat ex certis signis, cruculis, Agnus Dei, et rosariis illos fuisse Catholicos, et qvi signa huiusmodi non habuerunt, certe Sveci fuêre. Hinc Patri Paulino Gvardiano tanqvam parocho ad S. Petrum pro tempore intuitu Catholicorum consultum videbatur, illos interfectos in cumulum portatos, cum caeremoniis ritu Catholico sepelire. Resolute accedens Commendantem, obtinuit consensum, et ordinarie praemisso pulsu triplici ad S. Petrum missam decantavit; ea finita ipso praesente cum ministris, et thuribulo, et aqva benedicta astantibus, per 40. et 40. in fossa sparsa terra, praemissoqve psalmo: ‚De Profundis' aqua benedicta aspersit et thurificavit, et sic usque ad unum fuerunt sepulti. Mandavit Commendans illos occisos omnes simulari fuisse Caesarianos, cum non media pars Caesarianorum fuerit; ideo accessus foeminis Svecicis fuit interdictus, ultra tamen prohibitionem uxores interfectorum multae affuêre, qvae cum incredibili fletu, et magna lamentatione suorum virorum deflebant mortem turpissimam. Item post breves dies lustraverunt Sveci in decanatu loca incendio consumpta et muros collapsos, inter rudera plurimos Caesarianos milites combustos inveniebant, et aliqvos non integros, meram plane massam, omnes illos in curriculis ad fossam, etiam in coemeterio Sancti Petri factam, advexerunt, et absque caeremoniis de nocte vespiliones sepelierunt.

Eiicitur Pater Gvardianus ex Conventu.

Iam apparent fructus Patris Pomeri. Qvalemcunqve apud Svecos respectum hucusqve habuerunt religiosi, vix sepulti interfecti, hostis occasionem qvaerit, Patrem Paulinum Gvardianum perseqvendi. In loco constitutus vulnerati Majoris Guilielmi locum tenens Colonellus Rittefort, furiosus cum murariis veniens (1644) insalutato Gvardiano per culinam ad refectorium murum fregit, et, ut sibi Gvardianus in civitate locum qvaerat, nomine Commendantis mandavit, ne fiant peiora prioribus, nullos fossarios amplius prope muros patietur, et ex isto loco domum excubiarum, vulgo Kurdiqvardam (sic), faciet. Cogitavit Pater Gvardianus, qvod ex furia prima haec fiant. In una camera aliqvot diebus mansit, nec se loco movit. In omnem eventum de loco in civitate solicitus, habuit enim Conventus S. Iacobi a multo tempore aliquam pecuniam supra domum e regione monasterii Patrum Dominicanorum, vocata domus Pankerle, a qva census certus proveniebat Conventui et domus illa tunc (ante habens inqvilinum figulum) vacua fuit, eandem domum pro se purgari voluit; tandem Dominus Rittefort mittit, cur se non hinc expediat? alioqvin eiicietur. Responsum habuit: Si me non eiiciet, non movebo me, qvia religionis residentia est, et causam non habet, cur me pellat; non peccavi. Per mille maledicta blasphemando cessavit, et Gvardianus remansit in loco.

Advertitur ad Religiosos.

Postqvam fuerint decepti Sveci a Patre Michaële Pomero, serio advertebant ad religiosos, qvod in suis monasteriis vix se movere potuerint. Omnis conversatio illis uno cum altero prohibita fuit, acsi se nunqvam novissent monasteria, et tamdiu, donec e civitate eiicerentur. Qvando contigit in civitate aliqvem infirmari, et poenitens habere voluit Confessarium, ad Commendantem mittebatur, ille vero novem Sclopetarios cum decimo Officiali ex generalibus excubiis assignabat, et semper alios, qvi armati pro Confessario ad monasterium veniebant ipsumqve ad infirmum comitabantur, et ad monasterium reducebant, et cum Venerabili nunqvam publice ibant, sed qvi confessionem

excepit, eadem occasione ex Commendantis ordinatione communicavit infirmum.

Repetunt Sveci conservata a Patre Pomero.

Taliter Pater Michaël Pomer Svecos Officiales disposuit, vel potius infascinavit, ita qvod ei suos thesauros ad conservandum dederint; qvi in illo periculo ex decanatu cum caeteris aufugiens ad castra Caesariana se receperat. Laicus unus in Conventu remansit sat mortificatus. Dictum fratrem omnes illi, qvi Pomero sua concrediderant, data omnium rerum consignatione ad castra dimiserunt, et sua petierunt, qvod si vel minimum defuerit, monasterium devastaturi. Rediit castris laicus, et in sepulchro, aut crypta, vel sub qvo lapide conservaverat, notata secum tulit, omnia reperta, et restituta eis. Et bonus Frater Didacus Sveci mancipium fuit. Hortum Conventus pro hoste colere debuit, nec uni mortalium ex horto aliquid dare ausus praeter Commendantem, et aliis cum consensu eius.

De domina Plesslin.

Fuit in praeurbio, seu in antiqva civitate Olomucensi, qvaedam perfectae vitae foemina, nomine et cognomine Sabina Plesslin, vidua, quae habens filias tres et filium unum, non ita ut parentes alii carnales solent metuere, ne liberos praemittant mortuos, illa contrarium fecit. Adveniente enim hoste, videns multorum civium honestarum filiarum in propugnaculis cum militibus laborantium honestatem periclitari, et plurimas iam prostitutas fuisse, Dominum Deum continuo precabatur, qvas carne mundo pepererat, et etiam in virtutibus pietateqve sanctissime erudierat, et spiritu Deo pareret filias in vita, ut mortuas videret, et eas ultima sequi sibi gratulabatur. Res miserabilis! intra unum mensem omnes tres sancte mortuae sunt, et filius Martinus paulo post ultimus; qvanta laetitia optimae Matronae! mox omnia in vivis cum domo inter monasteria distribuit. Accidebat recte in praeurbio ille conflictus Svecorum cum Caesarianis, advertens illa tres Caesarianos ante ianuam suae domus qvaerendo refugium, declinantes, et mox interficiendos paululum portam aperuit, et attraxit, qvos aliqvo tempore clam servavit in celario et aluit, conseqventer inventa oportunitate

salvos ad castra (non sine periculo) expedivit. Expleto igitur hoc charitatis opere infirmari coepit, et optime disposita in manibus sui Confessarii animam Deo reddidit. Post obitum eius miles, ad qvem spectabat qvartirium, sperabat spolium, et nihil inventum est, cum iam tempestive omnia per monasteria distributa fuerint, et Commendans resciverat, milites Caesarianos eam diu aluisse, fuit qvoqve inqvisitio, ubi essent mobilia domus defunctae? dictum fuit, qvod in monasteriis, sed, in qvibus? vel, qvo? non potuit rescire. Et sic gratis fuit inqvisitio.

De fuga militum.

Diversarum nationum Svecus habuit in suo exercitu homines, sed maiori ex parte germanos, qui accepto aere in populo et in terris Imperatoris contra Imperatorem pugnabant. Sed suae gentis vix tertiam partem habuit Svecus. Apparuit Olomucii, ubi fuerunt vix 50. Sveci, et non plures, ideo fugiebant, qvia erant alieni, ut plurimum capti, vel coacti servire. Volebat Commendans scire tantae fugae causam, et sat difficulter rescire potuit. Soli Officiales Catholici in consilio bellico prodierunt, et Confessariorum causam adduxerunt, quia plane omnes erant Catholici, qvi aufugiebant, qvia Confessarii eo qvod Sveco et hosti contra Imperatorem serviant, eos in confessione absolvere noluerunt, nisi fugiant; imo ipsimet Officiales suos confessarios prodiderunt; qvid tales curant sigillum confessionis?

Iuramentum petunt Sveci ab Ecclesiasticis.

Fuit qvondam dominus Paykul, Commendans Olomucensis, etiam Augustae Windelicorum pro Commendante. Habens qvoqve in urbe illa Ecclesiasticos, et diversorum Ordinum religiosos, a qvibus, nolentibus se in negotia militaria immiscere, sed pacifice sub protectione Commendantis vivere, iuramentum petiit, qui cum iuramento scripto se obligaverunt. Hinc Patrem Georgium Pelinka Soc. Iesu accedendo illud scriptum iuramentum dedit legendum. Is plane iuxta tenorem Augustani iuramenti in loco Patris Rectoris, et nomine Collegii scriptum formavit, nolle se intromiscere ad negotia Svecorum, imo si qvid minimum molliretur contra illos fideliter praecavere. Qvod maius, (non excipiendo confessiones) extensis duobus in altum digitis iuravit, literas

sigillo Collegii approbavit, et manu propria iuramentum subscripsit, et Commendanti consignavit.

Non praestant Iuramentum alii Religiosi.

Convocatis Commendans omnibus Religiosis in consessu assessorum tremendum eis dedit capitulum et non aliam causam fugae militum religiosos maxime Confessarios asseruit, Augustanorum Ecclesiasticorum iuramentum legi mandavit, si secus fecerint, in medio fori eos trucidare minabatur; pro exemplo etiam Patris Georgii Pelinka iuramentum fuit lectum. Pro responso habuit: Semel Deo, et religioni tacto pectore, non scripto, nec elevatis digitis se fecisse juramentum. Sit ut sit. Reversales, ut Augustani, vel Pater Pelinka, dare noluerunt, sed verbo ad eorum negotia se non intromiscere promiserant. Ut unus respondit, sic omnes. Recedentibus Religiosis in illo consilio bellico conclusum, omnes ex civitate eiicere, tantum solos locales superiores remansuros, uti advocata gvardia cum tympanis turpiter eiecti fuêre.

Pater Georgius Pelinka excusat suum Iuramentum.

Innotuit Patri Georgio Pelinka propter iuramentum hosti ab Ecclesiasticis non praestitum confuso, regulares ex civitate ejectos fuisse. Poenitentia igitur ductus ad omnes locorum Superiores veniens fassus est, se qvidem iuramentum praestitisse, sed propter illum solum, non in praeiudicium aliorum, si illud, qvod clam factum, et soli Commendanti cognitum, omnibus prolatum, dolebat se deceptum fuisse. Idqve factum non proprio motu, sed Patri Rectori adscribebat. Non solum iuramentum de fidelitate hosti servanda, uti in hunc finem sigillum Collegii apud se relictum, sed alia extrema pati, dummodo Collegium, pharmacopoeam et bibliothecam servet, commissum et sibi commendatum habuit. Potuit Pater Pelinka cogitare apud hostem secretum non valiturum. Si propter Collegium, pharmacopoeam et bibliothecam fecit, Collegium ex parte ruinatum, apotheca ruinata et bibliotheca ablata, et ipse eiectus est ex civitate.

De perspectivis, seu tubis.

Remanserat in civitate qvidam studiosus metaphysicus, qvi perfectissime tubos fabricabat, et hoc modo sibi panem lucrabatur. Multi civium curiosiores, si non poterant videre, qvid extra agatur, sub tectis ex perspectivis prospiciebant. Advertebatur ad tales, et illis tales perspectivae recipiebantur, et illi mulctabantur. Unde qvidam optimus civis aliqva occasione veniens ad S. Iacobum, qvem excubiae sub tecto ad castra Caesariana ex tubo inspicientem adverterunt, ante portam Conventus duo Sclopetarii instituti, cum egrederetur, ipsum spoliarunt, et bene concussum, ac vulneratum in solo indusio domum dimiserunt. Volebat omnino rescire Commendans, ubinam acciperentur tot perspectivae; de factore harum studioso non potuit scire, sed factum decretum, et per plateas promulgatum, qvod si deprehenderetur aliqvis perspicere extra ex tubo, domus eius spoliaretur, et hospes mulctaretur et omnia conventicula civium sunt prohibita. Item occidente sole lumina sunt interdicta, casu qvo deprehenderetur lumen de nocte, fuit proximiori vigiliae licitum illam domum visitare, et illam spoliare.

Monasterium OO. SS. combustum.

Anno Domini 1643 Conventus Canonicorum Regularium ad omnes Sanctos combustus. Unus Officialis ex Svecis e regione illius monasterii qvartirium habuit, is pro sua distractione in turricula superioris ecclesiae pro iaculatione metam sibi assignavit, et ex continua eiaculatione forte cartha globo inhaesit, lignum siccum accendit; vidimus turrim ardere, et subvenire et defendere voluimus. Exulantibus omnibus Canonicis totius monasterii omnes portae obserratae, et nemo fuit, qvi aperiret, sat tarde perfractis portis succurrere voluimus; interea deorsum ignis descendit, totam ecclesiam et conventum occupavit. Pro defensione populus paucus civitatis, et totus desperatus non accurrebat, solus Commendans convocatis militibus aqvam subministrabat, ecclesiam et conventum defenderunt, alteram partem versus Carthusianos adiunctis qvibusdam Pater Gvardianus ad S. Iacobum defendit. Extincto deniqve igne Pater Gvardianus P. Michaëli Pomer in confidentia aliqva necessaria ipsi communicavit, ut infra.

Discursus Patris Michaëlis Pomer ratione S. Monialium.

Fuit illud ad omnes Sanctos incendium paulo ante primum insultum et fugam Pomeri, qui recte illis diebus cudebat proditionem, et stratagemata contra Svecos, cui ut succederent illa negotia, per totum se accommodavit eis, et intuitu gratiae, qvam sibi conciliaverat, omne, qvod voluit, apud Commendantem effecit. Inde per ipsum pro gratia ad Svecos omnium recursus fuit. Etiam Moniales S. Clarae propter huiusmodi favorem in necessitate innotuerant ei, et illa notitia invalescebat, qvod qvasi qvotidiana fuerit. Procuraverat duabus Monialibus, Abbatissae, et Constantiae, duas perspectivas, seu tubos, ut ubi eas adire non poterat, ad invicem per tubos cum eis corresponderet. Capta igitur occasione Pater Gvardianus et Confessarius cum Patre Pomero fraterne et confidenter collocutus est, eiqve canones et decreta pro Monialibus proposuit, et tam freqventem conversationem prohibuit; etiam a Confessario Monialium S. Catharinae similemqve admonitionem acceperat; qvibus taliter offensus, qvod contra utriusqve monasterii animum concepit, ut ubi potuit apud hostem et solum Commendantem nocuit, et contra illos omnia mala concitavit.

Pellimur ad propugnacula.

Ut se vindicaret Michaël Pomer, varios modos qverebat; instinctu eius Commendans Patribus Confessariis Monialium, Patre Henrico, et Patre Gvardiano ad se vocatis furiose eos ad laborandum in propugnaculis cogebat, et cum iam a Sclopetariis subordinatis sine omni respectu traherentur, qvidam Supremus, dominus Sandthoff, Colonellus peditum e medio Officialium astantium surgens cum magno clamore ad Commendantem: ‚qvod vestro Pomero neqvam adulatori, qvi vobiscum, non excipiendo dies veneris, carnes vorat, et dies bonos agit, creditis, istos pauperculos, qvi famem patiuntur, ad propugnacula pellitis, etiam eat Pomer.‘ Orta tunc controversia inter officiales astantes, qvod ista instigatio a Pomero venerit, probarunt, eo qvod Dominicani, et Franciscani habeant pecuniam, illos ire debere, vel solvere. Defenderunt aliqvi et blasphemaverunt contra Pomerum. Finita contentione aperuit portam Dominus Sandthoff, et pileolum suum ante Commendantem proiiciens

cum indignatione ait ad Religiosos: ‚Ite vos domum, iam videtis, qvalem commendationem apud Commendantem ab ipso Pomer habueritis.‘ Abeuntibus Religiosis Patribus multa dominus Sandthoff exprobrabat contra Pomerum, qvod et Commendans sentiet, qvid sibi volunt istius monachi fabricae, et vita pessima? prolatis multis verbis a Commendante cum furia magna discessit. Post breve tempus experti sunt Sveci, qvid cudebat Pomer, et appellabant dominum Sandthoff prophetam inde.

Svadet Pater Pomer transitum ad Bernardinos Monialibus.

Non successit Patri Michaëli Pomer Dominicanorum et Franciscanorum promotio ad propugnacula; ab alio incepit capite. Svasit Abbatissae ad S. Claram de translatione ad Bernardinos, et promisit administrationem diligentissimam, et ipsae, qvomodo transire deberent, dat instructionem. Abbatissa ab illo informata insciis aliis Monialibus nomine Conventus sub sigillo per ipsum Generali Bernardinorum dedit memoriale. Author tantae effusionis sangvinis a sede Apostolica Romae titularem episcopatum sibi procuravit, eademque occasione Monialium Olomucensium S. Clarae promovit negotium. Generalis non praecipitanter in his agendo Reverendissimo Patri Generali Conventualium communicavit, qvi memoriale illud remisit Patri Provinciali, tunc Admodum Reverendo Patri Magistro Ambrosio Härtl, Provincialis autem Patri Gvardiano Olomucium. Ultimo Abbatissa hoc rescivit. Tota inde confusa, suum sigillum et manum negare non potuit, cum qva aliae Virgines non contentae, qvod tanta nomine Conventus attentare praesumpserit. Post paucos menses forte ex apprehensione obiit. Vocabatur Ursula Olomucensis annorum 43.; illa decedente nomine Admodum Reverendi Patris Magistri Ambrosii Härtl Provincialis, alia Venerabilis Virgo, Anna Oppawska, Commissaria constituta, et soluta obsidione legitime in Abbatissam electa 1650 prudentissime usqve ad mortem rexit monasterium.

De regimine monasterii Venerabilis Virginis Annae.

Soluta obsidione, Svecis iam abeuntibus anno 1650, et ex exilio redeuntibus omnibus Virginibus, Venerabilis Virgo, Anna Oppawska, Praeside Admodum Reverendo Patre Richardo

S^{tae} Theologiae doctore in Abbatissam electa. Qvae uti praecedentibus annis bis Abbatissa existens, ita etiam tertio laudabiliter monasterium gubernavit, plurimas in pietate Virgines educavit et vestivit. Hoc notatu dignum, supra nominatae Annae Virginis talis fuit pietas, qvod etiam ipsis hostibus vita sancta eius innotuerit, et licet acatholicos, in admirationem converterit et aedificaverit. Intuitu bonae Matris pace publicata Sveci scientes eius monasterii pagos, praedia, et plane omnia bona ruinata ad instar Iobi, vix non omnes ex maioribus Officialibus unus qvisqve ei obtulêre vaccam, vel ovem, aut capram in subsidium. Revera illo anno et aliis subseqventibus vix non ultra naturam omnes illae faemellae tres, vel qvatuor foetus protulerunt, et semper faemellas, ita qvod ex illa donativa omnia cum tempore fuerunt pecoribus impleta praedia.

De obitu Venerabilis Virginis Abbatissae.

Senio confecta Virgo Anna Abbatissa aetatis septuaginta sex annorum, diem et horam nonam Februarii antemeridianam, illam duntaxat diem, qva fecit professionem, 14. diebus ante obitum omnibus praedixit Virginibus. Intra illud tempus sepulchrum, seu cryptam sibi novam et successoribus Virginibus in templo aedificari mandavit. Imminente mortis die supra nominata Administratorem, seu Capitaneum, Gregorium Werbasky, seniculum advocando recte in vigilia obitus sui 5. Februarii, cras hora nona, qva Christus mortuus est, suum obitum praedixit, et ut Virgines qvinqvagesimum annum suae professionis celebrent, portionem multiplicari mandavit; Ego autem cum meo sponso, dante Deo, in coelo secundas primitias celebratura. Capitaneus videns non graviter infirmari, cum risu accipiendo librum Magistralem Conventus inspexit, et, ut illa dixit, 50. annorum spatium professam 6. Februarii deprehendit; circa vesperum autem pridie Confessarium advocando, cui generaliter confessa, extremam unctionem ab eo petiit. Vidit ille non esse periculum in mora, ad crastinum distulit. Etiam infirmabatur aliqvot mensibus una ex professis Virginibus, Catharina Thumfaldin, cui 6ta die in mane oportebat extremam dare unctionem, qvae ultimo viatico SS^{ae} Communionis accepto obiit, de cuius obitu senicula Abbatissa informata, laetata vehementer dicens: a qvo aedificare inceperunt cryptam, Dominum Deum,

ne sim sola, oravi; O! qvam misericors! ecce sociam mihi ordinavit. Venit interim celebrandi hora 8[va], iam cum missa exeuntem confessarium audivit, inde turbata, ne missam negligeret. Instante hora nona mortis Confessarium, ne ipsam negligat, admoneri vult, qvi veniens cum sacro oleo eam unxit; illa vero una manu crucem, altera candelam tenens cum verbis illis: in manus tuas Domine commendo Spiritum meum, animam Deo reddidit.

Sepultura duarum S. Monialium Virginum.

Homo post mortem totus pallidus, tumidus, turpis, etc.: ita Virgo Catharina aetatis 20. annorum ante iuvenis, et pulcherrima, diu pthysi laborans, post obitum, ut aiunt homines, non fuit sibi similis; altera vero senicula ultra septuaginta in vivis; cum intueretur post mortem per alias Virgines ore aperto et oculis, ac repentina vultus mutatione horrorem astantibus iniiciens, et paulo ante obitum audiens iuniorem, ut supra Catharinam, totam mutatam etc. cum suspirio oravit: ‚O Domine! si usus rationis defuerit, Tu solus os, et oculos occlude meos, ne me intuentes horribili aspectu offendam.‘ Res admiranda dictu: per manus, ut supra, occlusit sibi oculos et os emittendo spiritum. Eo momento astantibus omnibus mox apparuit iuvencula, pulchra, et rubicunda. Super hoc stupebant, qvod eam tam formosam nunqvam viderint, certe intuebantur vultum eius tanqvam vultum alicuius Angeli. De more solito expectantur Moniales ad ecclesiam, aperto loculo per Officium manent, et ultimo sepeliantur. Fuit in funere illarum duarum populi concursus magnus, qvi defunctam ante noverant non senem, sed forma in facie speciosam, et iuvenem viderunt, et mirabantur dicebantqve, qvod ipse Deus, cui tot annis sancte servivit, istam gratiam contulerit, et qvasi miraculo adscribebant. Fuerunt aliqvi senes, qvi in ingressu ad religionem ipsi innotuerant, et professionem facientem viderunt tam pulchram, et iuvenem fatebantur. Concionem funebrem Pater Concionator Dominicanorum fecit, totam vitam eius innocentem depraedicavit, et auditorium ad fletum magnum commovit. Ad instantiam multorum Reverendissimus dominus Vicarius Generalis et Officialis pro consolatione fidelium octo diebus non occludere defunctam in sepulchro dispensavit.

Moniales S. Clarae ex civitate dimittuntur.

Post spoliationem monasteriorum, (vide supra Caput de proventibus et granariis) paulatim in conventu S. Clarae victualia deficiebant, tot personas alere tam diu non erat possibile; consultum ideo videbatur, ut medietas Virginum foras dimitteretur. Accedente Commendantis consensu agebatur tantum de modo, de curribus, eqvis, etc. Fuerunt aliqvorum Canonicorum currus, seu pulcherrimae rhedae aliqvot, et eqvi optimi, in locis clam conservati, qvos Domini occasione Monialium habuissent libenter in loco tuto. Iunctis igitur ad tres rhedas sex eqvis in nomine Domini, compositis suis in curribus rebus, progrediuntur. Has Virgines necessario Pater Gvardianus, adiuncto sibi socio Reverendo Patre Bacc. Raphaële Italo, Brunam usque comitari debuit. Transeuntibus illis civitatem magnus concursus in foro et omnibus plateis concurrebat, et bonas Virgines verbis ignominiosissimis, et tam inhonestis, qvae hic scribere non licet, ad portam usqve afficiebant. Inter portas venientes omnibus rebus spoliatae; inter illa spolia, ludibria, et vexationes magis ac magis angebantur, et ubi dispositum fuit, illa die ad noctem venire Prostannam, ad vesperum usqve durabat comoedia illa, et eo fine factum, ut Commendans (qvi tunc non erat domi) veniret et videret eqvos, et currus splendidos; qvi veniens ad eqvos aspexit dicens, esse noctem, ad monasterium redire Moniales iussit, et Patrem Gvardianum cum socio ad arestum guardiae duci, et resolutionem expectari mandavit.

Pater Gvardianus cum Socio in aresto.

Qvid Commendans cum arestatis Patribus facturus speculabatur? Eqvi generosi, et rhedae splendidae coëgerunt Patres in arestum poni, et Moniales redire domum; licet enim eqvi varia spurcitia defoedati erant, natura virtutem eorum occultare nesciebat; bene enim adverterunt Officiales, qvales sint, cum progrederentur in curribus. Hinc Commendans vocando Patres ex aresto, non multum interrogabat, cuius sint eqvi? vel currus? cum ante a proditoribus bene resciverit, sed permisit eos ad Conventum redire, cras mane discessuros cum Virginibus. Accidit tunc res ridiculosa apud Commendantem: Pater Raphaël Italus, non amplius habens animum manendi in

Moravia, pro itinere Italiam plenarie se expedivit, ocreas novas pulchras cum calcaribus, et eqvum comparavit etc. Anteqvam eos domum dimitteret Commendans, accepit per manum Patrem Raphaelem, et interrogavit: Mi Pater! incessitne taliter Sanctus Franciscus? et astantibus Officialibus: En! Franciscanum! Vocat unum ex militibus habentem ocreas qvasi novas (sed absqve calcaribus) et sat simplices, has mutare cum ipso debuit. Item camisolam rubeam apud ipsum videns, propter eam magnum ei capitulum dedit, et si non mutaverit in suum colorem, et adverterit Svecus aliqvis, exuet eum, qvia dicebat, pluribus taliter factum fuisse Franciscanis.

Dimittuntur secundo foras Moniales.

Altero mane misit milites Commendans, ut omnes illi 18. eqvi cum rhedis reducerentur ad se, et ad Moniales, ut, qvando volunt, discedant; currus pro curribus, eqvos pro eqvis mittet. Post unam igitur horam tres currus rusticani simplices, et unicuiqve currui tres eqvi claudi, caeci, juncti ante monasterium expectarunt. In istis curribus bonae Virgines ut anseres sederunt, et perrexerunt; fuit prohibitum tamen, et per plateas Officiales constituti, ne clamores, et scomata fierent, et in portis silentium, qvibus duo tibicines Svecici in favorem dati sunt usqve Prostannam. Vix pervenerunt ad ducentos passus versus S. Crucem haud dubie subordinata Compagnia eqvitum ipsis occurrens, utrum passum habeant? inqvisivit. Tibicines responderunt: se valere pro salvo conductu et passo; non sufficit, dicunt: stantibus in loco, unus ex tibicinibus adiunctis eqvitibus duobus ad Commendantem rediit, et qvod tres currus cum novem eqvis, et tot personis libere dimiserit, fidem tulit scriptis; non stetit in passo heri visitatas fuisse, currus visitarunt, et pergere permiserunt.

De susceptione Monialium Prostannae.

Vigilabant supra Svecos Prostannae illustrissimi domini duo Comites. Illustrissimus dominus de Tron, et Illustrissimus dominus Iohannes de Rothall cum regiminibus suis; in ipso ingressu ad civitatem illam, ipsorum milites multo maiores despectus, scomata, et ignominiosa qvaecunque faciebant, et

vix non suis Musqvetis et piccis ex curribus Virgines eiiciebant. Viderunt illa omnia domini Comites, sed insolentem militem impedire non potuerunt. Si de adventu earum praescivissent, aliam instituissent salutationem; sed revera illustrissimus dominus (maxime Generalis de Tron) recompensavit tantam ignominiam eis; eas nempe in hospitio per tres dies splendidissime tractavit, et ne ipsis in aliqvo desit, hospiti demandavit et omnia solvit. Tertia die vero cum magno honore in suis splendidissimis rhedis, adiuncto comitatu qvinquaginta eqvitum et peditum etiam, tantum Brunam usqve cum viatico qvoque optimo dimissae sunt Moniales cum honore, sed rhedae Viscoviam tantum; de aliis ibidem curribus commodis ad commendationem supra nominatorum dominorum Comitum Regens Serenissimi Archi-Ducis sollicitus fuit.

Moniales Wiskoviae bene accomodatae.

Certior factus per literas illustrissimus dominus Liber Baro Sedlniczky de adventu Monialium ad noctem Wischkoviam, arcem mundari curavit, et in loco Serenissimi Archiducis episcopi eas hospitio recepit, et splendide tractavit. Tertia die dimissis duorum Comitum curribus et eqvis Prostannam, suos eqvos proprios iungi ordinavit; adhuc equivalens reqvirebatur currus.

Nuperrime Reverendissimus dominus Martinelli, Canonicus Olomucensis, obierat. Erat ille Wischkoviae natus. Is sorori suae currum cum sex eqvis ordinavit in testamento; ut tali Genecaeo, et in tanta necessitate Pater Gvardianus inserviret, eam Dominam accedendo, currum et eqvos Brunam petiit usque, sed magnis precibus nihil obtinere potuit. Relatum habens apud Admodum Reverendum dominum decanum esse similem rhedam et eqvos; haud difficulter gratiam obtinuit, fuit illa rheda inter alia vasa abscondita, sed bonus Dominus omnia amoveri, qvae deficiebant, reparari, similiter equos ephippiari, et currui iungi mandabit. Ipsa die, qva exiverunt, plane circa vesperum, Sveci Wischkoviam advenerunt, currum in quo necdum soror Canonici sederat, et eqvos acceperunt, et totum in illa domo spoliaverunt. Et dominus Tabernator, decanus, currum, et eqvos concedendo pro necessitate salvavit. Multum nominatum dominum Decanum haec benevolentia in praetensione Canonicalis residentiae iuvare

potuit. Abeunte enim hoste omnes Canonici, qvi supervixerant, pro Capitulo vocati confluebant, et in locum mortuorum multi pro concursu concurrebant; illud bonum opus, et benevolentia, qvam exulantibus Monialibus Admodum Reverendus dominus decanus Wischkowiensis fecit, illum pro Canonico Olomucensi promovit, et qvod maius! pro residentia, et assessore Venerabilis Consistorii; et inde ex Admodum Reverendo Decano Tabernatore Reverendissimus dominus Adamus Sternfels dictus fuit.

Pozoricii Sancti-Moniales hospitio receptae sunt.

Moniales in maxima hyeme exularunt, ubi erant in Ianuario et in Februario viae pessimae; habentes currus, et recentissimos eqvos, exeuntes Wischkovia summo mane, pertingere tamen Brunam una die impossibile fuit, necessario declinare oportebat Pozoricii. In illa enim arce spectante ad celsissimum Principem de Liechtenstein optimus vir, dominus Bernardus, director eorum bonorum, primo qvidem suscipere Moniales ad arcem recusavit; sed sciens duos comites exhibuisse ipsis Prostannae gratiam, et Wischkoviae nomine Serenissimi eas accommodasse, etiam ille imminente nocte benigne loco sui Principis eas suscepit, arcem aperuit, palatia citissime mundare iussit, et in frigore calefacere, tractavitqve optime. Militibus in oppido quartiria distribuit, eisqve sufficientem per noctem provisionem ordinavit. Altera autem die, qvae fuit dies Purificationis Beatae Mariae Virginis, Brunam hora decima antemeridiana pervenerunt, audito ibi Sacro ad hospitium declinaverunt.

Brunae bene tractantur Moniales.

Existens Brunae illo tempore pro Gvardiano ad Sanctum Ioannem Admodum Reverendus Pater Magister Pancratius Kiaillius ordinaverat in domo illustrissimi domini Breüneri Monialibus hospitium; eo venientes nihil adhuc ordinatum, mox illustrissimus dominus Comes de Liechtenstein, provinciae Capitaneus, maxime illustrissima Comitissa, qvondam in monasterio ipsarum Olomucii educata, omnem benevolentiam exhibuit, palatia mundari, et calefieri praecipit, interim bonum prandium praeparatum fuit. Habita paulo post notitia de adventu Monialium Brunensis cïvitas, de omni provisione sollicita fuit, de

carnibus, pane, vino, farina et aliis alimentis pro culina attulerunt. Item Monasterium Monialium ad S. Iosephum, et ad S. Annam omnia, qvibus opus erat, subministrarunt. Habebant qvidem optimos dies, sed non tam diu; post aliqvot enim menses de adventu exercitus Svecici dictum fuit, illum non expectare videbatur. Reverendissimus dominus Karas, Praepositus et Suffraganeus Olomucensis, Virgines in suam tutelam suscipiens, tempestive per Ungariam in Silesiam cum eis migravit Oppaviam usqve. Et ibi non poterat diu morari, qvia pestem, qvae ibi incepit grassari, evitando Koslam se recipere cogebantur. Fratres locum ipsis cesserunt, et manserunt Koslae per aliqvot annos usqve ad revocationem pace conclusa. Intra illos annos in exilio tres mortuae: Brunae Virgo Francisca Pilerin, ibidem ad S. Ioannem sepulta, Koslae duae, Virgo Catharina Vicaria, et Virgo Elisabetha Schwabenskin.

Pater Gvardianus Wiennam perrexit.

Facta dispositione pro sororibus Brunae, clausura in domo Breünericiana, capella, et altari, et Patre Confessario, Petro Golasky, constituto, Patri Gvardiano inde Wiennam proficisci visum fuit; et ibi de statu Monialium Admodum Reverendo Patri Provinciali Ambrosio Härtl rationem reddidit. Post aliqvot dies ad instantiam Admodum Reverendi Patris Godefridi Gvardiani Wimpassigensis cum ipso ad bacchanalia perrexit, et tractatus excellenter, ultimo quantum in curru vehere potuit de vino, farina, butyro, salpa, halecibus, et aliis victualibus pro qvadragesima secum Olomucium ex benevolentia Patris Gvardiani sui antecessoris tulit. Eo tempore in qvadragesima frigora magna, et tantae nives, qvod colles in campo, et vias atqve fossas ubiqve cooperuerint. Cum Wiennâ pergeret, recte ad Danubium et pagum, Hütteldorf, ad fossam profundissimam cum curru onerato, auriga, eqvis et capitaneo Monialium cecidit, ibi nullum auxilium nisi in nivibus perire, spes nulla, nisi ad Deum pro iuvamine. Dum oraret cum suis de Profundis etc. et ad S. Antonium: si qvaeris miracula etc. sursum aspiciens, non sine Dei dispositione, illustrissimum dominum Stephanum Comitem de Werbna, cui ante innotuerat, praetereuntem advertit, et exclamavit: Illustrissime domine Comes, ad Te sunt oculi nostri, salva nos, perimus. Bonus dominus tanto citius ad

proximum pagum rediit, et milites suos ex qvartirio, et ipsos rusticos vocavit, qvi venientes cum lignis, perticis, asseribus absqve damno sursum extraxerunt currum, eqvos, et illos remisit ad pagum ad suam illustrissimam Comitissam, qvae eos fatigatos refecit, et corroboravit.

Redeundo Wiennâ P. Gvardianus stiterat Brunae.

Ex decisione Catholicae ecclesiae et pia consvetudine, Monialis, nisi 17. annum expleverit, ad Professionem non admittitur, alioqvin invalida professio. Advertit unus iuvenis Olomucii ad S. Claram Organista ex qvadam Virgine, cui innotuerat, ipsam ante competentes annos invalidam fecisse professionem, scilicet 16. aetatis suae annorum: inter conversationem igitur malo forte genio instigante nullitatem professionis eidem exposuit; et si velit? libere et licite possit nubere, se ipsum ei commendavit, et qvo modo aggredi negotium, et eam egredi ex monasterio persvadere non erubuit; illa ad omnia consentiente, Romam iuvenis perrexit dispensationem procuraturus. Virgo illa aliqvo tempore post, qvod sibi non bene consuluerit, advertens, ducta poenitentia, et motu proprio suum Confessarium advocando totum ei aperuit, etiam suae Matri Virgini abbatissae. Iuxta canones et decreta iam non ritu solemni, ut moris est, praevia confessione et sacra Communione adstantibus duabus sororibus ex Senioribus in manibus Confessarii et Abbatissae emisit professionem, et legitima professa effecta est. Iuvenis ille Organista, ut supra, recte illis diebus redeundo ex Italia, Breve Apostolicum nubendi illi Virgini Roma secum attulerat. Hic non sciens secundo legitimam fuisse professam modum Brunae levandi eam e medio Virginum solicite qvaerit; ad lucem eius negotium venit, qvod simile attentare praesumpserit. Reverendissimus Dominus Officialis Olomucensis incarcerare eum iussit, ubi aliqvantisper mortificatus, et confusus dimissus, aliam sponsam sibi qvaesivit.

Reversus Pater Gvardianus Olomucium.

Animatus Pater Gvardianus ab Admodum Reverendo Patre Ambrosio Härtl Provinciale, vel invitus ad miserias inter hostes Olomucium reversus fuit. Victualia qvidem Wimpassinga,

ut supra, tulerat, sed de illis nihil gustavit. Prima enim nocte ad locum ubi deposita, Svecici milites ex coemeterio S. Petri sat magnum murum perfregerunt, et acceperunt omnia. Altera die Commendans cupiens gustare de illis sex urnis optimi Ungarici vini, qvod fuit illi oblatum una cum vase, nihil obtinuit. Mandavit fieri scrutinium, fures inventi, qvos misit ad Gvardianum, ut faceret cum eis, qvidqvid velit, dimisit eos, gratias agens Commendanti pro iustitia, sederunt in asino tribus horis; de caetero nihil.

Secundo dimissae aliae Moniales Olomucio.

Remanserat (1644) medietas Virginum, ut supra, adhuc in Conventu. In stricta obsidione fame crescente et cum de nulla audiebatur liberatione, non magis cordi fuit Virgini Abbatissae, qvam familiam minuere, et adhuc aliqvas Virgines foras dimittere. Recte ad propositum illustrissimus dominus Wenceslaus, Comes de Oppersdorff, sciens filiam suam Iulianam remansisse Olomucii, a Generalibus Caesareo et Svecico licentiam exeundi ipsi procuravit; ex castris Caesareis currum cum sex eqvis pro ea misit, et duos ad commendantem tubicines cum literis ablegavit. Supra nominata Virgo, et adhuc aliae qvinqve pro itinere absqve mora sese praepararunt. In favorem itaqve Domini Comitis e medio consilii bellici illustrissimus dominus supremus Major, natione Anglus, occultus Catholicus, ad Virginem Iulianam Oppersdorffianam est ablegatus, cui cum omni respectu dimissoriales, seu passum, pro sex personis, uti ipsa petierat, tradidit, qvam cum sociis in curru cooperto suo proprio ex monasterio per civitatem ad portam usqve vehi curavit, et ipse in persona adiunctis aliis supremis cum magno honore comitatus est.

De spoliatione Virginum in porta.

Ante egressum ex monasterio egregius dominus ut Catholicus sponte ad Virginem de Oppersdorff veniens, ei concrediderat, conclusum fuisse in consilio, non cum tali honore, ut priores Virgines, sed honestissime Virginem Iulianam et alias expediendas, et clausulam addidit, ut omnia, qvae secum efferrent de auro, vel de argento, constent etsi multa millia, fideliter

conscriberent, qvaecunqve in cartha posita fuerint, libere dimittantur, et saepe repetiit, imo rogavit, et per Patrem Gvardianum monuit; pro maiori securitate ei comitiva demandata est, et hoc intuitu Haerulae Comitissae de Oppersdorff, et adiunxit cum protestatione, si secus fecerint, non ipsi adscribere debebunt. Advertit Virgo Abbatissa sinceritatem Domini, adhortabatur omnes, ut omnia vel minutissima notarent, sed illae nec Domino Majori, nec Abbatissae et Gvardiano concredebant. Scripserunt qvidem minutiora, breviaria, libellos, rosaria, etc., sed alia magni pretii, eis ad conservandum tradita, aurum, gemmas, qvae circa se colligaverant, de illis nulla mentio. Inter portas descendentibus illis ex curru Domini iuniores Capitanei, qvi tunc agebant excubias, adverterunt funiculum rubrum ex collo Virginis unius pendentem; unus ex eis, elevato nigro velo, cum funiculo marsupium cum trecentis aureis extraxit, dicens: qvid est hoc? tumultus factus sclopetariorum, qvos Dominus Major depulerat; omnes sex has virgines Capitanei ad domum excubiarum, vulgo Kurdiguardam accipientes, una post alteram usqve ad indusium exutae, catenis, auro, annulis pretiosis, monilibus, pecunia etc., exceptis reculis in cartha signatis spoliatae. Fletus magnus, et lamentationes nihil iuvare potuit; ad Dominum Majorem Anglum pro iuvamine clamarunt, at ille: non mea culpa haec acciderunt, qvare non subscripsistis? Tragoedia finita ad currum cum sex eqvis extra portam expectantem adductae exiverunt ad castra cum fletu. Illo tumultu incipiente inter portas, anteqvam spoliarentur, una ex Virginibus conservaverat unum pastorale argenteum pretiosum, qvod salvagardiae ante-Monasteriali ad servandum dedit, servavit, sed pro se; erat ex Silesia alicuius Praelati, sed nemo fuit, qvi auderet repetere illud.

Obsidio civitatis.

Stratagemata illa per Patrem Pomerum fabricata, non successerant, castra tamen Caesarea fortius munita, circumcincta civitas vallo, et propugnacula unum ab altero ad explosionem unius muscetae; in singulis propugnaculis tormenta et fortes excubiae. Ex castris per montem deorsum, aggeres seu Lauffgrab, tam altae, qvod eqvites et currus transeuntes Sveci videre ex civitate non potuerunt; ad propugnacula certus numerus

militum peditum qvotidie hora 4ta pomeridiana commendabatur. Ex castris ad moenia civitatis excursiones tam eqvitum, qvam peditum singulis qvasi diebus fiebant, et cum hoste certamina. Haec fuerunt usqve ad festum S. Martini (1644); illa enim die per assultum generalem aggredi civitatem constitutum erat, interea praeparatoria in castris necessaria parabantur.

De assultu generali.

Facta dispositione milites Caesarei in castris duo magna et alta propugnacula pro tormentis maioribus (vulgo Paterien) aedificarunt. Unum e regione Conventus S. Iacobi, et aliud ex parte alia civitatis e regione Conventus PP. Bernardinorum; in illis per duodecim Cartaunen et mordarios collocarunt. Ipsa die Sti Martini (11. Novembr. 1644) mane missus cum certo signo tubicen ad Svecum, utrum voluntarie civitatem tradere velint, vel non, vel alioqvin utrum ad resistendum parati sint. Svecis renuentibus, circa vesperum ex illis duobus Paterien, seu propugnaculis, frangere inceperunt, et continuando praeschas fecerunt ad terram usqve; paulo post multitudo militum cum suis reqvisitis, scalis etc. ad murum currebat. Ex parte una post S. Iacobum per illa loca profundiora, ubi fuit fluvius, de accessu ad moenia fuerunt securissimi, sed experientiam muri, ubi fuit praescha facta, et lacus non habuerunt; ideo milites currentes ad assultum propter lacum profundissimum ad praescham eis accessus non erat; a partibus lacus applicabant scalas ad murum, sed scalae non fuerunt sufficientes longitudinis, inde magna confusio facta est, et periculum incredibile, qvia in parte illa aliqvot centum de Caesarianis perierunt. Sveci enim, qvalia poterant excogitare stratagemata et ante muros, ac antemuralia insidias struxerunt, palessatas, fossas periculosas, tricipitia, seu triangularia ferrea acutissima, circa muros sparserunt. Item granatas parvas proiiciebant, et ollas sulphure, pice, globis impletas accensas, qvae lucebant, et interficiebant accedentes. Ex altera vero parte civitatis praescha ex tormentis sat magna ad tringinta passus facta, ubi sperabatur securus accessus, ad mille commendati milites cum ingenti fervore ad assultum currebant; eis jam civitatem intrantibus ad insidiarias fossas, granatis, ollis, globis, sulphure, pice, stramine impletas et accensas, accesserunt et inciderunt, per

aërem volarunt, et perierunt, pauci lethaliter vulnerati mansêre. Item per circuitum, ubi scalae erant, et cum eis tentabant, oneratis granatis et ollis accensis, multi interficiebantur. Revera ab intus et extra talis strepitus tormentorum et globorum ignitorum, ut potuerit aliqvis cogitare, esse aliqva extraordinaria fulgura et coruscationes densissimas aut grandinem ex coelo cadere, et ruere mundum. Advertens Commendans ruinatos Caesarianos silentium indixit, et sub poena capitis ab illa hora nemo Svecorum explodere audebat. Priora durabant ab hora 7ma ad 2dam usqve post mediam noctem. His stantibus, instantiam fecerunt eqvites, ut foras exirent, et ad ultimum profligare possent hostem, sed eis nullatenus exitus permissus fuit; inde contentio orta et facta. Si eqvitatus excurrisset, pauci remansissent, et tormenta, qvae erant in fuga, accepissent, castra spoliassent, et exussissent.

Armistitium seu Stillstandt factum.

Mane facto (12. Novembr. 1644), qvi extra prospiciebant ex moeniis, etiam aliqvi ex Svecis, commovebantur ad lacrymas, videbant enim circa muros tot scalas, et in hortis per circuitum multitudinem interfectorum et aliqvorum agonizantium, per agros circa civitatem proximiores vexilla iacentia, bombardas, pistolas etc. Ipso diluculo a Caesarianis tubicen ad Commendantem missus, audientiam ab eo petiit, qvi ligatis oculis iussit eum venire ad se, et deposito ligamine, ut valeant interfectos colligere et sepelire, petiit, et obtinuit. Commendans ad eum: ‚qvid putant Caesariani? nonne pulchrior haec tragoedia hac nocte facta est, qvam illa, qvae per Patrem Pomerum, vestrum monachum proditorem, facta est? Sic decet heroicos milites agere, non fraude, sed opere et veritate. Suscipiant interim grato animo, et sepeliant occisos ad trecentos passus, et colligant; illis autem, qvi intra muros, et antemuralia, fiet gratia; per meos curabo sepeliri eos. Si silentium non indixissem, nec tu venisses huc.‘ Iterum ligatis oculis extra civitatem reductus.

Colliguntur interfecti.

Tribus diebus conseqventer data licentia libere colligendi et sepeliendi interfectos Caesarianos non intra muros, sed in

hortis et pratis tantum; qvaecunqve arma, bombardas, seu muscetas, vexilla, qvae inter occisos iacebant, licitum fuit colligere eis, nam ante omnia et inter muros occisis sepultis, ipsimet Svecici milites scalas, et arma sepultorum in curribus ad civitatem advexerunt. Dum colligerentur, potestas data fuit Svecis, et non Svecis foeminis ac pueris, et omnibus, qvi volebant muros ascendere, et miserabilem videre collecturam. Relatu difficile, cum qvanta compassione, et oculis flentibus maxime Svecorum foeminae colligentes aspiciebant. Aliqvi tres unum, alii duo unum, aliqvi ex robustioribus unum supra dorsum, alii in piccis, perticis ligatos, alii in curriculis, seu vehiculis, aut qvoqvo modo poterant, ad fossas portabant. Tribus diebus fuerunt illa spectacula. Finitis his, positae excubiae Svecorum in muris, vallis, propugnaculis, uti ante assultum. Et Caesariani de continuatione obsidionis cogitaverunt.

Arestatio Senatorum sub assultu.

Non minus hostis timuit de interna seditione, vel rebellione aliqva, uti ante hac, si excursio fuit, vel larmo, maxime autem attendebant ad Senatum, prout sub isto generali assultu omnes in curia civitatis fuerunt arestati et occlusi, et excubiae positae. Similiter cives ad aliqvot parthias congregatos custodiebant, vulgo Beraithschafft, et si fuisset opus, fodere, circa tormenta iuvare, etiam muros ascendere, et se cum hoste simul defendere.

Continatio obsidionis.

Si assultus permissione Dei primus et secundus non successit Caesarianis, facta multiplicatione militum pro fortiori obsidione civitatis, vallis cinctae et propugnaculis, in ea hostem fame mortificare, vel alio simili modo affligere constituerunt. Excubiae tales institutae: inter alios Walachi intermixti cum longioribus bombardis, vulgo Čžieszinky, vix exploserant gratis, et non pauci in muris tangebantur. Inter alios, unus ex maioribus, Supremus Colonellus, Santhof, miles antiqvissimus, in muro stans, vix se aliqvid monstravit, hostili globo traiectus perierat. Lepidum quid occiderat in districtu Sancti Iacobi; nebulo unus sclopetarius, dictus Martin Prediger, omni mane prodibat, et depositis caligis extenso podice Caesarianos versus, diem Caesari

ita precabatur: Hans Kayser, Hans Kayser etc. Advertit Walachus Caesarianus ex propugnaculo, vix elevavit, et blasphemavit, ex bombarda Cžieszinka ad locum recte tetigit, ita ut ore globus exierit. Audiens Commendans cum risu accepit, sed similes blasphemias interdixit.

De altissimo propugnaculo.

Aedificaverant Caesariani e regione S. Iacobi duo propugnacula: unum nimis altum, et alterum parvum occultum. Ex altiori bombardis, Cžieszinkis multum nocebant in muris, etiam in civitate Svecis. Ipse Commendans diu speculabatur, qvomodo ruinaret propugnaculum? ipsemet, onerando tria ex maioribus tormenta, licet non omnino ruinavit, sed maiori ex parte destruebat sine damno militum; qui cum adverterent sibi quid contrarii moliri, ad occultum propugnaculum se recipiebant, et absqve magno labore destructa iterum reparabant. Ex audacioribus Svecis una nocte, dum esset magna pluvia, qvinqvaginta peditum dimissi fuerunt foras; expergefacti Caesariani, cum vidissent fortiter hostes aggredi propugnaculum, ipsis viam apperuerunt, ibi eos incluserunt, et trucidarunt. Expectavit ad meridiem Commendans, sed nemo rediit.

Rebellio militum contra Officiales.

A qvo tempore Svecus Olomucium occupavit, regimina solutionem non habuerunt, habentes autem spolia multa dissimularunt; sed iam deficientibus (pedites ut plurimum sine intermissione sollicitarunt, et murmurarunt) mediis inde magis, ac magis seditiones, et importuni clamores orti. Qvadam die, ubi viderunt multa venalia in foro exposita, aliqvot centum ex plateis convenerunt ad forum, tumultum inceperunt et per totam civitatem tam in foro, qvam in plateis mercatores ementes et vendentes spoliaverunt. Finitis his omnes ad sua loca abiverunt. Hinc inter Officiales, et Commendantem timor grandis, et confusio magna, diu in consilio practicaverunt, qvid essent facturi?

Proditi authores seditionum.

In consilio bellico conclusum, ut omnes Officiales modis, qvibus poterant, milites convincerent suos; inqvisitione postea

facta tandem authores rebellionis proditi, capti et incarcerati; ad terrorem maiorem patibulum altum in maiori foro fabricatum. Dies pro examine constituta, facto scrutinio ex publicis carceribus minus rei dimissi, tres tantum ex 15. muscetariis principales rebelles per sententiam pro suspendio condemnati; duo sectae Lutheranae, et Catholicus unus. Interim ex fidelissimis omnes Officiales pro excubiis tam in foro, qvam per plateas propter aliqvem tumultum, et rebellionem ordinarunt ad qvadringentos milites; his in suo ordine stantibus Praedicantius cum carnifice adduxerunt omnes tres ad patibulum. Qvardianus nonnisi missa persoluta veniebat, qvo adveniente, et suum Catholicum pro morte disponente, positum tympanum, et qvis eorum prior pendere debeat, luserunt aleis; sors minima cecidit Lutheranis ambobus una, vel duae; et Catholico sex; bis, vel ter projiciebant, semper Catholicus lucrabatur. Dum Executor iustitiae incepit sua agere, scalam accommodare, aspicientibus ex palatio Commendante, et supremis, atqve captivis, qvi erant tunc, videntes captivos iuvenes egregios esse, supremi instantissime petierunt, ut unus ex eis in gratia eorum viveret; fit gratia, qvisnam ex illis tribus? posito iterum tympano dantur aleae eis, ter projiciendo aleas, cecidit sors Catholico, et dimissus fuit. Cum uno ex duobus iam in scalis Carnifex sua faciebat, ipse Commendans acclamavit: Si Catholicus dimissus, dimittantur etiam duo; ducti ad carceres et propter exemplum per Spitz-Ruthen bis currere fuêre decretati.

De Spitz-Ruthen, seu virgis.

Currere per virgas seu Spitz-ruthen. Certus numerus militum (iuxta alicuius delictum) cum virgis recentissimis a duabus partibus disponuntur, et currenti reo nudo unus qvisqve ictum, et reccurrenti alium dat; revera magna poena est, et si multus numerus militum, et bis, aut ter curritur, difficulter supervivere potest. Nudius qvartus unus ex seditiosis sorte lucratus est vitam, et duobus in locum suspendii per Spitzruthen bis currere decretum factum. Convenerunt igitur duo millia peditum et dragonorum, et per maius et inferius forum cum virgis dispositi, et a partibus Officiales instigantes, interea duo rei in compedibus adducuntur ex carceribus, depositis ferramentis et vestibus, ut se exuerent Officiales cogebant;

se non se exuere, minus, currere volebant; sit, ut sit: non faciemus dicebant: maluissemus suspendio, qvam tam infami poena puniri, nec se loco movere volebant. Uni duo millia semel currere, et recurrere, et bis hinc, et inde, facerent octo millia ictuum. Non timebant illi tam horribiles et sanguinolentas disciplinas, sed subolefaciebant conspirationem sociorum; si cucurrissent, nec milites manum movissent, et si astantes Officiales ad disciplinandum coëgissent, non procul rebellio. Stantibus his circumstantiis nolentes volentes Officiales et Commendans dissimularunt, et illi ad carceres iterum absqve compedibus ducti.

De solutione militibus.

Qvoties aliqvid heroicum per milites factum fuit, ex discretione Commendantis de cerevisia, vino et proventibus, etiam pecunia militibus aliqvod dabatur gratiale, sed ista fuerant accidentia non ordinaria solutio. Fuit sufficiens ex spoliis diversis, et contributionibus diversis multorum etiam Ecclesiasticorum in cassa pecunia, sed semper Commissarius Generalis ex Svecia expectabatur. Tandem veniens, ex Officio omnibus, pro cuiuscunqve militis merito, solutionem pecuniariam distribuit, et si soluti non fuissent, peiora prioribus, et rebellio contra Officiales certissima.

De Furtis.

Furta inter Svecos erant subtilissima, et plane communia; de uno tantum scribam sclopetario et Catholico, qvi fuit fur astutissimus in pluribus locis, etiam Officialibus multa furabatur, et nemo unqvam scire potuit, qvisnam ille esset? Fuit datum templum Svecis S. Blasii pro illorum exercitio et sepulturis in coemeterio promiscui sexus, sed in templo S. Blasii ordinaria fuit Officialium sepultura; uti Catholici nobiles in ecclesiis pro memoria vexilla, gladios, calcaria, ita Sveci vexilla, gladios etc., et ocreas cum calcaribus relinqvere solebant, et illis ocreis plena ferme fuit ecclesia. Cum tempore multa paria ocrearum deficiebant, aedituus ecclesiae in magna erat suspicione, sed eo qvod fuerit probus homo, nemo ipsi obiicere potuit, qvod tam multa auferebantur ex templo; habitavit ille civis e regione ecclesiae, et eiusdem templi claves habens mirabatur, qvomodo furta illa

fierent? Semel per fenestram vidit gallinam ex ecclesia evolantem, cogitavit, qvid faceret ibi, templum aperuit, et furem ibi deprehendit; interrogat, qvid faceret ibi? respondit: ipsum duxisse huc diabolus sub gallinae specie; fur miles captus ad carcerem ductus, ecclesia lustrata, multa paria ocrearum ablata adverterunt. Inter lustrandum vix non in omni altari humana deprehenderunt excrementa. Desuper in carceribus facta de furto et furti circumstantiis inqvisitio; interrogatur: 1mo qvo ductu? 2do qva via. 3^tio^ qvid furatus est.? 4to cui vendidit? 5to cum sit Catholicus, cur praesumpsit talia? ad omnia puncta audacter, et lepide respondebat: interrogatis me, qvo ductu? e regione templi S. Blasii qvartirium meum est; per fenestram saepe vidi gallinam nigram intrasse ecclesiam, supponens eam habere ova, post illam intravi, nulla ova ibi posita deprehendi, ast ne gratis redirem, ex pendentibus ocreis cum calcaribus, cogitans, qvod nullius usui sint, qvantum mihi placuit, ut sutor ornavi, et vendidi, et hoc fuit saepe. Qva via? non alia, nisi ea, qvam mihi gallina monstravit, fracta fenestra. Pro 3^tio^ qvid acceperim? nihil aliud praeter ocreas, qvia his mihi opus erat. Cui vendidi? Prostannensibus, non nostratibus, qvia me prodidissem. Cur spurcitiem posuit super altaria? respondit: qvalia Sveci ibi agant sacrificia, tale offertorium. Qvare praesumpsit, cum sit Catholicus, facere sacrilegium? respondit: agnosco me peccasse, a vobis exigua solutio, habens uxorem, et liberos non possum illos alere, qvam furto; flexis genibus dixit: doleo! agam poenitentiam; et si feceritis mihi satisfactionem, non amplius faciam. Sin secus: a furto, etsi debeam suspendi, non desistam; Condemnatus currere per Spiss-ruthen lubens se obtulit. Decretum ex eius discursu mutatum, liber ex carceribus dimissus, et ipsi cum uxore et liberis modus vivendi datus.

Mavult unus suspendi, qvam per Spiss-ruthen currere.

Duo egregii socii sutores per civitates et plateas et oppida qvaerentes laborem ab eqvitibus Svecicis capti, et Olomucium ducti, qvos coëgerunt esse sclopetarios. Cum tempore ad S. Iacobum agebant excubias, taediosi, de fuga cogitarunt, et intentum suum Patri Gvardiano ibidem crediderunt, qvibus media, qvae potuit, fugiendi dedit. Una nocte unus post alium

egerunt excubias; ligatis fomitibus, seu lunt, senior, Georgius, Ioannem dimisit ex muro, et ipsum immediate seqvi debuit, labitur interea hora, alius excubiarius in locum Georgii secundavit, Ioannes extra submisse vocat: Georgi, Georgi. Excubiarius inaudivit, et se inclinans aliqvem se occultare advertit. Excubiarum praefecto retulit, ex officio veniens, qvis sit? interrogavit, negare non potuit; ad eum: non te ex loco moveas, alioqvin peribis; mandavitqve custodire singulariter eum usqve ad diem, mane adductus, qvidqvid factum, et qvomodo consocius ipsum seqvi debuit, totum enarravit, uterqve ad carcerem dati examinati, iuvenis liber, alter aliqvot septimanis sedit. Intra illud tempus contraxit aliqvem morbum, tandem sententia bis per Spiss-ruthen currere vel suspendi? non multum deliberavit, decreto audito a iudice, non possum currere, malo suspendi; vocatus Pater Gvardianus comitivam ei ad locum iustitiae dedit, concomitantibus duabus compagniis peditum; post carnificem patibulum ascendere neqvibat, infixo tantum clavo ad patibulum, in inferius latere supposito applicuit funem, deposuit laterem, catholice mortuus est.

De contributione Ecclesiasticorum mendicantium.

Sub dura obsidione ita Svecis occlusus passus, qvod non solum ad spolia extra currere, imo extra moenia se monstrare non potuerint; alios ideo modos fabricarunt spoliandi. Bona temporalia habentibus Ecclesiasticis exulantibus vel spoliatis, vel iam demortuis, aggressi sunt mendicantes Ecclesiasticos. Facto consilio bellico ad Parochialem domum eos convocarunt, ipsisqve mentem consilii bellici aperuerunt in haec verba: Boni Patres hucusqve in qviete sedistis, et ut imposterum sub protectione Sveci sedeatis, pro vobis omnibus conclusum, omni mense ab hac die pro solvendo milite duo millia imperialium contribuere debere, et ut vos resolvatis, assignantur vobis 24. horae pro resolutione.

Ad arestum Ecclesiastici mendicantes positi.

Seqventi die, elapso 24. horarum termino, convocati Ecclesiastici mendicantes, ad qvos duo qvartir-Magistri ablegati, resolutionem petierunt, omnes ob impossibilitatem se non posse

contribuere, dederunt pro resolutione; unus remansit qvartir-Magister, alter audito responso eadem hora centum sclopetarios adduxit pro excubiis cum decreto tali, si se non aliter resolverint, sine cibo et potu remansuros. Resolutio fuit omnium arestatorum unanimis, extrema pati, et non contribuere. Sedentibus mendicantibus duobus diebus et duabus noctibus in aresto mittitur executio ut infra.

Omnia regimina veniunt pro executione.

Conclusit hostis illa hora qvarta pomeridiana, qva omnes (exceptis paucis, qvi in excubiis remanserant) cum armis, et vexillis in foro pro suffragiis comparere solebant, qvi immediate ad parochiam venerunt, qvibus qvartir-Magister per compagnias proportionaliter illa duo millia Imperialium dividebat, et pagellas, seu schedas, qvot compagniae, et ubi exeqvi consignabat. Qvanta qvota pro omnibus, infra videbis.

Divisio duorum millium Imperialium pro mendicantibus.

Qvota Patribus Societatis Iesu omni mense .	500	Imperiales.
Pro Convictu omni mense	300	"
Pro Patribus Dominicanis omni mense . .	300	"
Pro Patribus Franciscanis omni mense . .	110	"
Pro Patribus Bernardinis omni mense . . .	300	"
Pro Patribus Capucinis omni mense . . .	110	"
Pro Sanct. Monialium Conventu S. Clarae om. m.	200	"
Pro Monialibus ad S. Catharinam omni m. .	200	"

Pro toto Garnison omni mense duo millia. Remanentes vero viginti Imperiales super duo millia, repetentibus istam pecuniam duobus Qvartier-Magistris resignarunt. Distributione facta duorum millium Imperialium, et Officialibus duorum millium Sclopetariorum scripto consignata inter se mendicantes iuxta qvotas diviserunt, et officiose cum armis, vexillis, tympanis, ac si latrones, ad loca eorum duxerant eos, et qvomodo pecuniam extorqvebant, plane non Christiane, cum magnis insolentiis et damnis Monasteriorum.

Consignarunt qvotas suas mendicantes.

In illa tremenda executione loca damna magna patiebantur; sub praetextu qvotae pecuniarum pro ipsorum arbitrio spoliabant; tandem Superiores locorum forte ex alienis conservatis (vel qvid ego scio) pecuniis, summas suas persolverunt, et executionem expediverunt, sed non semel pro semper, qvia necdum elapso mense alia petiverunt duo millia, et aliis mensibus conseqventer.

Non deponit suam qvotam Pat. Paulinus ad S. Iacobum Gvardianus.

Omnes mendicantes sibi proportionaliter datas pecunias pro contributione deponendas consignarunt qvam citius; sed Conventus S. Iacobi non habuit, nec aliam pecuniam conservavit, ergo contribuere non potuit. Qva de causa Qvardianus loci, si non in aere, in pelle luebat. Ex aliis Conventibus executio revocata, a S. Iacobo minime. Imo executores scientes alios qvotas deposuisse suas, maiorem crudelitatem augebant. Allegabant enim aliis, si non suam, sed ex cryptis, celariis et locis incognitis pecunias conservatas, levabant, inveniebant, et se liberabant. Ille (P. Guardianus) ad similia cogebatur, per templum, celaria, et alia loca ducebatur cum ligone: hic conservasti, hic fodias; sed ipse non conservavit, hinc non lapidem movit; ipsi autem ubiqve fodebant, qvaerebant, et nihil inveniebant. Fuit lapis latissimus extra recte post fenestras refectorii prope puteum; sub illo lapide suspicabantur aliqvid fuisse depositum; cum magna satis difficultate lapidem moverunt, levarunt, profundius foderunt et magna fossa de pura calce, a tempore immemorabili conservata, inventa est, et haec laetificarunt Commendantem, qvia talis materia Svecis pro moeniis reformandis fuit necessaria.

Executio in Conventu S. Iacobi.

Liberum fuit hostibus Svecis in executionibus, qvid velint, accipere, et spoliare. Executio trium dierum in Conventu S. Iacobi absqve omni resistentia omnia lustravit; rebus ecclesiae

et Conventus, si non fuerunt eorum usui, nihil nocuerunt, sed res alienae omnes ad eorum devenerunt manus. Fuit qvidam civis in praeurbio Olomucensi, nomine et cognomine Stanislaus Kramer, seu mercator. Ille habens in Conventus dormitorio cameram, et in ea omnes magni momenti merces; sub executione ille omnibus spoliatus, Officiales executores dictam cameram pro reserva habuerunt; fracta porta propria serra occluserunt, et qvando volebant, pro suo beneplacito materias et aromata diversa acceperunt. Non sufficiebat spolium illius boni hominis, habuit et alia plura conservata in ecclesia S. Petri, etiam illis omnibus privatus est. Durante hac executione vix non singulis horis ad Patrem Gvardianum mittebantur Officiales, eumque admonebant, ut deponeret sua, ipsiqve minabantur carceribus, eiectione ex civitate et aliis; ast nullatenus dissvaderi potuit; cum non habuerit, nihil dare potuit. Ab ipsis executoribus, qvi nihil ibi habuerunt praeter suum proviant-Brodt, ad Commendantem qverelae veniebant, se supra modum famem pati in loco, ubi nihil est, et ne tamdiu milites mortificaret, sed, ut inde amoverentur, supplicabant.

De paupertate Conventus S. Iacobi.

Ante Svecum inter omnia monasteria Conventus S. Iacobi pauperrimus fuit, ita, ut vix qvatuor personas alere potuerit. Tenebatur ibidem unus Frater, Franciscus Stainer, laicus, habens unum asinum, in qvo extra civitatem exibat, victualia providebat, et domum apportabat, cui Sveci advenientes et asinum abstulerunt. De asini provisione unum vas avenae remanserat, revera Patri Gvardiano fecit beneficium magnum; incipiente magna fame, ex avena curavit sibi fieri chasoviam, et inde egentibus illis diebus aliqvid communicare potuit; vixisset aliqvo tempore illis pultibus; sed milites in executione, qvidqvid adhuc fuit, consumpserunt.

Amota executio ex Conventu.

Post triduanam executionem et Patris Paulini mortificationem, ubi nulla spes deponendi pecuniam, et ipsi Patri compatiebantur, et totum Commendanti per ablegatos expositum est. Unus ex Officialibus, Stuck-Capitain Qvartir-Magister, cum

latino Secretario ad Patrem Gvardianum pro cathegorica resolutione, eaqve ultima dimissi. Negotio intellecto, convocatis militibus executionis, illam compagniam eo modo, qvo venerat, cum vexillis et tympanis ab executione levarunt, et ad Commendantem in medium fori adduxerunt.

Inspectio Conventus S. Iacobi.

Post amotionem executionis immediate qvendam bonum virum, civem et optime habentem S. Iacobi Conventus vicinum, nomine Tobiam Krzeczek, pellionem adduxerunt, cui resistenti per vim claves omnes Conventus tradiderunt, et inspectionem nomine Conventus dederunt his verbis: tolle tu has claves, et custodias monasterium; si male custodieris, respondebis.

Eiicitur Pater Gvardianus ex civitate.

Fuit pulchrum videre caeremoniam illam. Praecessit tympanista, et duo Corporales hinc et hinc, et medius Gvardianus; post illos aliqvot paria muscetariorum armatorum per totam civitatem recte media die. Homines civitatis non ausi egredi, tantum per fenestras flentes aspiciebant, et lamentabantur; venientes ad portam viridem, seu mediam, extra civitatem eum eiecêre.

Retrahitur P. Guardianus, et ducitur ad carceres.

Advertentibus excubiariis Caesarianis in vallis, et iam occurrentibus Patri, vix perficientem 50. passus cito duo Corporales Svecici accurrentes ad civitatem retraxerunt, et duxerunt ad publicum carcerem; a captivis multis Caesarianis laetus susceptus est, congratulabantur enim sibi, qvod concaptivum Capellanum acqvisiverint; uti in capella ibidem qvotidie celebrabat, ibiqve didicit carnes eqvinas coqvere, assare, et comedere, atqve vesci cibis insolitis, melius tamen fuit illi, qvam in Conventu, qvia similia habere non potuit tempore grassantis famis, qvae in civitate iam dominabatur ubiqve.

Ducitur P. Gvardianus ex carceribus ad excubias.

Factus certior Commendans, qvod P. Paulinus Gvardianus in carceribus melius habuerit, qvam domi, qvem una nocte ad domum excubiarum, seu Kurdiguardam reducere mandavit, et ut adigeret eum ad solutionem pecuniae, ibi eum inter milites sine cibo, et potu manere instituit; aliter Deus disposuit; qvidam dominus Naynmann Capitaneus occultus Catholicus qvasi ordinarie in domo illa excubias agebat, qvantum potuit, panem, et lagenulam cerevisiae subministravit clam; proditus vir bonus, Commendans veniens Capitaneum baculo percussit, et amovit ex illis excubiis, et Gvardianum inter muscetarios abire coëgit, et si non dederit qvotam, a militibus vexari mandavit.

Iussu Commendantis Pat. Gvardianus Paulinus pro contributione mendicavit.

Ipsa die, qva Patri Gvardiano mutata residentia, Commendans Secretarium misit, ut mendicaret, et solveret. Accepta pyxide, et adiunctis duobus sclopetariis cum armis et fomitibus accensis eum mendicantem comitantibus 1mo Commendantem accessit, et mendicavit. Ab ipso expeditus sic: ut prius alios Officiales, et cives, qvos noverit ditiores, adiret; et postqvam mendicaverit, partem suam addere repromisit. Colonelli, et Officiales omnes se excusarunt his verbis: Incipiat Commendans et exemplum seqvemur. Cives miseri! pro forma tantum accessit eos, nihil obtinuit. Ad Commendantem, ut mandaverat, reversus vacuus, et ab illo accepit tantum, qvantum ab aliis, imo furiosam indignationem. Videns Commendantem furiosum nullo habito verbo cum duobus aliis sociis muscetariis ad Kurdiguardam, seu excubias reversi sunt.

Iussus Gvardianus vendi calices.

Habuerunt qvondam Franciscani multos calices, et in hoc omnes Olomucii superabant Ecclesiasticos; non calices solum, sed monstrantias, cruces, capita, et de simili mobilitate pretiosa argentea, reliqviariis etc. non magna cista, sed tam gravis, qvod vix potuit ab octo rusticis levari. Solae casulae octo textae

auro, et pretiosis lapidibus, et margaritis fuerunt. Ille thesaurus a tempore, qvo migrarunt Patres Franciscani a S. Francisco ad S. Iacobum, fuit in curia Olomucensi nonaginta circiter annis conservatus. Tandem ad instantiam provinciae Austriae Provincialis, per decretum Eminentissimi Cardinalis ab Arach (sic?) episcopi Olomucensis elevatus, et aliqvot annis ante irruptionem hostis in Moravia Patribus Conventualibus restitutus. Recte eo anno, qvo Svecus occupaverat civitatem, adveniens pro visitatione Conventus Admodum Reverendus Pater Iulius Caesar, Commissarius Generalis, hic visitando mirabatur thesaurum, et ne gemmae, et lapides pretiosi caderent, et perirent, ex antiqvis casulis ut deponerentur, et a Monialibus conservarentur, ordinavit. Omnis ille thesaurus, dum propter pavorem Svecorum Olomucio multi fugerant, etiam fuit in fuga ablatus; ut referebatur a qvibusdam praesentibus, margaritas et lapides pretiosos Sveci pileis diviserunt inter se; qvod si domi illa omnia mansissent, non periissent. Duos tantum Pater Gvardianus calices, et reliqviarium auro et gemmis spoliatum sed cum integris reliqviis a Svecis recuperaverat; subolefecerat Commendans a proditoribus tam magnum in Conventu S. Iacobi fuisse thesaurum, de amissione vero non informatus, ideo calices, vel de thesauro aliquid vendere, et qvotas solvere iussit. Recuperatis itaqve duobus calicibus et tertio, qvi remanserat domi, per domos ad Officiales ibat, calices vendebat, sed nemo emere volebat.

Reductus ad excubias Gvardianus et factus infirmus.

Non venditis calicibus aliqvot postea diebus inter gregarios milites in excubiis manens, Svecicam infirmitatem inter infirmos ibidem, vulgo Scharbock, seu Scarbot, contraxit. Instabant excubiarum Officiales apud Commendantem, non esse Christianum, nec bonae reputationis, si unus Ecclesiasticus pauper, ex tali longa mortificatione infirmus, in aresto moreretur. Advertens Commendans ex fenestra unum civem, qvi ordinarie menstruam qvotam a monialibus consignabat, vocavit ergo illum, et Capitaneum excubiarum cum duobus sclopetariis, et ut Patrem Paulinum ad Moniales duceret, et, ut Abbatissa pro suo Confessario qvotam eius solveret, mandavit.

Ductus Pat. Gvardianus ad Moniales.

Hora nona antemeridiana Capitaneus adiunctis duobus Muscetariis, et Iacobo cive, Patrem Gvardianum Virgini Abbatissae praesentarunt, et nuntiatum proposuerunt. Sciebat bona Mater Abbatissa, qvantam ipsarum Pater Spiritualis mortificationem patiebatur, ideo cum animi sui moerore proposita audientes Virgines praesentes, prae fletu tam cito respondere ad proposita non potuerunt; at illi acsi tyranni impatientes morae Capitaneus maxime ait: detis nobis resolutionem, alioqvin cum monacho revertemur, interim ad parolam cum Abbatissa admissus.

Inducias petiit Abbatissa ad certum tempus.

Facta consultatione domina Abbatissa cum suis Virginibus licet taxas suas aliena pecunia apud illas conservata hosti solverit, etiam illa vice Patri Gvardiano succurrere, et centum et decem Imperiales pro ipso deponere concluserunt. Pater autem Gvardianus circumstantias considerando non consensit, ne aggravaret Conventum ipsarum. 2[do] Ne daret in suspicionem eas, qvod multam habeant pecuniam etc. Bona Mater non contenta rationibus, advocata salva-gvardia antemonasteriali eum ad Commendantem dimisit, et ab ipso inducias petiit, ut eum ad suum dimitteret Conventum, et solvent pecuniam.

Reductus Pat. Gvardianus ad Conventum.

Multis modis Guardianus iam executione, iam expulsione, iam publicis carceribus, arestis, excubiis etc. mortificatus, tandem infirmus totus reductus est ad Conventum, nulla tamen habita suae infirmitatis ratione; constituti Officiales: locumtenens dominus Ritefort, proviant- et qvartier Magistri, Stuck-Capitan, et Secretarius Commendantis, ad qvos illa spectabat pecunia, bis aut ter de die fastidiose visitabant infirmum, et pecuniam extorqvebant. Illa compassione motus, et proprio motu, unus civis, Pistor, dominus Stephanus Jarek, alioqvin optimus Patronus Conventus, sese obtulit dare mutuo pro saepe dicta taxa pecuniam, et reversales sub sigillo Conventus petiit.

Consignata qvota, seu taxa Commendanti.

Habita iam concessa pecunia advenienti sollicitatori Qvartier-Magistro iam calices venditos, et non fuisse lucratum pro eis, non plus qvam 80. Imperiales narravit; bona spes, ait Qvartier-Magister: tollatis pecuniam, et probetis, si forte acceptabit, et comitabor vos. Accedentes igitur Commendantem, qvi pecuniam 80. Imperiales numerari Qvartier-Magistro dedit, et ex suis addendo 30. Imperiales taxam ordinatam implevit. Praesentibus tunc Supremis aliis magnas laudes Patri Guardiano dedit, et qvod ipsum mortificaverit, veniam petiit his verbis: Ignosce bone Pater! sum instrumentum ad punienda malorum Caesarianorum delicta, id, qvod factum, fieri debuit, Pomero Michaëli non multas agatis gratias, propter proditorem talem a consilio bellico Ecclesiasticis ista summa Imperialium duorum millium data fuit; si tantum dedisti, addidi, et implevi qvotam, grato animo accipias, et ne qvidqvam amplius dabis, qvia solvisti pelle. Mandavit Qvartier-Magistro qvotam Conventus S. Iacobi ponere inter alias taxas, et Patrem Gvardianum in praesentia aliorum Officialium denuntiavit liberum, qvitantiam dedit semel pro semper accepisse ab illo, uti de facto prae manibus est.

Oppignoratae res Admodum Reverendi Patris Magistri Cornelii.

Licet duo millia inter se distributa ad tempus Sveco Ecclesiastici dederint, de futuris tamen contingentibus eorum fuit cogitatio; subolefaciebant adhuc cum tempore peiora prioribus. Concluserunt ergo inter se, ut tempestive ad sua qvisqve loca attenderent, et ad tuta conservarent. Non fuit adhuc lucratus Pater Paulinus Gvardianus, etsi liber a taxis futuris menstruis, constituit tamen de aliqvibus rebus, quae sciverat, tutius observare. Confugientibus enim ex Silesia pluribus, et sese salvare Olomucii cupientibus, etiam Admodum Reverendus Pater Magister Cornelius Oytweiler, Carnoviensis decanus fugit, qvi in confusione illa, cum alii ultra Olomucium fugerent, suam cistam cum rebus suis in Conventu S. Iacobi reliqvit, et plane eius oblitus est; sat in tuto loco Pater Gvardianus illam cistam

ponderosam (licet non sciverit, cuius sit?) conservaverat; sed timens adhuc deteriora (ut alii in suis Conventibus fecerunt) ita et ille, advocato enim fidelissimo uno cive, nomine Gregorio Goldemundt, cistam aperuerunt, et in illis pluribus reculis de nomine Cornelii Oytweiler non alterius, qvam domini decani Carnoviensis res fuisse, adverterunt; sufficienter probatum fuit in Svecis, qvi ad Ecclesiasticos et monasteria eorum magis advertebant, qvam ad alios Saeculares cives. Ideo selectis ex reculis Patris Cornelii, qvae erant maioris momenti, multo securius videbatur apud bonum creditorem, ut supra dominum Stephanum Jareck, qvasi pro pignore deponere, sed soluta obsidione ad petitionem saepe dicti domini decani ipsi omnia integre transmissa fuêre. Nam Pater Paulinus Gvardianus paulatim toto tempore Sveci ex votivis, et eleemosynis obviantibus, istam ei pro taxa concessam pecuniam solvit.

Continuatur summa 2000 Imperialium.

Iuxta suam distributionem, et adiuncta adhuc taxa pro Conventu Sancti Iacobi crudelissime ab Ecclesiasticis illa duo millia Sveci repetebant, sed post tres menses ob impossibilitatem cessarunt contribuere; et accedentes Commendantem proposuerunt miserias suas, et qvidqvid cum eis conclusum fuerit: exilium, carceres etc. omnia sustinere parati, et scripto porrexêre memoriale.

Expelluntur mendicantes ex civitate.

Absqve mora causa Ecclesiasticorum in bellico consilio fuit proposita; decretum scriptum ad dominum Parochum S. Mauritii per Qvartier-Magistrum dimissum ut seqvitur: Ad humilem postulationem dominorum Ecclesiasticorum mendicantium dominus Commendans, et consilium bellicum coronae Sveciae in civitate Olomucensi etc. libere, et licite eos dimittit etc. et oretenus latori mandatum, ut horam, et diem ipsis promulgaret. Cras hora qvarta mane, qvando audient tympanum, conveniant, et porta aperietur eis, sive in curribus, sive in eqvis vadant.

Pater Paulinus Gvardianus remansit Olomucii.

Omnibus in communi Ecclesiasticis mendicantibus exulare decretum factum est, et a domino Parocho ad S. Mauritium Patri Gvardiano communicatum. Pater Gvardianus peste infirmus, et infectus, tamen se lecto levabat, et pro exilio disponebat; certior factus Illustrissimus qvidam Ritt-Magister de domo et familia S. Erici Sveciae regis, qvi recte penes Conventum habitabat, in persona cum sua domina ad Gvardianum veniens, ait, nullam fuisse de eius exilio in consilio mentionem; sed ne veniret forte in suspicionem apud alios Ecclesiasticos, ac si cum Svecis teneret, licet tardius, tamen se expedivit pro tinere, qvi necessario debuit se pro passo ad Commendantem (aliis iam abeuntibus) sistere. Iam illis diebus Commendantius dominus Georgius Paikul Generalis Maior nominatus, et dominus Valentinus Winter in loco eius pro Commendante Olomucensi constitutus, uti ante duas horas ex officio alios Ecclesiasticos expediverat. Oportebat se apud Paikul insinuare, qvem ille videns remisit ad Winterum, Winter ad Paikul, et sic conseqventer terna vice ab uno ad alterum, nec ab aliqvo eorum expeditionem habuit. Expectans aliqvam resolutionem in atrio Valentini Winter, casu superveniens dominus doctor Winckler, qvi Gvardiani pestem curaverat, clamavit: Amore Dei! domum eat, nulla eius exilii mentio fuit, cum ante a tali contributione exceptus fuerit. Ast ille! qvomodo debeam foras, vel domum ire? cum nullum verbum ab uno, vel alio habeam. Accedens postea medicus ad neo-Commendantem Winter, cui de infectione eius narravit. Cito ephebus missus de longe clamavit, ut ad Conventum iret, et nullibi sisteret; rediit itaqve, et in peste ad medium annum iacuit. Utcunqve sanus ad liberationem civitatis usque permansit in monasterio.

De fame communi Olomutii.

Ab ingressu ad civitatem hostis, ex proventibus communibus militibus omnibus subministrabatur provisio. Sclopetariis, unicuiqve personae librae duae de pane, et una mensura cerevisiae, seu feldt-maas ordinarie. Caeteris vero iuxta conditionem vel officium fuit ordinata portio, et huius modi divisiones

(non excipiendo famem) continuarunt usqve ad finem. Exceptis his nemo fuit tam negligens tempore bono, qvi non recordaretur futurae obsidionis, vel alicuius penuriae, et sibi ad partem non observaret de alimoniis aliqvid, de frumento, sicco pane, carnibus salsis et fumatis etc., ex tali enim industria uxores militum cum liberis, famuli et alii, pro qvibus portio non proveniebat, victitarunt. His paulatim consumptis fame ingruente egere incipiebant. Merces qvidem pro labore in propugnaculis maxime foeminas iuvabat, pro qva una die duodecim cruciferos persona lucrabatur; qvid prius autem emere? calceos? indusia? panem tam caro pretio duobus aureis libram? carnes eqvinas? libram medio imperiali etc. potissima causa tantae penuriae fuit, qvod primo nec cives, nec communis plebs dimittebatur foras, sed famis tempore, ne forte caritatis magnae proditio fieret, iam nemo dimissus.

De coctura carnium eqvorum.

Cincta civitate tam eqvi, qvam alia pecora non poterant pelli ad pascua, et praevisa obsidione divendebantur, vel ipsi Sveci mactabant, consumebant carnes, vel condiebant sale. Eqvos vero, qvos non poterant pabulare domi, prius clam mactabant, carnes vendebant, et ipsimet vescebantur illa; postea publice proponebant in macellis venales, et sic consumpserunt tot centenos eqvos praeter eos, qvos decreto Commendantis Officiales conservare, vel alere (communi pabulo) debuerunt. Similiter et asini, qvicunqve fuêre in civitate, devorati sunt. Laudabantur carnes eqvinae, et asininae a pluribus Svecis, et sic parabantur. Si coqvere carnes eqvinas volebant, decies, vel plus duas horas in aqva frigida tenere, et ultimo duas dies et noctes in sale, et in aqva fervida bis vel ter lavare, deinde posito aceto et sale ad ollam cum carnibus, tribus, vel qvatuor horis cum condimentis, pipere maxime, coquere oportebat. Sed assae carnes sunt multo meliores, ut supra in aqva frigida, et fervida toties prius maceratae. Et qvando iam caro alba est, certam qvantitatem (non in verru, absit, sed ad ollam mundam), de aceto super infundere, de sale, si non sunt alia aromata, de pipere, zinzibero, et iunipero, operire bene ollam 4. horis ad carbones coqvendo, revera mollis erit, et ut ferina caro sapiet; non svadeo assare vel coqvere tales carnes, si

aliqvis nescit, alioqvin non est cibus, sed venenum. Deficiebant dictae carnes famis tempore; ad expellendam famem pelles vitulorum et vaccarum vorabant, decem diebus, vel ultra in aqva macerabant, et instar Coriariorum expurgabant, mundissimas scindebant, coqvebant, aromatibus condiebant cum aceto, non tamen sapiebat miserrima talis portio.

De caritate annonae.

Svecis et populo civitatis, deficientibus vitae alimoniis, qvae sibi pro obsidione paraverant, fuit annonae publica inopia; una libra panis duobus aureis vendebatur. Hoc autem non solum pro defectu frumenti, sed magis ob molas, qvas non habuerant, nisi eqvinas, vulgo Ross-mühl. Fabricaverat enim Commendans (ut olim Molitor) aliqvot artificiosissimas molas eqvinas, pro agitatione rotarum uniuscuiusqve molae qvatuor eqvorum paria servabantur et alebantur, sed post aliqvod tempus ob defectum pabuli occisi, et devorati fuêre. Et nonnisi pedales, et manuales qvoqvot poterant compagniae pro se aedificaverunt. In defectu enim farinae, proventuales panes illis non dabantur militibus, sed loco panis mensura proportionata de tritico, de siligine vel hordeo, ex qvo frumento farinam fecerunt sibi, vel pro caschovia utebantur.

Olfactu panis pauperes reficiebantur.

Habebant adhuc ad trecenta circiter vasa de farina pro ventuali pro extrema necessitate servata, et ex ea nonnisi Officialibus maioribus et minoribus subministrabatur panis. Gregario militi de frumento ut supra. Est notatu dignum, qvod meis vidi oculis, ubi apud Officiales pinsebatur panis, plurimi homines pauperes conveniebant, et stantes in plateis odorem panis olfaciebant, et inde reficiebantur, et tandem eius defectu natura non contenta, ex eis fame moriebantur multi. O! qvam terribilis mors hominis prae fame morientis! Saepius Pater Paulinus Gvardianus tales infirmos visitando, et ad mortem disponendo pane reficiebat, alias prae nimia debilitate loqvi, minus confiteri potuissent. Qvaedam senicula virgo nobilis, devotissima, freqventissime confessa est, quotidie in templo, tandem aliqvamdiu a nullo est visa. Habitabat in domo

alicuius Vicarii unica solitaria, a qvadam ipsi nota visitata, et semi-viva inventa; pellente fame manus suas, et qvidqvid apprehendere potuit, devoravit. Pater Gvardianus advocatus, cui confessa spiritum Deo reddidit.

Alleviatum pretium panis et frumenti.

Innotuerat magna et publica inopia Commendanti, praecipue pretium panis et frumenti, hinc facto consilio per plateas publicari mandavit, qvod si foret alicui militum superfluitas panis, non cupiditate auri, sed inopiae proximi succurrendo, non duobus ducatis ut ante libram panis, sed uno tantum ut venderent; illos tamen, qvi liberos habent, et aliunde vivere neqveunt, excepit. Qvoad frumentum avidi pecuniarum aliqvi ex Officialibus maioribus clandestine, et ex gratia, cui volebant, vendebant, nimis magno pretio. Ut scio, tres Senatores: dominum Wenceslaum Meixner, dominum Michaëlem Keller, et dominum Tobiam Schwonauer pro una mensura siliginis 30. aureos dedisse uni Colonello; etiam hoc venit ad aures Commendantis, cum indignatione illum, et alios corripuit tales avaros, et ut leviori pretio venderent, si superfluum haberent, iniunxit.

Victualia mittuntur Patri Gvardiano.

Qvam inopiam et calamitatem cives, Pater Gvardianus Paulinus eandem patiebatur; bolum panis apud Officiales mendicare propter Pomerum nec qvidem se monstrare licuit, cives accedere etiam fuit interdictum. Qvidam bonus dominus, Brunensis civitatis Iudex Caesareus, audiens Patrem Paulinum Gvardianum humano praesidio fuisse destitutum, motu proprio sola commiseratione tantum ductus de variis victualibus pane, vino etc. currum oneratum cum qvatuor eqvis ipsi misit, et cum consignatione omnium rerum penes tibicinem ad Commendantem expedivit. Ad portam civitatis excubiarii a tibicine scriptam consignationem acceperunt, et Commendanti consignarunt, a qvo Praedicantius eam accepit, et iussus Patri Gvardiano Paulino ad manus tradidit. Laetanter Pater Gvardianus victualia scripta accepit, scriptis autem contentus esse debuit. Nam consilio facto tibicen et auriga ad portam optime tractati cum tali resolutione, qvod optime Pater Paulinus Gvardianus habeat,

et nihil prorsus egeat, cum nunqvam ne qvidem panis micam ab ipsis habuerit, bene tractatos cum omnibus rebus Brunam dimiserunt.

Ex castris victualia P. Gvardiano secundo transmissa.

Altera vice Reverendissimus dominus Caspar Karas, Praepositus et suffraganeus Olomucensis, Bruna domino Circkendorffio sibi semper optime volenti in castris existenti nunc Caesareo Iudici Olomucensi, pecuniam mittens commendavit, ut omnia, qvae ad vitae rationem spectant, in castris coëmeret, et Patri Paulino ad civitatem mitteret, qvod ut factum est; pro meliori modo Circkendorffius apud dominum Generalem Caesareum in castris institit, ut coëmeret omnia per suos tibicines, in se reciperet, et Commendanti ea transmitteret. Similiter, ut ante, tubicines cum aurigis ad portam inebriarunt, et provisionem cum curru onerato ad castra remiserunt cum tali resolutione, qvod unum Sacerdotem Catholicum habeant, ipsum bene tractent, et nil ipsi desit. Dominus Circkendorff omnes res illas accepit, in castris consumpsit et alio modo Patri Paulino, vel eius Conventui, recompensare promisit.

De cane, qvi aluit Patrem Gvardianum.

Tempore illo miserrimo, cum media vivendi inter hostem defuerint, alia Deus omnipotens subministravit. Puer unus nomine Iacobus a civitate pro servitio Patris Gvardiani ordinatus, unum caniculum a parvulo ita instruxit, qvod non solito modo (qvo serviunt alii canes), sed posterioribus pedibus serviret, ac ambularet. Caniculus ut homuncio vestitus Gvardianum, et puerum ut homo seqvebatur. Innotescens Officialibus Svecis, taliter seqvebatur eos, et ei bene faciebant; sciebat qvartiria eorum, et fuit consvetudo gratis non dimittere eum. Famelicus ad eos veniens si partem panis acqvisivit, ad Conventum citissime portabat, et Patri vel puero praesentabat, qvod fuit maculatum pro cane, reliqvum pro Paulino et puero fuit. Unicus canis ille in civitate, et ab omnibus amatus. Ad ianuam qvartirii alicuius Officialis, si occlusam deprehendit, semel tantum latratum edidit, et ipsi mox aperiebatur. Pro se Commendans caniculum habere voluit, taediosus continuo

latrabat, et dimitti debuit. In discessu Olomucio dono ipsum Commendans voluit habere, et obtinuit, ipsum vestivit, et in currum accepit. Secunda die ex itinere est reversus. Ordinarie ad portam Conventus egit excubias, si notus venit, et pulsavit, latratum semel edidit, et ad ignotum, tam diu et furiose qvousqve non veniat Pater, vel puer.

De Praedicantibus vel Pastoribus.

Generalissimus Svecicus Durstensonius post introductionem regiminum Olomucium reliqvit ipsis qvoqve Praedicantios vel Pastores, qvi a primo principio perseqvi inceperunt Ecclesiasticos, et in eos inexplicabilia scommata effundebant, eis insidiabantur, ita qvod vix securus aliqvis prodire in publicum ausus fuerit, minus alicui obviare Praedicanti. Adverterunt Supremi et ipse Commendans Pastorum insolentias, facto consilio cum Officialibus conclusum: cum Praedicantii et Catholici Ecclesiastici convenire neqveant, et bellum polyticum non religionis est, vocatis Praedicantiis mandatum datum, ut inter se unum eligerent, qvi de fidei illis articulis, in qvibus dubium habent, librum conficeret, imprimi mandaret, et exponendum Catholicis daret.

Liber Controversiarum explicatur.

Senior inter Praedicantios Pastor, nomine Wolffgangus qvondam Soc. I. sacerdos professus, librum controversiarum edidit, et typis mandavit, deinde omnibus Concionatoribus illius operis exemplaria iussu Commendantis distributa, et contenta publice in concionibus per puncta explicata fuêre. Laus Deo! optime successit Catholicis, et cum magna confusione haereticorum, uti in omnibus ferme concionibus subordinati auditores Svecici doctrinam Catholicam approbarunt, et reprobarunt illum librum.

Interdicta Scommata Praedicantibus.

Finita in publicis Concionibus libri contra Catholicos impressi explicatione, in consilio decretum factum, ne imposterum qvaliscunqve fidei sunt, Lutheranae, Calvinae, vel Catholicae, omnes in qviete viverent, et in sua vocatione unus alterum

inqvietare ne praesumeret, et si secus faceret, et aliqvis apud Commendantem conqvereretur, iustitia unicuiqve fiet. Non multum tamen aliqvi Praedicantii decretum curarunt, imo magis accensi tam in suis concionibus, qvam in plateis contra Catholicos scommatizabant, et blasphemias proferebant.

Concussus calepodiis Praedicantius.

Nihil meliores facti sunt post decretum Praedicantii. Unus habens qvartirium in qvartirio Commendantis, et qvotidie in publica platea, vel tabula apud eundem forte in spem gratiae Domini qvasi desperate Religiosis molestus, in sua praedica, in via, et ubi habuit occasionem, eos vexavit. Propter ipsum occurrente necessitate non absqve molestia ad Commendantem Ecclesiastici accedebant; advertit haud dubie et Commendans, ipse ista omnia non libenter vidit, nec ipsum corripuit, sed dissimulavit. Advertente tandem uno Ecclesiastico, Patre Michaële Pomer ad P. P. Bernardinos Gvardiano, alioqvin Commendanti notissimo, qvaestio inter illos discursus facta, qvod de iniuria, qvam Pastores Ecclesiasticis faciunt, non conqveruntur, sat modeste respondebat, non debere religiosos conqveri, sed omnia pro Deo patienter ferre, imo male facientibus bene facere. Stantibus post mensam recte cum aliis Officialibus ad fenestram apertam, Pater Michaël advertens transeuntem Praedicantem cum digito monstravit, et dixit: ille, qvi transit qvam perversissimus omnium, et forte in spem domini Commendantis peccat, nos odio habet, et conqveri non audemus. Ad haec Commendans respondebat: Mi Pater! vade cito, cum pertransieris, et causam tibi dederit, eum tuis ligneis pedibus concutias, et facies nobis hic aspicientibus lepidam comoediam, et erunt salva omnia. Advertens Pastor cito ipsi occurrit Gvardiano per pallium trahens ubi fuisti? et qvorsum Monache? et pluribus scomatizavit verbis. Habita dispensatione laetus ad Conventum revertens stat igitur Pater dicens: Mi Charissime! relinqvas me; sic magis ac magis fervet Pastor, ille Gvardianus pallium deposuit, Fratri, ut teneret, dedit, armavit se cum caeremoniis contra Pastorem, manicas composuit, tunicam elevavit, coculos ligneos sat graves e pedibus deposuit, concussitqve eum fortiter; ultimo proiiciens Pastorem in terram, conculcavit pedibus usus his verbis clamante Pastore: pasce oves tuas, non

nos. Ecce habes, vade in pace. Dein accepto pallio perrexit vias suas. Commendans cum Supremis videntes lepidam comoediam summopere riserunt, et Pomeri laudaverunt resolutionem. Dictum Pastorem nec admisit ad qvartirium, eius reculas ex fenestris eiicere mandavit, et ex civitate ablegavit.

De Praedicante incarcerato.

Qvondam ex Sacerdote Catholico unus in Pomerania ob increpationem bonorum Parentum, ut ipse enarravit, ex patria in Sveciam profugus, ibi apostata factus fuit; in uno regimine militum pro Feldt- praedicante assumptus. Hic in tali vocatione existens Olomucii ut pastor ordinarius suam praedicam apud S. Mauritium perficiebat. Eius praedicatio non nisi ex postilla brevis explicatio supra Evangelium fuit. Aliqvando ab Officialibus acsi aliter non posset praedicare vexatus, propter senium et labilem memoriam non aliter posse concionari, se excusaverat, cum ante doctissimas fecerit praedicas; revera nulli unqvam molestus, largas eleemosynas, una cum eius praedicantessa largiebatur, de Catholicis nulla scommata, imo omnia bona loqvebatur, et forte ob istam causam Catholicus prediger vocatus fuit. Sub obsidione in domo Obeslaviana pro Commendante Georgio Paikul una pulchra Dama servabatur clam. Illis diebus a Caesarianis ferme qvotidie aliqvid accidit, et ut plurimum in illa domo. Incendium bis ex granatis; globi ex mordariis tectum deiiciebant, sic freqventer similia fiebant, et Dama ideo qvieta consistere ibi non potuit. Inde murmur inter Officiales, nemo Commendantem monere audebat, minus Damae loqvi. Incitarunt Commendantem per Praedicantem senem, qvi in concione doctissima invectivam faciens, ne et alii cum illa domo perirent, ex illa idolum eiicere svasit. Finita concione ad carceres raptus, et qvousqve non monstraverit ex postilla, ex qva praedicat, illa, qvae locutus est, dimitti non potuit, sed in carceribus publicis ultra medium annum fuit, et alius ex muscetariis in locum eius substitutus est.

Substituitur vices gerens incarcerati Sclopetarius.

Potuit substituere alium in loco incarcerati Commendans Praedicantium, sed in despectum seniculi mandavit qvaeri unum

per postas muscetarium, ut ex postilla explicationem Evangelicam uti alter possit ex cathedra legere. In districtu S. Iacobi unus Sclopetarius, nomine Michel Witembergensis, qvi utcunqve Witembergae studuerat, inventus fuit, sed supra omnes (cuius opera in cantiunculis Lutheranis utebantur) Bassista optimus. Huic Commendans pallium, et galerum incarcerati dari mandavit. Pro 1ma proba aliqvot diebus in foro publice, ubi omnes conveniebant milites, concionatus, et brevi ad cathedram pomeridianam in templo S. Annae promotus. Etsi parvum ibi ex concione accidens habuerit, adiunctum ei officium ludi-Magistri, et optimum qvartirium apud unam viduam acicularium accepit, et si in eruditione puerorum et concione pomeridiana profecerit, eum Commendans brevi ad pastoratum promovere promisit.

Dimissus senex Pastor ex carceribus.

Aliqvot mensibus Praedicantius in carceribus mortificatus ad interpositionem Officialium dimissus hoc modo fuit: iussu Commendantis tres eqvi iuncti currui, et positis rebus Praedicantii, et simul cum eis Praedicantissam poni ad currum, et ad carceres duci una cum Praedicante in exilium perrecturos. Cum pergerent, auriga fuit subordinatus, ut circum ducendo currum circa Curiam ad vigesies se viam non posse tangere dicebat, monstrabatur via, et porta: Ecce! hic pergas huc, ac si mutus et surdus non intellexit; spectantes Officiales et milites discessus ille recreavit; ultimo post longam vexationem ductus ad suum qvartirium, et ei pallium, et galerus restitutus est; Postillam vero illam, qva pro concione utebatur, per tympanistam ei consignabat cum verbis his: ut nonnisi ex illa ut ante praedicet; si secus fecerit, ex civitate cum despectu eiicietur in exilium.

Incepit Michel Witembergensis scholam Lutheri.

Semi-Pastor Michel Witembergensis scholam Lutheri intuitu ulterioris promotionis ut ludi-Magister institutus docuit, et in concione multum proficiebat, et qvandoqve in suffragiis publicis in foro adiuvabat alios Praedicantios, maxime cum pueris militum sat diligenter sylabizabat, et cum eis funera

freqventavit. Propter talem diligentiam in consilio bellico volebant eum Officiales esse praedicantem, uti omnium votis pro approbatione Wratislaviam ad Superintendentem cum recommendatione est ablegatus, ubi ter praedicando est habitus approbatus, et pro tali Olomucensibus Svecis remissus.

Lutherus Michael uxorem duxit.

Reversus Wratislavia Lutherus Michael, pro pastoratu approbatus, sed necdum habens uxorem nominatus tantum, legitimare itaqve suum pastoratum et uxorem propriam habere oportebat, alioqvin cathedram ei ascendere non licuisset. Optavit igitur non aliam qvam suam hospitam Nadlerin, seu acicularium viduam. Facta pro nuptiis praeparatoria, hospites invitati, post copulationem multi invitati, celebrant laeti nuptias; post primam diem nuptiarum (uti iam legimus) praedicam fecit primam, seqventibus diebus continuando nuptias, sed iuxta illud verissimum: Extrema gaudii luctus occupat; nam in saltu sponsa omnium oculis exposita gravida proclamata. Ad Commendantem rumor venit, qui, von expectando nuptiarum finem, Neo-praedicantem sponsum suspendit ab officio, nec ad S. Annam praedicare audet, tantum simplex ludi-Magister manet, et togam cum galero pastorali deponere debuit publice, cum tali casu reservato, ut ad adventum alicuius Generalis domini Witemberg vel Königsmark absolutionem et dispensationem expectet. Post annum Generalis Witemberg veniens, a tali qvidem casu reum absolvit, et pastoratum restituit, sed pallium et galerum uti pastoris signa portare (nisi beneficium aliqvod acceperit) non fuit ausus. Nam inter Svecicos Pastores nec in provinciis Moraviae, Austriae, Poloniae, et Silesiae data ei erat licentia praedicandi, uti similes patentes, vel dimissoriales a domino Generali Witembergo accepit, et cum illis patentibus cum sua sponsa perrexit in Ungariam, et ibi non habita conditione rediit ad patriam.

Incipit Schola Catholica.

Sub iugo acatholico nemo praesumpsit aliqvid de Scholis incipere Catholicis. Cum Lutheranus Michel Witembergensis scholam Lutheranam incepit, dedit ausam et exemplum huius

hominis Michaëli Catholico studioso, ut scholam Catholicam (nemine contradicente) inciperet. Hinc isti scholae catholicae et Lutheranae uterqve ludi-Magistri a suis nominibus recte vocati, unus Catholisch, alter Lutherisch Michel. Unus iuventutem Catholicam in collegio instruebat, et alter apud acicularium. Nominatum studiosum Catholicum, Michaëlem, Pater Rector Societatis I. in discessu ad exilium inspectorem Collegii praefecerat, et ut ibi, si fieri posset, permaneret, ordinaverat; et si perseveraverit fidelis inspector, post liberationem civitatis etiam susceptionem ad Societatem certo promiserat. Fuit taediosum bono Michaëli in collegio tam diu esse solum, sociam sibi ad custodiendum collegium assumere cogitavit, solicitę qvaesivit, et hac inventa ipsas nuptias celebravit.

Catholisch Michel uxorem duxit.

Fuit olim Olomucii recte penes turrim novam arcularius, post eius obitum superstes vidua, bonae vitae foemina cum suis filiabus. Hae soli Deo servire, vitam perfectam traducere instituerunt, et votum castitatis emiserunt solemne. Illis adiunctae aliae qvoqve puellae et viduae nulla prorsus devotione praetermissa ecclesiam P. P. Soc. freqventarunt devotissime, extra devotionem excercitiis honestissimis et laboribus, lotione vestium, et factura candelarum pro ecclesiis se occuparunt, gratis omnia. Hoste superveniente ob inopiam victus, deserunt omnia, et exularunt. Una ex illis omnium pauperrima, nomine Marianna, media pro itinere non habens remansit solitaria. Supra nominatus Michael studiosus fuit illius Congregationis puellis bene notus, unicus in collegio. Fors bullam Gregorii XV. (qvae fuit in perpetuam rei memoriam) legit, vel ipsi aliqvis narravit, et sat bene intellexit verba illius Pontificis: similis (talium puellarum) congregationis si emiserint vota castitatis etiam solemnia, eam dispensasse; qvod si uoluerint monasterium S. Monialium intrare, et votum servare indulsisse. Si secus, cui velint, nuberent. Illa vero Marianna ut pauper, dotem pro monasterio non habens Catholico studioso ludi-Magistro nupsit; ille pueros, illa puellas legere erudiebant.

De novitiante pro Pastoratu.

Porrexerunt Sveci modum Praedicantibus Wratislaviensibus, eos, qvi praetendebant pastoratum, approbandi, et promovendi, ut supra nominatus Michel primo Muscetarius Wratislaviam pro approbatione missus, vicissim Superintendens Wratislaviensis suos Novitios (ut ipsi appellant) Olomucium mittebat approbandos. Veniens inter alios cum patentibus unus, qvi suum exercitium et publicam in foro concionando probam faciebat, Officialibus, et Praedicantibus, ac toti auditorio ita placuit, qvod non solum approbatum Wratislaviam miserint, sed pro suo Praedicantio (dummodo sit unius uxoris vir, et dimissoriales habeat a suo Superintendente) petierint. Absqve ulla remora Wratislaviae sponsam sibi elegit; cum illa prima nocte primitiis absolutis cum dimissorialibus se contulit Olomucium, et a primo principio peior qvam aliarum nationum praedicantes erat. Eius praedica semper scabiosissima contra Catholicos scommatica, et ipsismet auditoribus scandalosissima fuit. Praedicavit tribus annis, et propter eius multa scandala exosus apud omnes, ultimo privatus officio, et ex civitate eiectus et pulsus, ut infra.

Eiectus ex civitate Praedicantius.

Recte ipsa die Corporis Christi (1647), dum Catholici tale festum cum magna solemnitate et devotione (ut moris est) celebrarent, plane post vesperas Praedicans totus potus ad ecclesiam veniens ex altari candelas frangebat, et inter homines proiiciebat, candelabris populum percutiebat, ex templo expellebat etc. intra tales actiones nemo potest explicare, qvales insolentiae et blasphemiae fiebant. Canis talis rabiosus benevole admonitus nihil curabat, et magis qvam mente captus latrabat, demum a Patre Qvardiano admonitus cui etiam Commendante minabatur; tunc primo relinqvens alios, verbis inhonestis, blasphemis, iniuriosis contra Commendantem assurrexit, qvod nihil curo talem etc.; supra verba illa inhonesta protestatio facta fuit. Altera die Commendanti relatum, omnes illi praesentes ad consilium bellicum citati, auditi, qvi et verba, qvae audiverant, iuramento approbarunt. Absente Commendante res diligenter examinata, sententia lata; ipsa hora ipsi praedica interdicta; post

24. horas cum sua pastorissa exire ex civitate, et exulare coactus est. Post tres annos pace publícata adveniente Generale de Witemberg poena talionis proclamatur: In templo nempe S. Mauritii publice cum magna prostitutione, et pudore revocare debuit. Facta revocatione ut infamis nullibi sistendo exulavit. Petiit gratiam Commendanti deprecandi, sed Generalis non consensit.

De exercitio Neo-praedicantium publico.

Exercitia, seu suffragia Sveci publica habuerunt de die bis, mane hora 8va apud Commendantem, et apud alios Supremos, vel Capitaneos ante domum in atrio aliqvo, et ibi praedicantes conveniebant, et alii, qvi volebant per mediam horam. Hora autem 4ta pomeridiana ex omnibus postis, seu districtibus, omnes ante domum suorum Officialium comparuerant; inde armati cum vexillis, et tympanis una cum Officialibus ad maius forum ad preces, et suffragia, ibiqve suo ordine compagniae stantes vexillis suorum regiminum simul in loco deputato collocatis, arma deponebant ad terram, et se ad audiendum verbum disponebant. In loco deinde eminentiori (simul tympanis positis) unus interim Neo-praedicantius vel pro pastoratu licentiatus, aut aliqvis novitians (si fuit) apostata, etiam in defectu iuniores Praedicantii id ipsum faciebant, praedicabant, et se exercebant, et Seniores Pastores advertebant ad eos. Talis novitiatus fuit, et proba praetendentium pastoratum. Nominati stantes inter tympana facta reverentia domino Commendanti, et Supremis, ac maioribus Officialibus e regione in domo praesentibus, dein versus totum Conventum militum brevem sermonem Lutheranum faciebant, qvem precibus, et suffragiis pro regno Sveciae, pro Generalissimo, et aliis Generalibus, Colonellis, Officialibus, nec non felici successu in civitate, et externis regnis persolutis publice, finiebant. Ultimo canticum decantando verbum seu parola pro nocte disponebatur. His finitis tali ordine, qvo veniebant, pergebant ad postas, et loca excubiarum suarum.

De Apostatis.

Primo: Qvidam Dominicanus sacerdos staturae longissimae Austriacus annorum 40. circiter vir doctissimus ad portas civitatis veniens, ab excubariis qvid velit? interrogatus respon-

debat, se habere aliqva secretissima cum domino Commendante conferenda, admissus, cui intentum aperuit suum; vocavit ergo eo momento dominus Commendans ad se Praedicantium religiosis inimicissimum, ipsiqve Dominicanum tanqvam Novitiantem ad probam commendavit (1645), et apud eum qvartirium consignavit, et ut ipsius opera ad placitum, et servitio uteretur. Revera rigorosum Magistrum Novitiorum habuit; in domesticis ut puer ipsi inserviebat, et in medio civitatis hora 4ta pomeridiana pro exercitio praedica ipsi assignata; inter tot millia cogitet unus qvam magnum scandalum, qvanta confusio religionis! in habitu Dominicano, pallio nigro pulcherrimo, publice ultra qvadrantem anni praedicavit, et diutius fecisset, sed Magister eius Praedicantius non libenter eum apud se habuit, et ut ipsum amoveret, diligenter ad vitam eius attendit et tam ille qvam familia, occasionem eum eiiciendi qvaesivit.

Eiicitur Dominicanus a Praedicantio.

Qvi qvaerit percutere canem, invenit lapidem. Hoc dictum verificatum in Praedicantio; semel nimis sero Dominicanus ad qvartirium venit iam sub tenebris, et videns praedicantissam in culina coqventem ascendendo sensim per gradum sursum paululum (ioci gratia) eam terruit, licet illa adverterit, qvis esset, exclamavit: Praedicans cito qvis est? qvis est? qvaerit? Strepitus; lumen; lumen; fur; fur; qvaerite furem, qvaerite; eiicite eum. Antehac pueri, et familia subordinata habita occasione fustibus, lignis ad forum eiiciunt Dominicanum, tumultus factus foris, accurrunt milites, et communis plebs non advertentes qvis esset, cum strepitu magno fugientem inseqvuntur, lapidibus, luto percutiunt ad ianuam usqve Commendantis; Commendans ex fenestris prospiciens clamavit: adhuc plus; adhuc plus; portam clausam videns, fugiebat ulterius ad domum Commissarii Generalis Svecici.

Dominicanus fugit ad Commissarium.

Tumultum extra Generalis Commissarius inaudivit, Dominicanum fugientem intellexit, ianuam aperiri iussit, eumqve recepit hospitio, tunc primo cessavit qvassatio. Ad eum Confessarius, id est: Commissarius: Ecce Dominicane! non

habuisti forte talem novitiatum utpote apud nos habes nunc? Si de illo Commendans scire noluit, nec Praedicantii; Commissarius igitur eum in suam tutelam accepit, et videns totum pallium in fuga laceratum, aliud ad instar Praedicantium fieri mandavit, apud se tenuit, sed ab illa die infamis, et exosus apud omnes, nec ad illam publicam in foro praedicam amplius est admissus, alius novitians est substitutus.

Dominicanus qvaerit modum ad priorem redire statum.

Sat bene vidit Dominicanus, qvod male fecerit qvadrantem anni probationem in Lutheranismo explevisse; vix non factus desperatus, in fuga bene concussus semi-valetudinarius summe poenitebat, et modos possibiles redire ad priorem statum qvaesivit. Liberius qvidem qvam a Magistro Praedicantio exire licuit, pro curanda salute exire ad medicum Winklerum se apud Commissarium licentiaverat, et saepe sub praetextu curandae sanitatis ad Patrem Gvardianum pro consilio excurrebat. Prima vice ad Conventum S. Iacobi veniens ductus poenitentia flexis genibus et cum profusione magna lacrymarum se errasse lachrymabatur, et saepe bis de die, ubi potuit se absentare, occludendo se in ecclesia disciplinas faciebat. Pater Paulinus videns hominem errantem et severam poenitentiam facientem, occasiones varias eum iuvandi qvaerebat. Hochwaldii in bonis Capituli Olomucensis tunc Reverendissimus dominus Mercurianus, serenissimi archi-ducis episcopi bonorum Administrator residebat, qvi propter excursiones Svecorum militum cum Commendante notitiam contrahens uti non parum subditis profuit. Illi domino Pater Qvardianus statum errantis exposuerat, et per ipsum totum negotium Admodum Reverendo Patri Provinciali Dominicanorum provinciae Austriae fuit notificatum, ita qvod si rediisset, placatum Provincialem habuisset.

Probavit apostata Dominicanus reditum, et non successit.

Certior factus Dominicanus de gratia Provincialis sui probavit reditum ad istum modum. Fuit moris Praedicantibus extra civitatem ad certos passus spatiare relicto tantum pallio in porta apud excubias; etiam Dominicanus bis vel ter exiverat taliter, sed semper impedimentum habuit aliqvod, vel Officiales,

aut excursiones ipsum offendebant, et cum ipsis redire debuit. Ultimo exeundo fecerat iam ultra qvadrantem milliaris. Videns Capitaneus, qvi praeficiebat excubiis, post ipsum duos sclopetarios dimisit, et eum redire coëgerunt, potuit se facile explicare, se terminos, vel passus non scivisse, vel non numerasse, sed non adeo imposterum ipsi credebant, qvia nunqvam postea eum extra dimiserunt.

Dominicanus apostata uxorem ducere debuit.

Qvem malus Genius ligat, difficile solvere eius catenas. Sic media Dominicano ad statum suum redire defuerunt, paulatim zelus eius, et poenitentia cessabant, post carnem abiit, caro decepit eum, et carnis opera facta sunt manifesta. Fuit coqva apud dominum Commissarium non bonae famae, imo in illa domo apud omnes suspecta. Hanc Dominicanus adiit, absqve illa nulla conversatio iucundior; inde notabilis de eis suspicio, qvod magis in culina ipsi blandiri, et assaturam vertere visus est. Similia ad aures Commissarii pervenerunt, a qvo vocatus, ipsiqve verbum ioco vel serio dictum; Domine Pastor melius est nubere, qvam uri. Egregie tibi cum coqva Ursula qvadrat. Non est bonum hominem esse solum. Accipe illam, iuvabo. Ad unicum verbum assensum praebuit; Ursula vocata manus ad manum non differendo facta sunt sponsalia.

Nuptiae factae sunt Dominicani apostatae.

Egit dominus Commissarius Generalis Patronum bonum Dominicano apostatae sponso, et coqvae suae sponsae, et expensas pro nuptiis fecit magnas, et diem dominicam Sexagesimae pro tali actu assignavit; occasione enim illarum nuptiarum ab illo pro omnibus Officialibus, Supremisqve bacchanalia erant sumptuosa instituta a Commissario. Pro istis nuptiis triginta domus fuerunt invitatae. Intuitu domini Commissarii nuptiarum Patroni nemo se excusaverat. Pro confirmatione matrimonii (cum nemo ex Praedicantiis domesticis nihil cum infami Dominicano habere voluit) Sternbergensis Pastor, vocatione textor, vocatus fuit; facta copula licet invitatus pro convivio, propter Pastores alios recusavit. Delegati a Commissario Invitatores; pro tot, et tantis viris splendidissimum

convivium parabatur: primo Commendans non habens affectionem ad Dominicanum haud difficile se excusavit, si ille recusavit, etiam Commissarius non venit et conseqventer, maiora capita, etiam nullus Officialium venire praesumpsit. Musici in civitate in favorem domini Commendantis, et domini Commissarii, erant paratissimi. Sed si ipsi non, etiam illi remanserunt, uno verbo neminem habuit praeter Commendantis filii praeceptorem. Confusus sponsus ex simplicioribus, qvosqvos novit, invitavit, sed et ipsi venire nolebant. Dominus Commissarius magis contristatus, ubi constituit bacchanalia laetitiae, haec omnia nulli qvam Dominicano adscripsit.

De revocatione apostatarum Dominicani et Iesuitae.

Paucis diebus post Dominicanum venit unus in eqvo ungarico vestitu indutus; hic sciens non esse affectum apostatis Commendantem, apud locum tenentem unius Colonelli dominum Rittefort sese insinuavit; et qvis esset, praeter illum solum dominum nemo sciebat. Culinae praefecti officium interim agens ad omnia, qvae Dominicano contingebant, diligenter advertebat. Uti Culinae Magister domi pluribus se occupavit cum caeteris; aliqvo casu parruca ex capite cecidit, assistentes ex signo, et corona Iesuitam esse adverterunt, et venerabantur ut talem. Omnes Reverendum Patrem intitularunt, huiusmodi rumor venit inter multos, licet ipse negaverit, gratis totum fuit. Negotia ex officio perficiendo in foro a suis patriotis (fuit enim Kornayburgensis) agnitus, et ab ipsis Societatis Iesu proclamatus. Ab illa die caute se gessit, foras non multum exivit, edoctus a Dominicano clam per dominum Rittefort eius pastoratus apud maiores, et revocatio promovebatur. Duae dies pro revocatione duorum assignatae (cadebat illo anno festum S. Mathiae apostoli sabbatho) qvae erat pro Iesuita, et die seqventi dominica Qvingvagesimae pro Dominicano; in templo Sancti Mauritii publice in concionibus suis revocarunt, et posito tormento uno ex minoribus iurarunt. Ista duorum revocatio fecit omnibus Officialibus bacchanalia laetissima, persolutis bacchanalibus dominus Commissarius Generalis clam utrumqve ex civitate expedivit, et in Pomeraniam ablegavit.

De duobus apostatis Augustinianis.

Experientia docuit Commendantem qvantas cum apostatis habuerit tribulationes maxime cum Dominicano. Ad instantiam dominae uxoris Commendantis (de domo, et familia Münqvitziana), olim bonae Catholicae, Commendans nihil habere voluit cum Ecclesiasticis, imo militibus foras excurrentibus, si deprehenderent similes in via, libere ut transire permitterent, mandavit, et ad civitatem captivos ducere prohibuit. Et si necessario, et ob iustas rationes eos capere haberent, arestum in monasterio Bernardinorum pro talibus ordinavit, sed apostatas nullatenus ad portas admittendos demandavit. Venerant duo discalceati Augustiniani Wienna, sacerdos sacristanus, et laicus hortulanus, de istis certior factus est Commendans, et praetensio eorum ei notificata. Ad eos suum latinum Secretarium misit, et eos interrogare voluit; si testimonium vitae, et ad Lutheranos vel Calvinos transeundi licentiam habeant? et si non habeant, redeant, et secum ferant, qvod si ergo haec tria tulerint, id, qvod petierint, conseqventur; audita hac resolutione perrexerunt Unczoviam, et a domino Danckfort (ibidem commendante) suscepti, et Calvini facti.

Augustinianus Gewiczensis apostata factus.

Est oppidum non procul ab Olomucio qvinqve milliaribus distans Gewiczium vocatum, ubi Augustiniani antiqvissimum habent coenobium. Illius loci pro tempore Superior homo doctus, non adeo longae staturae, sed pinqvissimus, cum Gvardiano civitatis Unczoviensis uti vicino optimae conversationis erat. Occurrentibus festis ordinis S. Francisci, S. Antonii, Portiunculae, et utraqve solemnitate S. Crucis in Patrocinio ordinarie divina perficiebat. Ille vicissim in solemnitate S. Augustini. Diversorium Unczoviae apud civem, apud qvem Commendans in qvartirio iacuit, cui etiam optime ille innotuerat, imminente festo Exaltationis S. Crucis (titulo ecclesiae) invitatur pro missa cantanda, et concione peragenda, laetus comparuit; in diversorio intra conversationem pro concione Commendantem invitavit, et ubi Commendans, ibi etiam Officiales alii simul comparuerunt. Hoc unum mirabantur homines, qvod in nova rheda ornata

cum bonis qvatuor eqvis ultra consvetudinem venerit, et mysterium nesciebant. Ante solemnitatem diei illius confessus, devotissimam missam decantavit, et in concione Catholicae fidei turpiter (cum magna admiratione omnium, et scandalo) resignavit. Qva finita non ad suum Conventum (qvem spoliaverat) reversus, sed sumpto a domino Danckfort testimonio post prandium (sciens Olomucium venientem dominum Generalem de Witemberg) qvam citius cum suis rebus eo se contulit, a qvo benigne exceptus, et ab eo investitura pro parochia acqvisita perrexit in Pomeraniam; vix tribus horis se Olomucii detinuit.

De Unčovia.

Unčovia, seu Neostadium in Moravia, tribus milliaribus a civitate Olomucensi distans civitas munitissima, non est, qvod multum scribatur de illo loco, cum notitiam rerum ibi gestarum non habeam. Incolae civitatis illius scientes metropolim Olomucium a Svecis captam, et ipsi se sponte tradiderunt hosti. In illo praesidio Generalissimus Sveciae Dorstenson reliqvit proprium Commendantem cum uno regimine tantum Dragonorum, sed optimo milite. Commendans cognomine Danckfort miles antiqvissimus, sed in Catholicos crudelissimus, qvi per suos milites, habens multa oppida et arces versus Bohemiam, suis excursionibus non multum impediebat per Moraviam excursiones Olomucensium Svecorum.

De crudelitate Danckfort contra Ecclesiasticos.

Non mirum, qvod Ecclesiastici Olomucenses tantas habuerint persecutiones, qvas causaverat proditio Patris Michaëlis Pomer Bernardini. Sed Unčoviae dominus decanus, et P. Georgius Chalanius (?) Gvardianus Franciscanorum Conventualium cum uno, et altero Patre sine causa tanta passi fuêre. Commendans Danckfort, avidus pecuniarum, dominum decanum Adamum miris modis affligebat; primo rantione, postea exactionibus, licet semper ab illo, qvidqvid voluit, habuerit, sed satis non habens duris carceribus eum mortificavit ad mortem usqve, qui in carceribus mori debuit.

Incendium in civitate Unczoviae.

Casu, qvo non constat, civitas Neostadiensis ultra media incendio consumpta fuit. Post obitum domini Adami decani Commendans Danckfort, multam pecuniam habens, forte poenitentia ductus, ecclesiam cum turri exustam, et decanatum post incendium de integro restauravit, et sumptibus magnis reaedificavit.

De persecutione P. Gvardiani Unczoviensis.

Pater Georgius Chalamius Gvardianus nimis zelosus, mortem innocentis domini Adami decani Svecis obiiciebat; id ipsum Danckfort, Commendans, sciens nunqvam rectis oculis ipsum aspiciebat, et diebus, et noctibus non fuit de vita securus; semel circa vesperum visitando infirmum ab aliqvot militibus, forte subordinatis, in via offensus est et sine ulla causa ad lutum profundum tractus; extrahentes eum per chordam ex illa spurcitie per plateas traxerunt, et absqve misericordia percusserunt. Toga in illo lacerata, semivivum deseruerunt per noctem. Ab aliqvot civibus collectus, in domo una lotus, vulneratum ad Conventum deduxerunt. Commendans se volens iustificare, chyrurgos, qvi eum curaverunt, solvit, habitum novum ipsi dedit, et pallium. Ex concussionibus illis plene sanari non potuit, pro recuperanda sanitate licentiatus a Commendante ad medicum dominum Wincklerum Olomucium venit, cuius opera, et magna solicitudine utebatur, et optimas medicinas doctor adhibebat, non tamen convaluit. Redux Unczoviam continuo valetudinarius, ad exitum Sveci paulo post obiit. Qvem cum civibus flentibus, et multis aliunde convenientibus P. Paulinus Gvardianus Olomucensis in ipsius monasterio ad Sanctam Crucem sepelivit faciente sermonem Admodum Reverendo domino decano civitatis, proposito themate S. Pauli: cursum consummavi, fidem servavi, in reliqvo reposita est mihi corona iustitiae, qvam reddet mihi iustus.

De convivio solemni apud Commendantem.

Dives iam factus dominus Valentinus Winter, Commendans Olomucensis, placuit ipsi semel suas ostendere divitias. Recte

secunda die Paschatis magnum instituit convivium, supremos omnes, et omnes prorsus Officiales maiores et minores cum foeminis eorum invitavit, totumqve senatum Olomucensem, etiam captivos Officiales Caesareanos, qui nullo modo se excusare poterant; Patrem Paulinum Gvardianum ad S. Iacobum, licet se excusaverit, mittens Secretarios, et Officiales non semel, invitavit, qui nolens volens comparuit. Invitati advenientes, cum se in palatio cum suis discursibus ante convivium occuparent, solus interim Commendans cum sua domina dispositionem tabulae, et reqvisitorum in altero palatio visitarunt; in atrio eiusdem palatii musici sua musicalia accordantes inaudiverunt Commendantem submissius cum Domina colloqventem in haec verba: hic talis supremus, et hic talis sedebit, et conseqventer omnes invitatos Officiales supremos de nomine specificavit. Primum locum hic pro monacho relinqvo, et ipsum oportebit tractare, et qvod Caesareanos ex muro dimiserit, solutionem hodie accipiet; debebit mihi bene haurire, et cum inebriatus fuerit, ex hac fenestra eiiciam ipsum foras. Et cum se Domina interponeret pro ipso, iuravit: non aliter facturum. Recedente Commendante paulo post cum hospitibus daretur ingressus ad locum, et P. Paulinus cum illis; dominus Georgius Rudecius, philosophiae Magister, simul et director musicae Patrem Paulinum ad partem advocavit, et qvae conclusa fuêre a Commendante, recensuit.

Locantur ad loca sua hospites.

In collocatione hospitum ad sua loca inter alios primus Patri Gvardiano oblatus est locus, et non aliter: scivit ille mysterium, et humiliter se excusando, innixus tandem domino doctori Wincklero, ac per intercessionem Dominae cum Wincklero est positus. Unicam filiam cum Münqvitziana habuit nomine Eleonoram, et haec qvotidie morbum patiebatur caducum. Assistebat puellae domina Dorothea Aureliana optima Catholica, et Sancto Antonio devotissima. In illo morbo maximo obtulit filiam S. Antonio, et qvoties illam portarunt ad missae sacrificium, et S. Antonio obtulerunt, res mira! omni die tali libera fuit ab infirmitate sua. Ea filiola illis in occasionibus sat bene nota fuit, sciebat bene Domina, qvid proposuerit Commendans cum Patre in convivio, eumqve a malo

liberare cupiens, disposuit Aurelianam, ut ubicunqve sederit P. Paulinus Qvardianus, Eleonoram ad tabulam adferat, et puella ipsi blandiebatur. Advertebat tempus Aureliana, et horam, qva commode veniret cum puella; ubi inceperunt potitare in sanitatem regni Sveciae, in sanitatem Imperatoris, Papae, regis Hispaniae, Galliae, Poloniae etc. et ecce! inter illa pocula adest Eleonora, et ubi innotuerat Patri Paulino, cum capillis eius capitis ludere et blandiri ei incepit. Advertens Commendans summe delectabatur, et ipsa Domina. Impatiens ipse proripuit se ex loco, et veniens ad Paulinum clara voce exclamavit audientibus omnibus: iam video Pater! mutavi sententiam, pro tuo bene placito sis laetus, qvando placuerit, abire, non tenebo. A principio Paulinus in angustiis, nec gustare voluit de vino, postea aureis poculis occurrentibus non curabat, nec parcebat vino hispanico, malvasico etc.

Dimissus P. Qvardianus liber ex convivio.

Pro illo tam solemni convivio musica, qvae potuit esse melior, in civitate fuit invitata tam pro tabula, qvam etiam in civitate ante domum collocata, tormenta qvoqve in foro duodecim, ubi propinatum fuit in sanitatem alicuius Principis etc. continuo explodebatur. Omnes hospites licet non fuerit eis ad gustum (maxime Senatoribus) laeti esse debuêre, nec dimittebantur vix post mediam noctem; ideo triplices sortes excubiarum erant positae. Nec fuit potestas exire alicui, nisi cum consensu Commendantis. Solus Qvardianus propter filiam Eleonoram habita gratia, et dispensatione Commendantis licentiatus, per duplices excubias qvidem pertransivit, sed in ultima custodia a praefecto excubiarum arestatus, et superius ad Commendantem reductus, cui se benevolum monstravit, et si ei placeret ulterius remanere, laetum esse voluit. Interea rheda cum sex eqvis ante portam constituta, in qva ad Conventum dimissus fuit Qvardianus cum assistentia.

De Admodum Reverendi P. Provincialis Conventualium arestato.

Sub hoste Sveco licitum fuit (non tamen absqve salvo conductu seu passo) mercatoribus hinc, et inde cum mercibus

transire, et pertractare sua. Occasione igitur aliqvorum mercatorum (cum passo Generalis Svecici) in Silesiam ex Austria per Olomucium transeuntium Admodum Reverendus Pater Provincialis Austriae, Krizelius Pancratius, cum suo Secretario et socio Fratre Vito laico Silesiam visitare volens, occultando se inter currus cum fratre libere transire cogitabat; inter visitationem omnium personarum, circa currus famulorum, et aurigarum, et Pater cum laico deprehensus, qvalis fuerit, negare non potuit, et passum non habuit, qvi eo qvod in talem proripuerit ansam, ad arestum a militibus ductus fuit, per qvos se Patri Gvardiano insinuavit. Hic factus certior, possibilem modum qvaesivit, qvomodo suum Superiorem ex debito officii accederet, clam tamen accessit eum, et cum diutius secum conversarentur, nocturnae excubiae interim supervenerunt, hinc egredi non potuit usqve mane, et recte ad propositum, non enim habuissent tempus sufficiens secum pro discursibus de occurrentibus sub Sveco, qvam tota nocte illa. Et hora sexta matutina excubiis abeuntibus invicem sibi valedixerunt, ac si se non tam cito vel nunqvam amplius visuri.

Mutarunt Sveci Provinciali arestum.

Qvod Gvardianus in aresto per noctem cum suo Superiore et eius socio permanserit, totum ad aures Commendantis pervenit; ablegata ideo cohors militum, ut omnes tres simul ex aresto Bernardinorum ad Generales excubias tollerent, et arestarent; Gvardianum tamen iam non deprehenderunt, sed celebrantem ab altari acceperunt, et ut latronem duxerunt, et ad Provincialem arestarunt. Factus tunc rumor, milites qvivis volebant maxime Officiales unum Provincialem Franciscanorum videre, totam domum excubiarum impleverunt, et non alium, qvam fratrem pauperem Franciscanum Provincialem viderunt. Propter qvem mercatores arestati, et qvod non insinuarint Provincialem mulctati, tandem cum Provinciale propter interpositionem Supremorum ex civitate sunt dimissi. Gvardianus qvoqve post severam admonitionem, ne altera vice inconsulto Commendante arestatos visitet, cum consensu eiusdem Patri Provinciali cum fratre usqve ad portam Cathedralem dedit comitivam.

Reditus P. Provincialis ex Silesia.

Facta visitatione in Silesia Pater Provincialis cum socio Vito per aliam viam reversi sunt in Austriam; satis enim Olomutii vexati viam Unczoviensem acceperunt, nec ibi civitas fuit aperta eis; sed per mera stagna, seu Morast, qvae sunt circa muros illius civitatis, cum magno periculo transire debuerunt. Littoviam venientes, qvae est civitas principis Caroli a Lichtenstein, declinarunt ad Iudicem ducalem, bonum dominum Magistrum Münich, et cum se reficerent, et madidi toti siccarent, ecce a domino Thoma, Maiore Commendante praesidii Ailenbergensis, superveniente, pergebat enim Olomucium ad Superintendentem omnium praesidiarum in Moravia Commendantem ibidem, hic scire voluit a domino hospite, qvi sint illi Patres? intellexit bene, sed plus a solo Provinciali, et qvaliter recepti fuerint Olomucii. Illa adhuc nocte Olomucium perrexit, et cum magna commiseratione Commendanti Olomucii totum exposuit, fecitqve ei scrupulum, qvod non noceret aliter cum talibus pauperculis religiosis procedere. Eadem hora Commendans misit ad Patrem Paulinum Gvardianum suum Secretarium, ut cito volante sigillo Provinciali Littoviam scriberet, et nomine Commendantis eum avocaret Olomucium; adiunxit qvoqve mandatum Iudici ducali per bonam commoditatem illum transmittendi, et tanto citius tubicinem expedivit.

Pater Provincialis advenit Olomucium.

Adveniente Patre Provinciali cum honore ex Civitate, ab Olomucio duobus milliaribus distante, Litovia porta civitatis aperta, et duae compagniae a partibus cum armis ordine suo dispositae; admissus. Provincialis in medio illorum cum suo fratre ibat, qvem comitabantur illarum compagniarum Officiales ad palatium Commendantis usqve; anteqvam loqveretur Provinciali, interrogavit Gvardianum iam ibi praesentem, utrum sit Provincialis iste? Gvardiano annuente vocat ipsum, et post brevem discursum ad se vocavit Consulem et Senatum, mandavitqve, ut cum suis civibus tanqvam Tali honorem exhiberent, ipsum revereantur, et ei bene faciant; libere, et licite ad eum accedere, et conversari indulsit. Certe, licet fuerit magna penuria in civitate, pro viribus tractati fuimus; etiam ipse

Commendans qvotidie aliqvid speciale ex sua tabula ad monasterium mittebat, et pro beneplacito, ut maneret, et qvam diu velit, concessit. Intermiscendo ultimo iocos lepidissimos dimisit ad Conventum S. Monialium.

Obtulit Senatus vitae testimonium Patri Gvardiano.

Inter fercula Admodum Reverendo Patri Provinciali ex civitate oblata placuit amplissimo Senatui Olomucensi motu proprio intuitu laborum, fidelitatis, et mortificationum gratitudinis ergo unicum praesentare ferculum Patri Paulino Gvardiano in pargamena sub sigillo civitatis, vitae scilicet testimonium, uti copiam huius Originalis documenti de verbo ad verbum scribere placuit.

Nos Consules, Caesarisqve iurati civitatis Olomucensis. Universis, et singulis cuiuscunqve status, conditionis, dignitatis, ac praeeminentiae fuerint hasce literas visuris, lecturis pariter, et audituris paratissima nostra obseqvia, officia, ac studia deferentes. Latere neminem arbitramur, qvatenus mox ab exordio nascentis Seraphici Ordinis gloriosus Deus non pro suis tantum obseqviis, sed sub varietate temporum etiam animabus lucrandis servos suos ex familia beatissimi Patris Francisci omni tempore designaverit; huiusmodi personas vocationis hac nostra lamentabili aetate qvoqve non defuisse, qvod in persona Admodum Reverendi Patris Matthaei Paulini Začkowitz, S. S. Theologiae baccalaurei, poenitentiarii S. Monialium S. Clarae, Praedicatoris Generalis, Gvardiani ad S. Iacobum in praeurbio Olomucensi, Ord. F. F. Minorum Conventualium, afflicta civitas nostra Olomucensis abunde experta est, dum nimirum is ex caeteris Regularibus unicus iusto infirmitatis suae interveniente impedimento (non sine dispositione divina) hic detentus, solatio suo nobis afflictis subvenerit. Qviqve in praesentis temporis disturbiis post regimen animarum susceptum, munia Ecclesiastica magno cum fructu nullis adversitatibus fractus qvam patientissime non solum obierit, sed etiam tunc, cum in obsidione civitas haec, fame intolerabili premeretur, hic Pater nihilominus deficientibus vitae alimoniis, Dei opus, et cultum eius minime deseruerit. In infirmitatibus triennalibus existens adeoqve pestilentiali vulnere tactus, ingravescenteqve huiusmodi infirmitate in lectum decidens postposito tamen

notabili suae salutis detrimento, solo animarum zelo ductus nullam penitus animam Christi sanqvine redemptam perire permittens, omnibus sacramentum poenitentiae, et viaticum SS^mae^ Eucharistiae subministraverit; in convertendis haereticis inter militem Svecum degentibus assiduum semper, ac diligentem sese demonstraverit. Praeterea modestia religiosa, patientia, et morum integritate non tantum nobis, et comunitati Olomucensi multum profuerit, verum etiam hostibus ipsis ansam ad Deum diligendum porrexerit. Qvapropter cum cuivis reipublicae Christianae semper in more fuerit, eos, qvi doctrinae salutaris singularibus, consilio, atqve aliis dotibus, seu virtutibus praediti censentur, encomiorum titulis condecorare: Nos qvoqve ne bene nominato Patri ingrati videremur, memores potius obseqviorum circa nos id temporis studiose ab eo expensorum, deficiente nobis praeterea condigna pro eius persona mercede, seu remuneratione, ex affectu sincero, motuqve proprio hoc ei praesens publicum saltem instrumentum, nec non conversationis exemplaris documentum exhibere merito voluimus, huic sacro etiam Ordini, eius debitis favoribus aliqvando recuperaturi et recompensaturi. Authoritate igitur praesentis nostri testimonii omnibus Illustrissimis Principibus, nec non episcopis, praelatis, et aliis, qvorum interest, Seraphici praesertim Ordinis: Reverendissimo Patri Generali, Admodum Reverendo Patri Provinciali, totiqve provinciae eum commendamus. Praestat enim tales, qvi ob exantlatos labores pro fide, et religione, ac prorsus universa Christi vinea vires expendere, gradibus, ac dignitatibus, pro meritorum qvalitate, iure esse remunerandos, atqve exaltandos. Facturi in eo rem suo qvisqve liberali animo dignissimam, a Nobis vero vicissim gratitudinis studio qvam cumulatissime (ubi occasio tulerit) recompensandam. In qvorum omnium, ac singulorum ampliorem, certioremqve fidem praesentis maioris sigilli nostrae civitatis appensione roborari, ac communiri mandavimus. Data Olomucii die 23. Novembris Anno Virginei partus millesimo sexcentesimo qvadragesimo octavo.

L. S.

Hoc testimonium Wiennae fuit authenticatum in cancellaria Apostolica iussu Illustrissimi domini Camilli Meltii archiepiscopi Capuani a latere Nuntii Apostolici Anno 1648. ut supra.

Egressus Patris Provincialis Olomucio.

Qvatuordecim diebus Admodum Reverendus Pater Provincialis permansit Olomucii, qvi postqvam intellexerit utriusqve Conventus tam ad S. Iacobum, qvam ad S. Claram Monialium statum, Wiennam versus discessum instituit, et se apud Commendantem insinuando, anteqvam illi valediceret, omnes Supremos pro consilio ad se advocavit ut infra.

Sveci Conventum S. Francisci restituere volunt.

Aliqvot annis tractabatur de universali pace, et recte paulo ante discessum Patris Provincialis Olomucium novalia ex imperio (ubi pax tractabatur) supervenerant. Aliqva novalia in valedictione Patri Provinciali sunt communicata, inter alia: qvomodo non in imperio solum, sed in multis provinciis monasteria, collegia, hospitalia, qvae non iure possidebantur, restituebantur illis, qvorum a multis fuerant annis. Hinc dominus Commendans ad Provincialem: Fortuna vestra est, recte ex consilio nostro bellico literae expediuntur in imperium, ut scimus locum, qvem P. P. Societatis possident, qvi olim vester erat; intuitu P. Gvardiani, et in tentationibus eius perseverantiae conclusimus vobis debere restitui monasterium; qvidqvid hic concluditur, ad instantiam nostram certo certius inter conditiones pacis ponetur tam ab Imperatore vel Papa, et toto mundo ratum, et approbatum; sciat, nostrarum partium erit sollicitari de his, et vobis optimam dare resolutionem. Pater Provincialis multa dubia proposuit, nec se determinare potuit. Adiunxit Commendans: Si non consentire vultis, et dubitatis, consulite omnes Wiennae, qvatuordecim dies voluntatem, et solummodo assensum expectabimus, assensu habito Patrem Qvardianum introducemus ad Collegium. Nullo modo disponere potuit consilium bellicum Patrem Provincialem, ita ut mirarentur adstantes Supremi. Infecto negotio Pater Provincialis facta gratiarum actione cum honore discessit.

De Patre Provinciali Dominicanorum.

Qvidam Pater Henricus ordinis Praedicatorum, olim Capituli Olomucensis, et S. Monialium ad S. Catharinam

Ordinarius Confessarius, aliis Ecclesiasticis exulantibus ipse totus podagricus ad S. Michaelem remanserat. Illi Patri multi, qvi exiverant ex civitate, ad conservandum sua magni momenti concrediderunt. Aliqva ex argento apud Iudaeos unus, cuius fuit, agnovit ex signo parvo, et alia vendita, et distracta intellexere. Non erat alius modus, qvam apud Patrem Provincialem conqveri; hinc ad instantiam ferme qvotidianam aliqvorum, Pater Provincialis introitum ad civitatem a Commendante petiit, et sat difficulter obtinuit. Non in Conventu eius proprio ad S. Michaëlem, sed in monasterio ad S. Catharinam ei qvartirium assignatum. Per interpositas personas omnes res Patri Henrico concreditas intellexit iam totaliter venditas et distractas. Creditoribus unde solvere non fuit possibile, sic Pater Henricus non luit in aere, debuit luere in pelle; ad perpetuos carceres fuit datus, et ibi morte sua solvit. Alia fuit causa Patri Provinciali veniendi Olomucium, illam ovem errantem Dominicanum apostatam a via erroris reducere cupiebat, at fuit iam tarde, nam irretitus carnis desideriis cum sua Pellice iam abiverat in Pomeraniam; duobus tantum diebus fuit consensus manere Patri Provinciali Olomucii, et non ultra. Inde discessit tertia die Brunam.

De P. P. Capucinis cum brevi Apostolico venientibus.

Post devastationem monasterii in suburbio Olomucensi Patrum Capucinorum data fuit eis potestas a Svecis aliqvo alio se cum omnibus suis recipere mobilibus. Migrarunt ergo ad civitatem ad domum Illustrissimi Comitis de Salmis, ibi fuit eorum in uno palatio Capella, et devotio sed non plus, qvam uno anno. Deprehensus est enim ipsorum Gvardianus, de nomine Theodorus, habens cum Caesareanis correspondentiam literariam, ideo citius fuit eiectus, qvam alii. Alii Capucini tardius propter contributiones pecuniarias cum caeteris Ecclesiasticis exularunt. Baptisaverant aliqvi Patrem Paulinum ad S. Iacobum Gvardianum, Olomucii remansisse Capucinum, non Conventualem. Sciebant bene P. P. Capucini nullum remansisse Olomucii Capucinum, sed rumor hominum extraneorum fuit talis, supra illum se fundarunt, et Romae a sede Apostolica in aliqvo domo, vel ecclesia deserta pro hoc Capucino, celebrandi licentiam et breve

Apostolicum obtinuerunt. Cum huiusmodi Breve, et aliis favoralibus literis Imperatoris, Serenissimi, et aliorum venientes Capucini Olomucium admissi, et a Commendante auditi, post magnum Capitulum confusi, et ad carcerem sunt dati.

Eiiciuntur Capucini extra civitatem.

Illo vesperi, qvo veniebant Capucini cum Breve Apostolico, paulo post Dominus Commendans vocavit hora 1ma noctis ad se visitando excubias Patrem Gvardianum, et totum de Capucinis enarravit, et ut se fingeret visitare captivos et ipsis se monstraret, demandavit, qvod et factum est. Notus Patri Gvardiano Pater Theodorus ante, mirabatur, qvod adhuc viveret; hoc factum erat summo mane; cum illi adhuc ita conversarentur, unus Officialis cum gvardia muscetariorum venit, et nomine Commendantis eos increpavit, ut amplius se non faciant stultos, nec vexent imperatorem, Papam, et Commendantem cum talibus mendaciis, qvod hic non habeant ullum Capucinum. In maximo frigore cum tympanis, et magna confusione educti sunt extra civitatem. Et cum educerentur, dedit eis P. Paulinus comitivam ad medium fori; habentes aliqvas secretas literas ad qvosdam cives, eas Pater Theodorus dedit clam distribuendas, et bene factum, exeuntes in porta sunt visitati, et si aliqvid apud eos deprehendissent, fuissent peiora prioribus.

Bacchanalia Svecica.

In abundantia omnium rerum apud Svecos conclusum tandem aliqvando in bacchanalibus aliqvot diebus solemnissima celebrare convivia. Ex aliis praesidiis Officiales maiores cum Dominabus et filiabus invitati. Item ex diversis locis: Nicolspurgio, Ruzinow (Rausnitz), Prostanna etc. cum suis foeminis et saltatricibus puellis Iudaei (adiuncta eorum musica) comparuerunt. Ex omnibus monasteriis Positiva, Regalia, instrumenta ad forum exportata, et omnes, qvot qvot poterant Organistas, et musicantes invenire, advocarunt. In foro maiori qvatuor loca theatrorum pro musica, et spatia pro saltu accomodata. Civium Dominae qvoqve, et filiae qvotidie facto solemni convivio saltus mirabiles, aliqvi Iudaici, alii Ungarici, Germanici, Polonici, Svecici fecerunt. In medio civitatis posita aliqvot tormenta, inter

saltus in favorem regni Sveciae, imperatoris, explosiones, histrionesqve suas exercebant, qvales poterant excogitare, stultitias. Gregarii milites, qvi adesse non poterant in foro, etiam illi in postis habuerunt suam laetitiam, cerevisiam sufficientem et ex proventibus multiplicatam portionem.

De directore chorearum publicarum.

Inter maiores Officiales fuit qvidam Supremus Kopi laetissimus, et lepidissimus. Ille fuit author omnium bacchanaliorum, et saltationum; qvi postea erat in Austria Kornayburgii a Generalissimo Svecorum Commendans institutus; uxorem non habens, et miles egregius. Peractis aliqvot diebus bacchanaliorum, conviviis et saltibus publicis, etiam ille cum suo regimine laetus esse voluit.

De particularibus bacchanaliis domini Kopi.

Debuit fuisse dominus Supremus Kopi occultus Catholicus, vel Ecclesiasticus aliqvis; perqvam optime noverat omnium mores regularium; si nemo ex regularibus in convivio vel foro adfuit, etiam in locis, seu monasteriis illorum instituit facere bacchanalia. Ipsi qvoqve suis temporibus solent esse laeti aiebat. In convictu primo incepit, licet nonnisi unus, vel alter fuerit. Cibos domi paratos eo portari demandavit; Officiales sui regiminis invitavit; finito convivio choreas cum dominabus et filiabus etc. secunda die similiter ad Patres Capucinos totum Giñeceum sui regiminis invitavit. Musica solemnis cum tubis et tympanis. Omnes invitati laeti, etiam P. P. Capucini nolentes volentes saltare debuerunt. Item apud P. P. Bernardinos, ibi adhuc maius convivium. Exceptis sui regiminis Officialibus, foeminis, et aliis omnes, qvi volebant, sponte veniebant, et in refectorio, uti heri, et nudius tertius laetissime comederunt, biberunt, saltarunt.

Impedita bacchanalia ad S. Claram.

Praemonitae Moniales ad S. Claram a domino Kopi, qvod illas ut alios Religiosos tractare, et eis bacchanalia laetissima facere instituerit, et fuit dies determinata iam; cum timore et tremore ingratum hospitem expectarunt. Advenerat recte in

bacchanalibus ex castris Wittembergensibus qvidam magnae nobilitatis Colonellus iuvenis, et domino Kopi semper adhaerebat, et inter alios hospites semper fuit primus; apud Bernardinos cum aliis existens subolefaciebat in crastino ad S. Claram celebranda bacchanalia. Incalescens ex vino non salutando dominum Kopi assumptis suis tantum sociis et famulis perrexit ad monasterium; a milite, qvi ibidem pro salva gvardia fuit, qvid velit? interrogatus; at ille: animum se habere videre Moniales, et ipsis loqvi, respondebat, et qvomodo hoc fieri potest? petiit; miles ad ipsum: habent suum Confessarium, a qvo tota directio; mittitur ad Patrem Confessarium, is veniens dicebat: se non habere potestatem intrandi monasterium, minus alicui dare; ut autem Moniales videat institit; ad instructionem Confessarii Abbatissa octo ex Senioribus, et non speciosis in collocutorio monstravit dicens: se plures adhuc Seniores, claudas, caecas, qvas adducere ob defectum earum non potuit, habere; illas, si non fuerunt ad propositum, despexit et abivit. Avertens se illusum fuisse, assumptis pluribus neqvioribus, qvi magnis lignis portam frangebant, et si ab intus Virgines lignis, lapidibus, et aliis modis possilibus non munivissent, violenter monasterium intravissent. Hanc violentiam salva gvardia advertens ad Commendantem currebat, ex Haubtwacht Officiales cum muscetariis Commendanti insolentes pepulerunt, et Colonellus debuit ire ad arestum. Postqvam edormivit suam crapulam, mane ad sua castra discedere coactus fuit.

Suspensa bacchanalia.

Sciens dominus Commendans de particularibus bacchanalibus, et in illis dominum Kopi Supremum inscio Commendante multa, qvae non decent, agere, respiciens personam ad tempus discrete dissimulavit, habens iam aliam occasionem absqve offensa domini Kopi. Convocato consilio bellico promulgavit iam finita bacchanalia esse et ne amplius fiant in claustris maxime Monialium interdictum fuit.

Repetit musicalia a domino Kopi P. Gvardianus.

Author solemniorum bacchanaliorum, et Caeremoniarius in eis, qvi pro suo libitu omnia disponebat colligendo musicalia

per Conventus, et eos, qvi sciebant ludere in illis, ex choro S. Iacobi unum Positivum, et duo instrumenta acceperat, et nunqvam restituerat, imo alia huius modi Positiva, et instrumenta Officiales sibi applicaverant; de his P. Paulinus Gvardianus informatus omnem lapidem movit, ut sua repeteret. Aliqvo die Veneris ubi vidit dominum Kopi Supremum non impeditum, et in optima stella resolvit se, assumptoqve fratre Martino Mahn laico novitio eum visitavit, sat benigne acceptus, Positivum, et duo instrumenta restitui mandavit non tamen absolute, sed qvibusdam conditionibus.

Invitatus ad coenam Gvardianus cum fratre a domino Kopi.

Recte venisti, et apud me nunqvam fuisti Pater, debes apud me coenare, taliter invitavit: licet se excusaverit ieiunio et die Veneris, non admisit; habeo pisces sufficientes, et carnes; domum occlusit, et coëgit manere. Illo vesperi convivium magnum mandavit parari. Omnes Officiales cum foeminis eorum invitavit. Musica cum tubis et tympanis. Inter discursus qvalis devotio, et musica apud Religiosos? Incipiendo a P. P. Societatis usqve ad Conventum Sti Iacobi, ubi non fit Missa cantata nisi diebus festivis solemnioribus, et Concio; et ad ephebum ait: dicas tu, Mathis, ut ante multa locutus es.

De proditore ephebo Domini Kopi.

Habuit dominus Supremus Kopi aliqvos iuvenes civium filios in servitio pro ephebis; inter eos fuit unus nomine Mathis omnium puer insolentissimus, proditor civium, et omnium monasteriorum, qvi post exitum Sveci factus Religiosus Praemonstratensis in monasterio Hradiscensi, et cum tempore loci eiusdem provisor, fac totum, et author omnium ibidem malorum. Nominatus Mathis tunc ephebus qvidqvid aliqvando in omnibus monasteriis factum vidit, vel audivit, ascendens eminentiorem locum, turpissimam, et scabiosissimam fecit concionem in praesentia multorum hospitum; exprobravit vitia Religiosorum pessima, et vix factu possibilia.

De alio Ephebo.

Non multo melior Ephebus domini Kopi publice, et omnibus mensae assidentibus hospitibus narravit, se non semel audivisse fratris Martini, qvi socius fuit Patris Gvardiani, eius concionem germanicam, et qvales invectivas in eis faciebat contra Svecos, et contra sui Ordinis fratres etc. omnia insolens puer narravit. Frater ille laicus non habens domi concionem, alias conciones freqventabat, illasqve domi in locis clandestinis repetebat, et concionabatur. Licet se absconderit cum suis concionibus, auditus tamen fuit ex vicina Kurdiguarda seu excubiarum domo a qvibusdam sub tecto Svecicis, uti etiam in excubiis; saepe de fide cum eis disputabat, et contendebat, et tales contentiones etiam ad aures domini Supremi Kopi perveniebant. Recte Pater Gvardianus cum fratre illo venerunt ad sackum, cui omnia ipse dominus palam exprobravit.

Obiectiones domini Kopi.

Licet P. Qvardianus dominum Supremum Kopi summe rogaverit, ut latrantes ut canes ephebos impediret, nullo modo potuit; imo ipse dominus Kopi Colonellus de statu laicorum omnium religionum multa publice loquebatur; revera debuit fuisse aliqvis Religiosus, et non amicus laicorum; latine, germanice, anglice sciebat acsi de industria studuisset. Statum sacerdotum supra modum extollebat, multo dignos honore appellabat, et male habuit, qvod religiosi tanto digni honore ad suum collum laicos suscipiant, qvi sint vocatione sartores, sutores etc. si maneat professus, et mittatur, ubi non fuit notus, negent se fuisse tales; spernant sacerdotes, praeferant se illis, eos decipiant, et superbiant etc.

De vexatione Fratris Martini.

Post zelosam, et longam concionem de statu laicorum fratrum allocutus sartorem Martinum, ut et ipse repeteret unam ex concionibus suis, qvas sub tecto contra Svecos faciebat, vel potius aliqvam aliam de statu, vel tribu sartorum et qvod non eius sit vocationis aculeatas facere conciones contra Svecos aliosqve. Et hinc annuente Supremo cum tubis et tympanis saltus mirabiles pueri multi insolentissimi fecerunt; saltantes

circa tabulam et in saltu despectuosam adorationem Patri unusqvisqve dabat, et Fratri laico Martino ictum vel aliqvem alium despectum; hoc totum fuit pro consolatione domini Kopi, et eius hospitum per aliquot horas.

Dimittuntur ad Conventum P. Gvardianus et socius.

Occasio Positivi et instrumentorum illius convivii causa fuit. Omnes enim illi hospites minime sperabant tantam laetitiam ad mediam noctem usqve. Bene igitur tractati omnes, anteqvam dimitterentur. Videns male contentum Fratrem Martinum propter vexationem nimiam magis adhuc et eum dominus Kopi confundere voluit. Curavit sibi dari biblia, et legit hospitibus librum Ester Capitis sexti de Haman, qvi iussu regis Assveri Mardochaeum vexerat per plateas etc. Adductus eqvus, in qvo ipse dominus eqvitaverat, et Patrem Gvardianum in eo fecerunt sedere, qvem Frater per civitatem ducere coactus fuit ad Conventum usqve, et Officiales regiminis cum magno silentio qvoqve comitabantur. Nominatus Frater non ferens ignominiam, ipsa nocte misit se per funem ex muro civitatis, et amplius non comparuit.

Restitutum Positivum, et alia musicalia.

Altera die post tractationem, et ut verius dicam, vexationem dominus Kopi Positivum regale et instrumenta remisit ad Conventum Sti Iacobi, et cum portatoriis suum Secretarium cum his verbis: Ut Pater Qvardianus non pueris domini Colonelli, sed aliis hominibus ratione devotionis non aeque atqve apud alios religiosos adscriberet, prout et ipse aliunde audiverat aliqva similia. Restituit vobis haec musicalia, et si deinceps aliqvam devotionem non inceperitis, ista omnia vobis iterum accipiet, et non restituet.

Instituitur devotio Confraternitatis S. Francisci.

Inter scripta diversa cum tempore Pater Gvardianus ad S. Iacobum invenit olim a Reverendissimo Patre Ioanne Baptista Generali ordinis S. Francisci impressam literam, et licentiam etiam Olomucii ad S. Iacobum erigendi S. Francisci Archiconfraternitatem. Motu Svecorum adhuc in civitate existentium,

Admodum Reverendum Patrem Magistrum Ambrosium Herl, Provincialem Austriae, Gvardianus salutavit, et licentiam ab eo instituendi Archi-confraternitatem obtinuit. Cum consensu igitur Commendantis (sine qvo nec se aliqvis movere potuit) ipso festo Conceptionis B. M. V. Octava Decembris cum tali solemnitate, qvae tunc fieri potuit, dictam Confraternitatem errexit. Sunt die illa 56. personae ad Confraternitatem inscriptae, inter qvas etiam aliqvot occulti Catholici se insinuarunt, et chordam publice susceperunt. Eodem die huius Confraternitatis S. Francisci Officiales fuerunt electi. In protectorem: Reverendissimus Brainer episcopus Wiennensis. In Rectorem: Reverendissimus dominus Ioannes Christophorus Orlik licet absentes. Caeteri: Secretarius et assistentes huius Confraternitatis ex civibus insignioribus. Commendans et Officiales praesentes riserunt. Sed dominus Kopi inde consolationem habuit magnam. Ab illa die usqve ad praesens, laus Deo, Confraternitas in suo vigore est; qvia ante irruptionem Sveci Patres de observantia apud S. Bernardinum ad Confraternitatem suscipiebant, et promovebant.

De Ieiuniis.

Sveci qva Lutherani, Calvini, Ariani, et aliarum Sectarum, nulla unqvam habuerunt ieiunia, et illis diebus, qvibus Catholici ieiunare consveverunt, splendida ordinarunt convivia, diebus vero Dominicis, et solemnitatibus Paschatis, Pentecostes, Nativitatis domini ut plurimum piscibus vescebantur. Apud Catholicos autem strictius, qvam ante observabantur ieiunia utpote diebus Veneris, in vigiliis, qvatuor temporibus, in qvadragesima. Diebus autem Sabbathinis, et ante festa, qvae sunt de praecepto B. M. V., diebus rogationum, et per totum adventum in illis abstinentia a carnibus; sed fame incipiente sub Sveco ob defectum alimentorum, habitu consensu Venerabilis consistorii, etiam benedictione Nuntii Apostolici Pater Qvardianus cum omnibus dispensavit, ut cogente tanta necessitate (nullis ieiuniis, vel vigiliis exceptis) carnibus, vel aliis qvibusvis vesci possint, et valeant, dummodo retineant vitam, sed aliqvi optabant potius mori, qvam esu carnium vivere, nec talibus Confessarius aliter persvadere potuit.

De fabro ferrario non ieiunante.

Qvidam civis faber ferrarius in praeurbio Olomucensi in opificio perfectissimus, durante obsidionis fame, alebat se, qvomodo potuit, multo melius tamen qvam caeteri hominum; utebatur opera eius Svecus circa tormenta, rotas, currus, et aliam munitionem, contraxerat ideo notitiam cum sibi similibus Svecis fabris ferrariis, constabulis, et tormentorum fusoribus, et simul cum eis vita eius communis fuit. Hic soluta obsidione habens ut omnes cives qvoad vitae rationem pisces, butyrum, et alia levi pretio, diebus ieiuniorum ut caeteri nunqvam abstinuit a carnibus, et cum scandalizarentur Catholici, imo ipsi Sveci, illis esculentis, qvae proprie non vocantur carnes, utebatur: caponibus, gallinis, anseribus, capitibus vitulinis, farciminibus, intestinis etc. gloriabatur non ideo se comedisse carnes; proditus et ad Commendantem citatus, inde ad civitatis iudicem, ultimo ad Patrem Qvardianum (ab eo mulctandus) ablegatus fuit.

Mulctatus faber ferrarius.

Fuit puteus ad S. Iacobum in praeurbio Olomucensi olim ab Eminentissimo domino Cardinale a Dietrichstein principe episcopo Olomucensi eius sumptibus sat profunde aedificatus, abundantem, et saluberrimam aqvam habens. Adveniente Sveco propter fossas post moenia civitatis ab eis profundissime factas puteus non sufficientem subministravit aqvam, ita, ut vix pro excubiis districtuum in praeurbio sufficeret; ideo tam propter inopiam aqvae, qvam fractam, et rubigine, ac diuturnitate consumptam catenam excubiae exponerentur, et extraneis postis aqva venderetur. Faber ferrarius, ut supra, a Patre Gvardiano mulctari debuit, instantibus Officialibus districtuum et assensu Commendantis pro mulcta non solum puteum expurgavit, ad aliqvot ulnas profundius fodit, sed etiam rotam novam cum suis ferramentis, et catenam novam, qva trahitur aqva, suis sumptibus fabricavit.

Tormenta ex campanis fusa.

Devastata Moravia, spoliatis templis, et oppidis, ac pagis ruinatis, vel combustis in pluribus locis remanserunt campanae in curribus; ab introitu Sveci anno circiter qvinto per Moraviam

edictum datum, et in diversis locis promulgatum, ut oppidorum, pagorum incolae sese Olomucium conferrent, et suas campanas ex turribus deponerent, et conservarent, et datus terminus ad unum annum; si secus fecerint, elapso termino campanas non visuri amplius. Homines per loca diversa dispersi, et alii correpti timore non comparuêre, supra annum addidit mensem unum; expeditis igitur in hyeme per loca trahis, et curribus Commendans campanas Olomucium advehi mandavit, et convocans omnes civitatis fabros ferrarios, serra-fabros (sic), fusores tormorentorum seu Glocken-giesser, fractis campanis tormenta bellica, et mordaria fieri mandavit. Una magna campana dum frangeretur, totum sonitum edebat, ac si fuisset ex adamante, per duos dies vix fracta fuit.

Unus civis exhaereditavit filium.

Qvidam civis Olomucensis, de nomine et cognomine Tobias Kržečžeck, pellio, unicum qvidem filium habuit in deliciis educatum, et vitae malae qvasi desperatae parentibus septuaginta annos excedentibus nullum honorem, nullam prorsus reverentiam exhibuit, correctionem non admisit; furiosus, malitiosus, lusor, potator etc. conversatio eius nisi cum perversis muscetariis Svecicis; parentes non audebant ipsi neqvidem verbum loqvi; habuit dictus Tobias apud se in qvartirio unum vexilliferum seu Fendrich Svecum; saepius filius percussisset parentem, si non impedivisset miles, qvidqvid domi capere potuit, exportabat, dilapidabat; alter Evangelicus prodigus fuit. In despectum propter maiorem libertatem inter Svecos nomen dedit militiae, iam sclopetarius multo peior, domum veniens qvasi executor pessimus. Miles Fendrich lacrymas parentum capitaneo suo retulit, admonitio nihil iuvabat. Sciens unam perversam olim parentum famulam pro maiore vexatione eam in uxorem duxit, tunc primo erant peiora prioribus; licet parentes nulli conqverebantur, per aliorum relationem Commendantem non latebat; citato enim iuvene, Mathia filio cum uxore Anna sub poenis magnis domum paternam ambobus redire prohibuit; paulo post senicula mater mortua est peste, et Tobias graviter infirmus non ab aliqvo, qvam a Patre Gvardiano inspectionem, et sustentationem habuit usqve ad mortem. De testamento multum solicitus, consensum per Patrem Paulinum

Gvardianum a Commendante petiit; dein qvatuor convocatis Senatoribus motu proprio filium exhaereditavit Mathiam, et in loco eius Patrem Gvardianum ad Stum Iacobum filium adoptavit, et liberam domum, et omnia, qvae in domo fuerunt, ei legavit, et haeredem instuit. Reclamavit filius, et ad Commendantem recursum fecit, cum indignatione reiectus est, imo prudentia senis laudata, et testamentum his verbis Commendantis confirmatum, et roboratum: Qvidqvid Tobias ordinavit, et scripto reliqvit, bene ordinatum, et bene scriptum est.

De obitu Tobiae Kržečžeck.

Testamento facto extractum Patri Gvardiano consignatum a Senatoribus, et originale in cancellaria civitatis observatum. Dominus Commendans vexilliferum penes ancillam posuit, et eis inspectionem domus, et rerum commendavit, et filio prodigo, et faeminae eius expresse eam interdixit; qvoad vitae rationem Gvardianus ut filius parenti omnia pro viribus subministravit ad mortem, et in Spiritualibus servivit ex obligatione usqve ad exitum animae.

De sepultura Tobiae Kržečžeck.

Facta dispositione ecclesiae, sacramentis munitus Tobias in manibus sui Confessarii Deo animam reddidit. Per militem Svecicum vexilliferum dominus Commendans de eius obitu certior factus ordinavit, ut unam cameram reservet pro congregatione rerum mobilium, et suo sigillo obsignari iussit. Pater autem Paulinus Gvardianus filius adoptivus non ingratus beneficii in ecclesia ad S. Iacobum solemnissimam (qva potuit fieri) parenti fecit sepulturam. Dominum Commendantem, et aliqvos maiores Officiales, senatum, et aliqvos benevolos parentes, seu patronos invitavit. Constitit sepultura ad ducentos florenos, expensa haec funebralis venditis pellibus diversis soluta est.

Executores testamenti lupi rapaces.

De more solito testamentum pie defuncti publicatum in curia et in eo contenta lecta publice; iurati executores testamenti viciniores cives Schwartz faber, et faber serrarius Schwab; eis camera serrata, et obsigillata aperta, locus in Conventu S. Iacobi, ubi res, seu mobilitatem deposuerit, demonstratus,

et serra cum clave ad occludendum concredita. Proh dolor! non testamentarios, sed lupos rapaces famelicos Senatus pauperculo Gvardiano deputavit, non curarunt iuramentum; vestes varias, res praestantiores, telam et biancariam maxime de nocte ad suas exportaverunt domos, et rebus vilioribus cameram impleverunt. Etiam inde, dum missa celebraretur, iterum exportabant, et ad libitum distrahebant. Non multum ex rebus illis remansit, praeter vasa stannea et cuprea ac lectisternia. Proditi postea lupi rapaces, et fures illi, sed tardius. Conqverebatur apud Senatum Gvardianus, sed illi etiam participes furti; multae enim pretiosae pelles apud illos visae. Dissimularunt, semper distulerunt. Animadvertisset in his Commendans, et fuisset certo inqvisitio, sed ob respectus iustos turbare eum non licuit. Etiam de pecunia 70. aureos inter res inventas sibi applicarunt, et de argento illi et Senatus participarunt, et haeres inde nihil habuit. Nemo prosperatur ex iniuste acqvisitis, et rapina; adveniente egestate, fame periverunt. Superfuerat adhuc aliqvid de pecunia pro pellibus venditis praeter expensas funebrales ut supra; debita, a pie defuncto Godefrido Dambroch antecedente Qvardiano contracta, soluta sunt. Domus vero post defunctum Tobiam vendita, et pecunia braxatorum tribui pro censu perpetuo posita est.

De conservatis rebus in templis.

Sub tempus irruptionis Sveci homines civitatis Olomucensis res suas ad monasteria, magis ad ecclesias ad observandum dederunt. Cum tam diu hostis permansit, in visitatione qvidqvid placuit, sibi applicuit. Si aliqva in terra, vel cryptis non inventa, diuturnitate temporis putrefacta, vel a tinea, seu vermibus corrosa. Si in sicco deposita maxime mercatorum res utpote aromata varia non tam multum nocuit, sed non amplius inserviebant usui, tota insipida, etiam materiae pretiosae integrae, sed foetidae, et diu durare non poterant. Mobilia, casulae, et paramenta maxime in templis derelictis licet intacta non valebant multum, eo qvod maxime in qvibusdam ecclesiis munitionem Svecus servavit: globos, pulveres, carbones, sulphur, vel fassinas. Omnis mobilis sacristiae contraxit odorem similem, et non absque nausea in talibus sacerdos celebrare potuit; purgavimus saepius, thurificavimus, non iuvabat.

In Conventu S. Iacobi conservata et restituta.

Cum fuerit hostis acatholicus Svecus, non fuit consultum eo Olomucium intrante aliqvid monasteriis aut ecclesiis, vel ad Conventum ad observandum dare; qvisqve sibi imaginari potuit, si Sveci aliquid spoliaturi, certe a Regularibus incipient; simile qvid Patri Gvardiano ad S. Iacobum obvenit; ideo recurrentibus pro conservatione rerum aliqvibus recusavit, non suscepit; si violenter et instanter, nolle se respondere pro rebus protestationem fecit. Fuit peroptime volens Conventui S. Iacobi qvidam dominus, Mathias Laucz, coriarius, cuius domus in suburbio igne consumpta est; uti Patrono servire, et res eius suscipere non denegavit, et defendit. Hoc modo deposuit omnia ad unum locum in camera. Receperat se tunc ad Conventum dominus qvidam Casparus Barthowsky, olim apud P. P. Canonicos Regulares Capitaneus, ubi etiam peste infectus obierat; cum infirmaretur graviter, et diu, super omnes res illas lectus ipsi fuit fabricatus, advenientes Visitatores a longe clamavit se peste infirmari, et hoc modo omnia salvare potuit. Item Carnoviensium res de stanno, cupro, de tela et penes Admodum Reverendi Patris Magistri Cornelii cistae, qvas in fuga ulterius evehere non potuit, fuerunt optime conservatae, et soluta obsidione paulatim certe cum periculo vitae ad instantiam Admodum Reverendi Patris ut supra de integro Carnoviam transmissae. Obligarunt se esse beneficii memores, et pro ratione Patri Gvardiano partem bonam tribuere, nihil fecerunt, nec gratias egerunt. O! ingratitudo.

De bibliothecis.

Notam omnibus, et famosam patrum Societatis Iesu Olomucii olim fuisse scio bibliothecam, et non paucis millibus constantem, uti et ipse Pater Georgius Pelinka eiusdem Societatis ad S. Mauritium Concionator asserebat. Cum ergo interrogaretur a Commendante ioco, vel serio: Cur ipse, cum eius cathedram Sveci Lutherani teneant, et pro tunc utilitatis non est, ac miseriam aeqve, atqve alii Religiosi patitur, Olomucii remaneat? non aliam causam suae remansionis asserebat, qvam bibliothecam tot constantem millibus, et si, inqvit, omnia amiserimus, et sola bibliotheca manebit, magnum conservabimus

thesaurum. Sermone eius Commendans edoctus assumptis aliqvot literatis Officialibus bibliothecam a Patre Pelinka laudatam visitavit, qvo animo, potuit bene Pater intelligere ex circumstantiis, qvae inter se conferebant; utinam bibliothecam non laudasset!

Commissarius disponit cum bibliothecis.

Ex certis coniecturis Pater Pelinka haud obscure suspicabatur aliqvam cum bibliotheca dispositionem, et non male fecit ponendo ad partem aliqvos selectissimos authores. Post unum circiter mensem ex Svecia deputatus Commissarius propter aliqvas causas veniens, etiam cum bibliothecis disponendi habuit facultatem. Absqve dilatione unam Societatis Iesu bibliothecam vidit, et qvam maxime in ea sibi complacuit, et ne aliqvid ex libris exportetur, excubias posuit. Item: vix non similis Celsissimi principis a Dietrichstein Nickolspurgii a Commendante ibidem laudabatur. Commissarius eo perrexit, archivium cum privilegiis simul, et bibliothecam Olomucium advexit. Item Olomucii in singulis monasteriis bibliothecas videre voluit, apud Dominicanos, Bernardinos, ad omnes S. S., Capucinos, qvi authores ipsi placuerunt, posuit ad partem, et notari, ac custodiri mandavit.

Ad cistas libri positi.

Deputatis non paucis revisoribus omnium authorum in praesentia aliqvorum Officialium facta conscriptio cuiusqve loci separatim, cistae novae fabricatae, et opera cum suis titulis in ordine composita, numerus in omni cista cum inventario librorum positus, dein occlusis cistis Commissarii Svecici sigillo signati, ultimo ipsi Commissario specificatio cistarum, et universorum librorum praesentata. Item omnia archivia, et privilegia tam Nickolspurgii, et in aliis locis in unum collecta cumulum, et ad qvem spectant, notatum totum, et in singulari arca occlusum, et sigillatum. Omnibus itaqve signatis prope centum currus onerati, et in Sveciam vecti. Illa qvoqve occasione aliqvorum Officialium thesauri erant dimissi in Sveciam. Auditum fuit certo omnia dimissa in mare fuisse submersa, uti fuit probabile, qvia Officiales audito nuncio de submersione summe contristati lamentabantur. Itaqve Svecus, qvi se pro

ablatis sperabat multa talenta accepturum, contrarium accidit; verificatum illud: male parta, male dilabuntur.

Catholisch Michel notarius librorum.

Ille Michel studiosus, qvi exulantibus Patribus Societatis inspectionem habuit Collegii, cum aliis pro notario librorum assumptus fuit. Certe se fidelem servum Patribus exhibuit; ex libris enim modo suo clam non paucos libros magni momenti, et praeclarissimos observavit. Etiam in aliis monasteriis aliqvi praesentes si fuissent, vel de tali damno in libris providissent, libros aliter observassent, sed de huius modi spoliis neqvidem somniarunt. Nec ipse Svecus de bibliothecis cogitasset, nisi Pater Pelinka Georgius pretium librorum commendasset. Non male factum in Conventu S. Iacobi paucos habens libros, qvando ex Conventu Hradicensi et cathedrali ecclesia afferebantur, et ex illis insignibus operibus patroni pulverarii pro bombardis fiebant, ea occasione Pater Gvardianus plurimos a muscetariis levi pretio coëmebat, et restituebat, qvorum erant, vel retinebat.

De obsidione soluta Olomucii.

Sub Ianckau pugna Caesarianorum cum Sveco facta, miles Caesarius profligatus, in qva ipse Generalis egregius Huchapel (sic) occubuerat in conflictu; hinc bene obsidentes civitatem Olomucensem tam diu succursum Svecos suos qvantocyus daturos adverterunt, et castris combustis fuga sibi consuluerunt Caesariani, tormentis acceptis et munitione qvantum licuit, per loca varia dispersi, alioqvin si expectassent, non substitissent.

Stratagemata in exustis castris constituta.

Postqvam obsidentibus civitatem die 6. Martii (1645) conflictus sub Iankau, et infortunium Caesarianorum innotuerit, strepitus magnus in castris extra auditus fuit, et in omnibus circa civitatem propugnaculis tam ex tormentis, quam muscetis terna vice Salve, vel fortes explosiones, et paulo post incendium de media nocte advertimus. Sveci inde consternati, qvid sibi velint illa? mysterium non sciebant, nullas postea excubias in pro-

pugnaculis videntes tertio die primo exploratores dimissi numero viginti non redierunt. 2da vice plures, et 3^tio adhuc fortiores; tandem adverterunt fuisse stratagemata aliqva, laqveos, et decipulas, incidebant enim in eas, et peribant, vel capiebantur. Evacuatis castris, tormentis ac munitionibus Prostannam et ultra amotis, operae pretium iudicarunt, qvoqve comeatum, et graviores, maiorisqve momenti res, qvantum possibile fuit, amovere, et hosti ad praedam non relinqvere; cogitabant enim, si ex civitate adverterint facile castra esse evacuata, spoliatum egredientur; ut ergo securior huiusmodi rerum amotio ex castris fieret, ad trecentos subordinarunt audaciores milites, qvi in castris exustis inter rudera, et in aliis diversis locis absconditi latitabant ut mures, et vel aves in laqveis mactabant, et spoliabant excurrentes Svecos. Id ipsum faciendi habuerunt spatium decem dierum anteqvam truppae Svecicae comparuerunt.

Pergit Olomucium versus Svecicus exercitus.

Pacta victoria ad Ianckau Generalissimus a Dürstenson redeundo cum suo exercitu in Moraviam, totam ferme Austriam penes Danubium maxime peragravit, et ad pontes prope Wiennam veniens illud magnum propugnaculum occupavit, et in illo suum posuit militem, et ulterius Moraviam versus arcem altissimam, et munitissimam Statz, item Feldspergum, etiam in ipsis confinibus Moraviae Nicolspurgium possedit. Brunam cum exercitu veniens, cum magna resolutione eam tentavit, octodecim septimanas consumpsit, et ibi magnum damnum maxime ex Spillberg passus cum rubore cessit Kremzirium.

Kremzirium conflagratum.

Kremzirium civitas est et residentia episcopi Olomucensis qvatuor milliaribus distans Olomucio sat munita. Eo se receperant ex circumiacentibus locis multi hominum, ita, ut totam civitatem illam impleverint. Fuit qvidem promptissimus omnium animus se ad funera defendendi, prout qvatuor horis resistebant; sed videntes magnum exercitum, et ex 12. tormentis magnis ad fundamentum murum ruinatum, iam pusillanimes effecti, in aliqvot partibus civitatem accenderunt. Paulo post praessa in muro perfecta, dum turmatim hostis ingreditur, incendium ita

invalescebat, qvod tota civitas cum plateis arserit. Multi civium, sed plures Iudaei (qvi se in illo incursu in cellariis occultaverant) suffocati sunt. Ille vero peregrinus populus, qvi se ad civitatem ob metum hostium receperat, liber ex civitate exivit, salvum conductum a Generalissimo petiit, et obtinuit; iverunt, qvo voluerunt. Pro praeda 4. horae a Generalissimo Svecorum militibus ordinatae, sed propter ingentissimum incendium et calorem vix una hora continuarunt, et parum lucrati sunt. Gloriabantur (ut fuit auditum) incendiarii civitatis: Nec mihi, nec tibi, qvod hostis non depraedavit, illud ignis consumpsit.

Castra Svecica prope Kremzirium.

Non procul a civitate Kremzirium inter Koietain et Towacovium Generalissimo Svecorum cum suo exercitu qviescere per sex hebdomadas placuit, et vere ad propositum: ille enim districtus omnium rerum abundabat, inde qvoqve Svecis suis Olomucii communicare de proventibus omnibus abundantissime potuit; hoc notatu dignum: Per omnia loca in Moravia, ubi transierat Svecus, Gallas Generalis Caesarianus cum suo sat forti exercitu eum seqvebatur. Et ubi se vallis Svecus muniverat, ille similiter, et nunqvam dare pugnam voluit, licet fuisset sufficiens, uti in loco nominato inter Koietain et Towacovium habuisset Svecum in cavea, et ipsemet Svecorum Supremus consternatus, qvod in tam periculoso loco posuerit castra; si conflictum habuissent, propter paludiosa loca ex duabus partibus (seu Morast) non effugissent; imo fuit amicabilis correspondentia inter Dürstensohnium et Gallas; habebant enim maiores Officiales inter valla Caesariana et valla Svecica cum Svecicis familiarissima colloqvia. Et non semel ex tormentis in castris Caesarianis ad favorem Dürstensonii Salve dabatur, et vice versa in castris Svecicis in gratiam Generalis Gallassii.

Movit Svecus castra Prostannam versus.

Facto Generalissimus Dürstensonius praesidio ex oppido penes arcem Illustrissimi Comitis a Salmis, et ibidem pro Commendante cum uno regimine Dragonnerum domino Colonello Wancka constituto, suum inter Olomucium et Plomloviam

exercitum direxit, in eo itinere Prostannam Celsissimi Principis a Liechtenstein civitatem occupavit; Turres eius omnes, et portas suppositis minis evertit, arcem incendio ruinavit, et vacuam spoliatam civitatem reliqvit, et abivit. Taliter fecit Plomloviae eiusdem Principis opulento oppido; recte e regione arcis in coemeterio collocatis tormentis arcem concussit, munitionem in ea, tormenta etc. accepit et eqvos multos generosissimos turcicos, et oppidum spoliavit.

De praesidio Eulenberg.

Inter montes, qvi dividunt Moraviam et Silesiam, fuit arx munitissima Cruciferorum Thevtonici Ordinis. Gubernator eiusdem arcis convocatis sui domini subditis, habens comeatum et munitionem sufficientem, in arce se conclusit, et se toti exercitui integris duobus mensibus defendit. Varie Sveci tentarunt, ut illud praesidium expugnarent, insultum, seu Sturm facere propter altas petras, et inter eas praecipitia profundissima, fuit impossibile. Arcem concutiebant die et nocte ex tormentis et multi inde lethaliter vulnerabantur, et aliqvi occidebantur, uti ipse Commendator mortaliter laesus, non multum tamen efficiebant Sveci. Petras violenter minis frangebant, et licet non successerint aliqvoties, non parcendo pulveribus continuarunt; pervenientes ad muros ipsos arcis debilitati milites, diebus et noctibus non dormientes, et multi vulnerati non amplius subsistebant. Ex arce illa inter petras incognitus egressus, et ingressus fuit ad medium usqve qvadrantem milliaris, saepius apud Generalem Gallas, qvi non procul sua castra habuit, succursum petierunt ad qvinqvaginta solum muscetarios, differebat semper, ultimo ad se nuntium non admisit, potuit optime locis illis succurrere, sed qvia noluit, non misit. Commendator ut infirmus ex gravissimo vulnere per accordum tractando cum Generalissimo, qvidqvid petiit, habuit, cum curribus, famulis, eqvis, et subditis, pecoribus, vel qvidqvid ferre potuit, exivit, et Sveco praesidium tradidit.

Fons in arce Eulenberg.

Receperat se magna multitudo subditorum cum omnibus suis substantiis et pecoribus ad arcem; proventum mediocrem

omnes habuerant. Sed penuriam aqvae propter pecora patiebantur. De vino plena celaria, et de cerevisia providebatur, inde cuilibet portionaliter, etiam pecoribus de vino, et de cerevisia dabatur, sed ex potu inusitato pecora infirmabantur, et moriebantur. Plebs rusticana Moravica constituit sibi preces pro pluvia; dum cum fletu, et devote orant, in medio arcis fons mirabiliter emanavit, ex eo homines et pecora potarunt sufficienter. Occupante autem Sveco arcem nec signum fontis apparebat.

Dominantur Sveci in Moravia.

Post solutam obsidionem Olomucensis urbis, et exitum ex Moravia Svecorum, de aliqvo Caesareo, et Svecico exercitu nihil diu auditum fuit ferme usqve ad conclusionem pacis. Tunc primum Olomucenses Sveci fimbrias suas dilatarunt. In Moravia, Austria, et Bohemia promulgatum, Sveco Olomucium dari tributa; et ut oppida, pagi, arces pro securitate a Commendante salvam gvardiam personalem, vel scriptam peterent et qvantum qvis debeat contribuere, se Olomucii sisterent, et obligarent. Iam tunc omnibus bonis, vel malis exulantibus Olomucii mercimonia, nundinae ubiqve, ut ante, negotiationes, et securissimus viarum transitus et reditus liber publicatus fuit.

De foro publico ad Olomucium.

Sat procul ex promulgatione libertas et securitas cuilibet Olomucium veniendi innotuit, inde non solum in exilio existentes, sed multi non ex necessitate, plures curiositatis causa veniebant. Prima qvidem die ad aliqvot horas licitum fuit, sed nulli pernoctare praeter olim domesticos permissum. Altera die autem Commendans videns freqventem advenientem populum, ne intromitterentur ad civitatem, mandavit. Inito desuper cum bellico consilio ob iustas causas considerationesqve aliter institutum, immissis Commissariis extra civitatem, qvi a muris una explosione musceti forum designarunt, et in medio fori in loco eminentiori recte ut olim fuit Capucinorum monasterium excubias posuerunt fortes, ubi deinceps vendentes conveniebant et ementes. Et non male factum. Fuit iam in civitate pestilentialis infectio, necdum apud omnes cognita, sed esculentorum occasione, qvae in foro vendebantur. Multi ex civitate

avide non usitatos diu tales cibos, fructus, vinum, et similia sumpserunt, potarunt; inde febres, dissenteriae, collicae, vel malignae febres magis ac magis augebantur. Extranei vero vestes putridas, et infectas emebant, et inficiebantur, inde magna pestis et corruptio aëris.

De studioso Centenario capto.

Erant constituti a Generali Caesareo venatores peritissimi pro Officialibus dati Walachis seu Schnoponibus rusticis, qvi attenderent ad excursiones hostis ex civitate. Inter illos qvidam Philosophus generosus supra 100. Walachos commendam habuit, inde illum centenarium appellabant. Certe multum Svecis nocuit, nemini, qvos accipiebat, qvartirium dedit, praesertim natione Svecorum sine misericordia trucidavit. Extra civitatem in foro inter ementes et vendentes deprehensus captus ad Commendantem ductus, et examinatus, dum illi proponerentur patrata ab illo, confessus et non negavit, cui pro responso: proprio Te ore iudicasti, qvod nemini ex Svecis qvartirium dederis, nec tibi dabitur; absqve omni mora ad palum condemnatus. Tribus diebus in palo vixit, et cum transeuntibus locutus est. Ex mandato Commendantis carnifex exire, et ut citius moreretur, ex bombarda in ipsum iaculari debuit. Expleto opere, qvod carnifex nunqvam pro suis laboribus solutus, amplius ad civitatem non rediit; alio se cum uxore (qvae eum paulo ante praecedebat) contulit. Habuerunt male Sveci, qvod alius executor iustitiae non fuerit ipsis datus.

De iustificata una civissa.

Deficientibus vivendi rationibus Olomucii unius arcularii civitatis uxor, ut vitam conservaret, cum aliis exulavit, virum tantum domi reliqvit solum, et uti iuvenis extra civitatem pessimam duxit vitam. Sciens illa liberum accessum Olomucium, redire instituit, et a pluribus informata maritum priorem non vixisse, alium, cui recenter nupserat, accepit secum, et secure reversa est. Accidit, quod ipsum viventem, et sanum deprehenderet, territa coram ipso non virum suum, cum qvo domum reversa est, sed nuntium simulavit. Interea qvomodo priori vitam adimeret, cogitavit de medio; informavit igitur famulam,

ut pro certo remedio contra mures ad Agricolam pharmacopaeum curreret, sic saepius factum; prudens apothecarius ab ancilla qvaerit, cur tam frequenter pro tali veneno veniat, et quomodo talia paret? et addidit: qvia non contra mures tantum, sed et venenum attingere periculosum; at illa simplex: tamen mea Domina etiam cum iusculo utitur. Hinc vacuam dimisit famulam, imo illi, et domesticis tale prohibuit iusculum, concredidit arculario totum famula, et ne de tali sumeret iusculo. Sic igitur hoc veneno interficere maritum utpote fortioris naturae non potuit. Una nocte dormientem in lecto cum iuniore suffocare coeperunt; expergefactus violenter se eripuit ex eorum manibus, per fenestram ad plateam saltavit, et recte e regione domus ab excubiariis; strepitus auditus, imo saltantem advertentes, ab ipso rei statum intellexerunt. Eadem hora foemina cum iuvene capti Iudici civitatis iussu Commendantis traditi sunt. Negotium examinatum; foemina torturas timens benevole fassa est, post exitum ex civitate iam qvatuor viros se tam veneno, qvam aliis modis interfecisse. Vir ille iuvenis ex civitate per carnificem eductus, illa vero gladio perimenda adiudicata. Sciens decretum iudicis, gratias egit iudicio dicens: Se severiorem promeruisse sententiam. Confessarium vocavit, poenitentiam flens perfecit. Anteqvam educeretur, curavit sibi adferri vestes pulchras, decentissime se ornavit, devotissime, et laetissime ad locum iustitiae properavit, ubi decollata est. Arcularius vero eo qvod ancilla, ne biberet iusculum venenatum, eum praemoneret, non ingratus beneficii accepit eam in uxorem, sed degustato veneno, anteqvam praemoneretur, totus fuit valetudinarius, tantum duobus annis vixit. In domo Reverendissimi domini Mercuriani obiit 1650.

De Kalkopff Corporali.

Qvidam Corporalis, seu Kopral Caesarianus, a Svecis captus, nomine Carolus Kalkopff dictus, ita calvus, qvod in capite, et barba nec ullum capillum habuerit, ideo ab omnibus ita nominatus est, natione Italus, linguae germanicae, ungaricae, bohemicae, gallicae gnarus, mediocris staturae, subnigrae faciei, astutissimus et egregius miles, ad carceres ductus diu ranzionem ferme qvatuor mensibus expectando, sed si nemo ex Caesarianis fuit, nec se apud Svecos insinuavit, ut ipsum

redimeret, propter miseriam, qva patiebatur, Sveco se pro servitio tradidit. In eodem servitio ut apud Caesarianos hosti fidelissime servivit. Cum foras in persona excurreret, semper multos adducebat captivos Olomucium; cum paucis exibat, et semper impar: qvintus, vel septimus, aut nonus, undecimus, vel decimus tertius, et nunqvam cum pluribus, qvam tredecim redibat. Non fuit novum, etiam 50. personas adducere etiam supremos. Est ibi non procul Wischkovia aliqvis prope sylvam ponticulus, et illa via omnes, qui pergebant Wischkoviam, vel Brunam, transire oportebat; qvando venari aliqvos voluit, ponebat in eminentiori loco vel altiori arbore excubias, ad planitiem ubiqve advertentes, in sylva cum tympano aliqvo eqvites posuit, et se sub ponte, caeteros circa pontem in fossis, non procul unum ab altero cum tubicine occultavit; signo dato ab excubiario de advenientibus, tympano, tubis, et clamoribus timorem incutiebant, capiebant, spoliabant, qvandoqve ad instar Turcarum ligatos adducebant captivos.

De pluribus a Kalkopff captis.

Habuit semper calvus Kalkopff Italus aliqvos exploratores rusticos, qvos optime solvebat, venerunt ipsi avisa per unam sylvam qvemdam dominum N. N. collectorem contributionum cum multa summa pecuniaria transiturum, et pro salvo conductu ad 60. tam eqvites, qvam pedites habentem. Kalkopff per dies tres cum suis tredecim vigilavit, et expectavit. Adveniente illo exactore ita rem ordinavit, ut milites eum et currus primo spoliarent armis et dein eum caperent. Item aliqvae Comitissae illa occasione Brunam pergebant; omnes adducti Olomucium capitivi, erant personae ultra centum. Omnium pecuniam, et spolia Commendans accepit, et adhuc personalem ranzionem repetiit. Etiam ipsi Sveci non poterant satis mirari, et acsi habuerit aliqvem inclusum, aut magiam ei adscripserunt.

Non habebat Kalkopff inclusum, vel magiam.

Expurgabat se Kalkopff, qvod non habuerit inclusum vel magiam, imo ipse mirabatur, qvod ei ad manus omnia veniant, et solam poenam Dei in illis advertebat, qvos capiebat; omni tempore qvando excurrere voluit, ut Catholicus semper pridie

confessus est et communicavit, et qvasi illam diem pro festo honoravit, et protestabatur apud Confessarium, velle capi a Caesarianis, si foret absqve damno aliqvo corporis, et libentius inserviret Imperatori, qvam hosti. Domi existens nunqvam missam, et concionem, ac bona opera negligebat.

Kalkopff captus a Walachis, seu Schnophonis.

Ut Catholicus Kalkopff habuit scrupulum serviendi Sveco, Caesaris hosti, capiendo Caesarianos licet habuerit occasionem mactandi aliqvem, non fecit, qvia pro voto ipsi omnia succedebant; qvaesivit igitur, ut caperetur, et captus hoc modo. Ceperat Centurionem seu Capitaneum Walachorum illum, ut supra nominatum, et libere dimisit eum hac conditione: Cras in tali loco cum pluribus tuis venies, et ego non fortis comparebo, et capies me; factum ut ordinavit; Centurio cum 40. Walachis venit, et Kalkopff cum 4. suis capi se permisit. Caesariano Generali praesentatus, Compagnia ipsi fuit data. Rittmeister existens, multum Svecis nocuit, multos capiebat, et plures occidebat.

De Beser Pauer milite Corporali.

Multi ex oppidis et pagis homines, toti in suis locis ruinati, ad sylvas certas, vel montes sese recipiebant, ibiqve ad exitum hostis habitabant. Optime hoc advertit qvidam Corporalis ex Svecicis astutissimus, et mille artifex; multos tentabat in sylvis capiendi, et spoliandi rusticos. Assumptis sibi similibus ex eius compagnia eqvitibus sciens loca, ubi habitabant, venabatur multos, et pecora eorum; si non potuit multum efficere eqvitando inter sylvas, mutando vestes relictis suis ad partem sociis, ipse solus exibat, et linqva eorum, et pronuntiatione (erat enim Moravus) loqvebatur et eos decipiebat, capiebatqve.

Beser Pauer lanio.

Sciebat Corporalis omnia loca per totam Moraviam, et assumpto uno vel altero socio, in sylvis tuguriola, in qvibus morabantur cum suis gregibus rustici, circuibant, et de venalibus pecoribus inqvirebant, et ut fides eis daretur, ex tali oppido, vel tali pago se esse appellabant. Semel habentes empta pecora non pauca, Beser Pauer sociis pellenda ante se commisit;

postqvam ea solverit brevi secuturus, cum rusticis paululum progreditur, qvasi locum, ubi eis numeraret pecuniam, qvaerens. Interea socii ad alios pervenientes equites, tuba terrorem rusticis iniiciunt, cito occurrentes eos, et pecora accipientes, eosqve, ut Olomucium pellerent, coëgerunt.

Beser Pauer mendicus.

Ne agnosceretur Kopral, Beser Pauer, semper alio vestiebatur habitu. Aliqvando cum sociis suae compagniae eqves exiverat, et in nemore eqvis uni vel alteri custodiendos traditis, cum reliqvis mendicorum laceris vestibus indutus per sylvas apud rusticos mendicatum de die, et magis exploratum ibant, et ubi aliqvid viderint, de nocte ut fures et latrones furabantur, ex cazis homines expellebant, spoliabant, et si fuit resistentia, interficiebant pauperes, et cum praeda revertebantur ultimo ad suos eqvos.

Beser Pauer rusticus malus.

Non amplius potuerunt esse securi rustici in montibus et sylvis maxime propter Besen Pauer; constituerunt ergo tempus, ut ubi venerint ad sylvas, ipsum caperent, vel occiderent; hinc multi milites conducti, et ipsi rustici scientes esse cum suis eqvitibus in sylvis, eum venabantur. Videns in periculo se esse, ex sylva non potuit cum circum circa excubiae fuerint; iam iam vix non captus ad densum nemus secessit cum suis, pelliceum seu Zipelpeltz induit, alios in nemore reliqvit stare, ipse vero in via, qva erant transituri, arborem ascendit, ut videri possit; mox transeuntes eum viderunt, et qvid faciat in arbore hic interrogarunt? at ille: qvod fugerit malum rusticum, qvi hic et nunc praeterivit, et non procul abest. Cum illi cursum continuant, Beser Pauer cito descendit, ad suos vadit, et ita manus eorum effugerunt, imo illas excubias, qvae erant propter Besen Pauer et eius socios eqvites positae in fine sylvae adduxerunt secum Olomucium captivos. Hinc in proverbium venit ille astutus Corporalis, qvod in specie rusticana se ipsum appellavit malum rusticum, vocatur igitur Beser Pauer usqve huc.

Beser Pauer hospes.

Facta pace fuit liberum etiam Svecicis militibus remanere, ubi voluerint. Abeuntibus Svecis Pomeraniam et in Sveciam remansit Beser Pauer (ut Moravus) in sua patria, bonus alioqvin Catholicus, uxorem duxit Olomucii olim domini Samuelis Zub, apothecarii, filiam seniorem Rebeccam. Conduxit publicum diversorium apud illustrissimam dominam comitissam de Salmis Kralicii ad tempus. Interea in suburbio Olomucensi aedificavit sibi publicum hospitium, et agit hucusqve hospitem, et ex pessimo rustico hominem omnibus acceptabilem et bonum Oeconomum, affabilem et polyticum Olomucense acqvisivit suburbium.

De Bibliopola, seu Impressore.

Unica in marchionatŭ Moraviae impressio Olomucii antiqvissima erat. Illis diebus Impressor privilegiatur dominus Nicolaus Hradeczky de Krusnaw, vir senio confectus, et eius domina Dorothea, ambo prope nonagenarii. Erat is nummosus, sub hoste si voluit esse liber ab oneribus omnibus, a milite in domo, a propugnaculis, et aliis occurrentibus exactionibus, illi Officiali, cui sorte ad ipsum venerat qvartirium, iuxta conventionem cum illo factam, singulis diebus qvatuor aureos dabat; duravit hoc ad medium annum, postea ad medium annum tres; deinde ad annum unum duos aureos omni die, seqventibus annis minus singulis diebus, ad exitum Sveci qvotidie unum aureum. Licet is laborem sub hoste non habuerit, tenuit tamen unum et alterum socium, his peste morientibus, ne solus sit, de aliqvo alio sollicitus fuit.

Impressor Nicolaus obiit.

Obierat dominus Hradeczky impressor recte in discessu Svecorum, superstes vidua Dorothea habens iam aliqva imprimenda, socii qvidem adveniebant, sed imperfecti et pro correctura non sufficientes. Sollicitabatur enim vidua a qvibusdam Ecclesiasticis propter non sufficientiam et satisfactionem in imprimendo thesium, vel aliorum librorum, ut potius ipsis stampam venderet, vel de alio impressore intelligente sibi provideret, alioqvin apud suam Caesaream Maiestatem qverelam

deposituri. Ad persvasionem itaqve benevolentium domina Impressorissa per postam non semel literas scribere mandavit, ac ubicunqve locorum sit Vitus Ettel, eum vocavit ad se. Coloniae Agrippinae inventus, ad verbum viduae Olomucii comparuit, impressionem sat bene rexit, et cum tempore reformavit.

Puer Nicolai Impressoris.

Dederat qvidam in oppido Kostelecz filium suum opificium sutoriale discere, qvi dum suam probam triennalem terminabat, deprehensus parens in furto suspensus fuit. Puer innocens Vitus Ettel a sutoribus eiectus, Olomucium veniens ad Patrem Gvardianum declinavit, et ibi aliqvo modo legere, et scribere didicit. Puerum ingeniosum dominus Hradeczky impetravit; intra octo annos perfectus socius impressoriae artis factus est, qvem optime vestitum ad terras alias iuxta contractum dimittere debuit.

Vitus Ettel in uxorem viduam accepit.

Fideliter Vitus Ettel (ac si matri filius) dominae suae inservivit; adverterunt multi fidelitatem boni iuvenis, pro parte sua habuit eos, et ut procuretur seniculae svaserunt, et dominam (licet difficulter) disposuerunt amici a iuvene ablegati facere sponsalia. Facta, et contractus matrimonialis, promisit ei ita se gerere, ut filius, et maritus; et illa impressionem legavit ei cum tota substantia multorum millium constantem. Paulo post factae nuptiae solennissimae. Domina adhuc uno circiter anno vixit. Ille vero per eam magnus dominus, et in sua arte perfectissimus, et famosissimus Impressor factus est. Accepit postea in uxorem domini Sebastiani apothecarii seniorem filiam Elisabetham, et cum ea paucis annis vixit; habens annos prope qvadraginta mortuus est circa annum 1668.

De qvodam pago Magno-Senitz.

Est pagus unus Magno-Senicensis distans uno milliari Olomucio spectans ad Capitulum Olomucense; illius pagi rustici intellecto negotio, qvomodo procedebant Sveci cum Olomucensibus, facta aliqva, qvantum poterant, provisione, suum pagum bene muniverunt vallis, et propugnaculis circumcinxerunt; dein

suis armis instructi, in sua gromada seu Conventu inter se concluserunt, nihil Svecis contribuere, imo se resolute, et unanimiter illis defendere usqve ad mortem, et insuper iuramentum deposuerunt omnes, et continuarunt prope novem annis in tali fidelitate. Aeqve atqve aliis annis agros suos colebant, seminabant, et colligebant in messe. Qvae illis erant in campis facienda, pro securitate in eminentioribus locis excubias solebant ponere, et si aliqva hostis excursio videbatur, audito in excubiis bombardae signo, omnes rustici cum suis aratris, eqvis, bobus, curribus etc. ad munitionem se recipiebant, et fortiter, si opus fuit, se defendebant. Notatu dignum prout Svecis sal fuerunt in oculis, saepius illos probarunt, nihil effecerunt, imo cum disgustu, et magno damno revertebantur. Ille Carolus Italus Kalkopff, qvamdiu apud Svecum fuit, nunqvam laesus, et inde durus vel inclusum habens putabatur, vel caracthericus, ad pagum Magno-Senicium ex bombarda traiectus fuit, et altera die hasta lethaliter vulneratus, et alii non pauci ex propugnaculis interficiebantur.

Non petierunt Magno-Senicenses salvam Gvardiam.

Amota obsidione Olomucensi ex tota ferme Moravia volentes esse securi, omnes salvam gvardiam petierunt vel personalem, vel scriptam, ipsi soli non curarunt, nec petierunt. Mirabantur praesumptionem Commendans ac alii rusticorum, qvi facto consilio bellico ad Senicenses rusticos expedivit tubicinem, ipsisqve offerebat benevole salvam gvardiam, qvam voluerint vel personalem, vel scriptam; ast nec excubiae volebant eum audire dicentes: se non intelligere Svecice. Convocatis igitur maioribus incolis ex pago, qvi ad portas venientes bombardas tubicini monstrarunt; in Deo primo et in his spem habere, et usqve ad sangvinem se velle defendere responderunt. Haec nostra salva gvardia. Cum tali resolutione tubicen rediit Olomucium.

Pace publice promulgata deprecantur Commendanti.

Post solennem promulgationem pacis (1650) colligebantur per Moraviam currus, qvibus eveherentur Sveci; etiam ex Magno Senicio suas vecturas debuerunt Olomucii praesentare. E medio igitur illius pagi rusticorum Communitas tota Magno-Senicensis

duos ambassatores intelligentes, loqvaces, et audaces rusticos elegit, et cum curribus ad Commendantem Olomucium ablegavit, qvi audacter accedentes audientiam petierunt, et obtinuerunt. Oratione facta lingva Moravica si forte Commendantem, vel illius milites elapsis annis offenderint, petierunt sibi condonari, et ut simplicitati rusticanae et crassae adscribere velit. Curiositatis gratia multi Officiales Magno-Senicenses heroes advenientes videre volebant, in qvorum praesentia cum respectu excepti, et quod se tam egregie defenderint, fuerunt collaudati. Et addidit Commendans: tales oportet habere Imperatorem fideles subditos, et egregios milites. Curavit ipsis dari crematum, qvantum volebant. Et ad portas civitatis scribi mandavit in haec verba: datur Magno-Senicensibus fidelibus Imperatoris ad civitatem introitus, et exitus securus. Signum bonae expeditionis in scriptis ex cancellaria Commendantis suae Communitati acceperunt, et abiverunt.

De libertate Patris Paulini Gvardiani.

Qvomodo tractaverint Sveci Ecclesiasticos, iam superius scriptum, aliisque in exilium expulsis, unico remanente Patre Paulino ad S. Iacobum Gvardiano; causa nulla data in eum omnem hostilitatem exercuerunt per septem annos, qui neqvidem pedem movit ex Conventu, sed semper habuit tales, qvi advertebant in eum. Anno tandem ab ingressu Sveci septimo, paulo mitius tractabatur. Emanatum enim fuit decretum in consilio bellico, et publicatum, cuius tenor talis. Primo conclusum, obstetricibus, qvae inserviunt parientibus foeminis die et nocte absqve insinuatione libere transire. Pro 2do parantibus, et siccantibus polentam, polentariisque. Pro 3^tio^ Monacho a Sto Iacobo, ubi fuerit ad infirmos vocatus; transeuntibus autem absqve lumine de nocte, ad interrogationes excubiarum, ubi audiverint (Wer da) obstetrix: Baba, Polentarius: Meltzer, Monachus: Pfaff; et hi, cum audiverint: lass einpassiren, abibunt ut volunt. Iam tunc Pat. Paulinus superbire debuit, transeuntibus enim vetulis et polentariis non assurgebant excubarii, sed cum transiret ille, et audirent Pfaff, Officiales et alii cum armis assurgebant stantes in ordine.

P. Gvardianus vocatus Wiennam.

Adveniente hoste Olomucium, in illo magno tumultu aufugientibus multis ex civitate, et alii ex Senatu territi exulaverunt, qvi de remanentibus domi multa et minus vera sparserunt, quae non conveniebant; etiam aula Caesarea Wiennae fuit plena his rumoribus incertis. Hinc Illustrissimus dominus Camillus Meltius archiepiscopus Capuanus apud Caesaream Maiestatem a latere Nuntius apostolicus occasione futuri Capituli Provincialis, in qvo authoritate Reverendissimi Patris Generalis eiusdem capituli Austriae provinciae Praeses institutus, Patrem Paulinum Gvardianum Olomucensem pro capitulo dicto citavit et ab eo de occupatione, et traditione civitatis informationem habere voluit, et intellexit, ut alibi notatum.

De Capitulo Provinciali Wiennae anno 1649.

Propter rationabiles causas delegata est licentia a Reverendissimo Patre Generale non alicui alii, qvam Illustrissimo domino Nuntio apostolico, ut supra, praesidenti in capitulo provinciae Austriae Wiennae. Hic iuxta praescriptum Urbanarum Constitutionum per literas omnes, ad qvos electio spectat, citavit, utpote diffinitores tam perpetuos, qvam temporaneos, Magistros in theologia, Custodes, Discretos, etiam Patrem Paulinum e medio Svecorum ut vocalem advocavit, imo Commendanti literas propter dimissionem dignatus est scribere, qvas eidem praesentando non solum eum Wiennam licentiavit, sed interim inspectionem Conventus habuit usqve ad reditum.

Ante inchoatum Capitulum scrutinium.

Iuxta mentem Reverendissimi Patris Generalis loco visitationis Provinciae cum vocatis ad Capitulum scrutinium fuit qvatuor diebus ante principium Capituli; a iunioribus vocalibus ad palatium unum par post aliud cum palliis veniebant, et a Nuntio examinabantur omnes separatim, et a Cancellario apostolico notabantur, qvae narrabantur. Facto scrutinio ad Conventum S. Crucis perrexit, et convocatis omnibus fratribus Patentes sibi a Reverendissimo Patre Roma missas legi mandavit, et diem seqventem pro 1ma sessione instituit.

Sessio prima.

Altera die mane media 8va sacro celebrato Nuntius apostolicus in refectorio sermonem doctissimum habuit ad fratres, qvo finito omnia officia sibi resignari fecit. Et cum ei multa et continua Suae Caesareae Maiestatis, et qvandoqve Apostolica incurrant negotia, propterea se non posse bonis Patribus semper inservire. Unum e medio Fratrum Capituli Inspectorem seu Gvardianum instituere in loco sui decrevit, et, ut aiunt Constitutiones Urbanae, duo ab ipso propositi fuerunt: Pater Paulinus, et alter; et cecidit sors super Patrem Paulinum, cui praeter benedictionem dato pastorali bis de die in puncto hora 8va antemeridiana, et post prandium hora tertia se de sessionibus certiorem reddere iussit, uti factum usqve ad finem Capituli.

Qvardianus Capituli Pater Paulinus.

Ex debito sui officii Gvardianus Capituli in medio maioris refectorii facto throno ornatissimo singulis diebus et horis institutis Illustrissimum Praesidem per duos ex Senioribus Doctoribus ad sessionem invitavit, qvi cum ipso revertebantur. Interea ad signum campanae omnes fratres convocati processionaliter obviam procedebant, eos subseqvebatur cum duobus ceroferariis et acolytho aqvam benedictam portante indutus superpellicio Hebdomadarius. Procedebat autem Pater Gvardianus Capituli, et Praesidem cum honore recipiebat, qvi stantes omnes per ecclesiam et ambitum ad refectorium aqva benedicta aspergebat.

Electio Ministri Provincialis.

Sunt clarae constitutiones Urbani VIII. in capite VIII. Regulae de electione Ministri Provincialis modum, et dispositionem docent. Ante electionem ergo aliqvot praemissae sessiones, in illis Illustrissimum Praesidem esse oportebat, et in principio cuiuslibet sessionis gratia spiritus Sancti (ut est moris) implorabatur. Hac expleta termini novae electionis causa et iuramento de probiori eligendo deposito, nec non decreto de qvalitate ministri Provincialis perlectis, missa fuit solemnis decantata. Dein schedulis datis scriptis suffragiis, et a duobus separatim perlectis fuit actualis electio. Qvi votis ultra medie-

tatem excesserit, censetur legitime electus Provincialis, et si paria vota duo, vel tres habuerint, feruntur denuo suffragia. Et si non receperit aliqvis illorum ultra medietatem, nullatenus tertio, tunc iam devolvitur ad Generalem.

Concurrunt duo in electione.

In illo Capitulo concurrebant duo in electione: Admodum Reverendus Pater Magister Cornelius Oytweiler, et alter: Admodum Reverendus Pater Magister Ambrosius Fornator. Ambo paria vota acceperunt. Secundo similiter vota dabantur in illis qvoqve similia. Revera consternatus Praeses Capituli, qvod Provincialem non elegerint. Fecit sermonem lamentabilem ad Capitulum dolenter accipiens, qvod ipsi non successerit, ut voluit, et suo adscripsit infortunio, et haec protulit verba: O! me infelicem, qvid dicet Sua Maiestas Caesarea? qvid dicent Principes Wiennae praesentes? qvid aula dicet? qvid dicet Reverendissimus Pater Generalis? qvi mihi commisit negotium tantum, qvando devolutio ad Eum veniet, et vobis fratres confusio.

Cessit unus alteri.

Commoti duo electi illa tristissima exhortatione, secum collocuti, et unus alteri cessit. Admodum Reverendus Pater Magister Cornelius Admodum Reverendo Patri Magistro Ambrosio, et vice versa Ambrosius illi. Collaudavit Praeses sapientiam utriusqve, et qvaerit: qvis eorum sit Senior? confessi qvalis aetatis fuerint, at ille: cedat ergo iunior Seniori, et pro futuro triennio alteri reservetur gratia. Approbavit itaqve Admodum Reverendum Patrem Magistrum Cornelium, et Admodum Reverendus Pater Magister Ambrosius post tres annos fuit electus.

Terminatur electio Magistri Provincialis.

Pro conclusione Capituli Illustrissimus Nuntius apostolicus ad fratres facta oratione domino Cancellario apostolico (qvi omnia acta praesens in Capitulo conscripserat) electum Provincialem Magistrum de nomine, et cognomine publicari mandavit. Pater Gvardianus Capituli aperto refectorio et ante

praeparata musica, dato signo campanae omnes fratres ex Conventu ad refectorium vocavit, qvibus processionaliter ad ecclesiam pergentibus Praeses Capituli decantandum incipit: Te Deum laudamus, qvo finito, et gratiarum actionis oratione facta novus Provincialis Magister ante maius altare in manibus Nuntii apostolici in sella sedentis fecit professionem fidei, ipsiqve Provinciali penes Nuntium in alia sella sedenti omnes, et singuli debitam praestiterunt obedientiam. Pro ultimo: ipse Illustrissimus Nuntius missam in gratiarum actionem de SS[ma] Trinitate solenniter celebravit, et finem Capituli posuit.

Doctoralis laurea Patri Paulino SS[tae] Theolog. Bacc. oblata.

Ex Collegio Pržikoviano qvondam Cracoviae Pater Paulinus cum aliis a Reverendissimo Patre Generali in Italiam vocatus pro studiis, et Romae examinatus est; sed ob auram ipsi contrariam, et magnam infirmitatem ad studium Wiennam missus et collocatus, ibidemqve sub Octaviano, publico Theologo et Conventus Gvardiano, maxima inter Italos et Austriacos turbatio, et conseqventer distractrio tunc exorta fuit ut in studiis ita in aliis, uti alibi dicetur. Stantibus his Patrem Paulinum provincia Austriae non absqve consensu Reverendissimi pro officio eiusdem provinciae applicavit. Post aliqvos vero annos Reverendissimus in capitulo Generali pro Doctorali laurea duos, Reverendum Patrem Franciscum Kayserspek, et Patrem Paulinum licentiavit, authoritatemqve Illustrissimo domino Nuntio apostolico eis conferendi Doctoralem lauream dedit. Patri Francisco, uti Wiennae existenti Concionatori ordinario, citius, sed Patri Paulino primum occasione Capituli (in qvo idem Nuntius apostolicus praesidebat) praenominata laurea Doctoralis oblata fuit.

De caeremoniis in conseqvenda laurea Doctorali P. Paulini.

Anno a partu Virginis 1649 die vero 14. Septembris peracto Wiennae ad S. Crucem Provinciali Capitulo Illustrissimus Nuntius apostolicus missam solenniter (utpote in patrocinio exaltationis Sanctae Crucis) celebravit. Et in praesentia totius Capituli, et magna multitudine populi (ut in Constitutionibus praescribitur) servatis servandis lauream Doctoratus P. Paulino contulit. Interim Caesarea solennissima musica Te Deum

laudamus etc. cum tubis etc. decantavit. Qva finita Neo-Doctor publicam orationem gratiarum actionis tam Promotori, qvam etiam omnibus Principibus, et Praelatis, ac omni populo, qvi aderat, gratitudinis causa perfecit.

Invitatus a neo-Doctore Nuntius apostolicus ad prandium.

In principio Capituli Provincialis Sua Caesarea Maiestas pro tractatione fratrum per Cancellarium Nuntii apostolici Patri Paulino uti Gvardiano Capituli trecentos misit florenos. Hanc pecuniam Patri Cornelio, Procuratori Conventus Wiennensis, dispensandam tradidit. Intuitu huius eleemosynae annuente Admodum Reverendo Patre neo-Provinciale, facta oratione publica ut supra, Illustrissimum dominum Nuntium apostolicum Pater Paulinus neo-Doctor in ecclesia ad prandium invitavit; qvod nunqvam fuerit in prandio, a qvo est Wiennae Nuntius, se taliter Nuntius excusavit, imo ipsum novum Doctorem cum caeteris in prandio habere voluit ut seqvitur.

Convivium apud Nuntium apostolicum.

Praeter provisionem de cibis et vinis, qvam fecerat Illustrissimus dominus Nuntius apostolicus sub Capitulo excusando se Patri neo-Doctori Paulino a prandio, potius ipsum cum Admodum Reverendo Patre Magistro Provinciale in crastinum ad convivium, et alios omnes nostros Doctores invitavit, et modo tali: Admodum Reverendum Patrem Provincialem cum neo-Doctore Paulino; Admodum Reverendum Patrem Magistrum Ambrosium et Admodum Reverendum Patrem Henricum Dens. Seqventibus vero diebus similiter qvatuor Doctores, et sic omnes usqve ad ultimum tractavit. Praeponebantur ibi cibi portionaliter unicuiqve nihil cocti, sed diversissimae et recentissimae pastetae optime conditae, de assis cibus ultimus, omnibus separatus phaseolus saccarro, et aromatibus conditus. Post pastum: fructus multiplices, et de saccarro species plurimae; de vino duae lagenulae, de hispanico una, et de Rhenensi altera; Singuli habebant vitrum qvoqve aqvae plenum, et minus vacuum, qvi voluit temperare vinum cum aqva, potuit.

In valedictione privilegium.

Finito convivio valedicenti Patri neo-Doctori Paulino Dominus Cancellarius privilegium Doctoratus nomine Illustrissimi Praesidis Capituli praesentavit. Adiungit Illustrissimus, ut Pater Paulinus peteret, qvid velit; sed ille, nisi gratiam, et benedictionem petiit. Magnas partes de reliqviis S. Martini P. et M. et S. Lucii E. M. et authenticum obtinuit de super praedictis reliqviis cum viatico, qvas pro memoria habuit. Item una cum Admodum Reverendo Patre Provinciale uti Decano Carnoviae in Silesia, ubi sub Sveco a fide Catholica multi ob eius absentiam aberraverant, licentiam relapsos, et in Bulla coenae Domini, imo Pontifici casus reservatos absolvendi in scriptis (durante tantum sua nuntiatura) impertivit Nuntius et concessit.

Copia Doctoratus Patris Paulini.

Camillus Meltius, Dei et apostolicae sedis gratia archiepiscopus Capuanus, Sanctissimi Patris, et D. N. Innocentii divina providentia Papae X. ac eiusdem Sanctae Sedis apostolicae apud Sac. Caesaream Maiestatem Ferdinandum III. in Imperatorem electum, nec non per Germaniam, Hungariam, Bohemiam, Austriam, Styriam, Carinthiam, Croatiam, Carniolam, Goritiam, universumqve I. R. districtum cum Facultate legati de latere Nuntius etc.

Reverendo Patri Fratri Paulino Zaczkowicz de Gniaždow Ord. Min. Convent. Sancti Francisci, A. L. et SS^tae^ Theologiae Doctori salutem et prosperitatem.

Virtus et honos ea cum sint necessitate coniuncta, ut sola virtus ad honorem mortalibus aditum praebeat et accessum, honor vicissim virtutem nutriat, foveat, et augeat, neqve vera videatur virtus, cui iure non succedat honos, nec honor verus, qvi non ex virtute conceditur, optima ratione penes antiqvae sapientiae Patres certissimum semper fuit, virtutem aut rebus omnibus anteire, perinde solam sibi sufficere, vel certe (qvod proemium dari qveat) id unicum existimarunt honorem. Qvorum prudentissimam sententiam Seraphica religio laudabili semper prosecuta instituto in dilectos suos filios, qvos multiplici virtutum et scientiarum cumulo ornatos agnoscit, Magistrali Doctoratus laurea decorare consvevit, ut et eos ad

maiora acqvirenda promptiores faciat, et qvi adhuc in stadio currunt, ut ad metam altiori animo properare intendant.

Nos igitur tibi Reverendo Patri Fratri Paulino Zacžkowicz, qvi Sacrae Theologiae, nec non ingenuarum artium studia aggressus et a venerabili Diffinitorio Generali admissus, et approbatus, Tibi, inqvam, hodierna die, qvae est decima qvarta Septembris ipso duntaxat Festo Exaltationis S. Crucis anni millesimi sexcentesimi qvadragesimi noni Wiennae Austriae post habitum sacrum, praesentibus pluribus praedictae tuae Religionis Patribus et Fratribus, nec non aliis Admodum Reverendis, Perillustribus, et Nobilibus dominis et populi qvam plurima multitudine post fidei professionem emissam Sacro codice tradito, biretro nigro, annulo digitis imposito, cathedrali sessione exhibita, Magisterii et Doctoratus signa publice contulimus; Teqve A. L. et SS[tae] Theologiae Doctorem et Magistrum pronunciavimus, et declaravimus cum omnibus, et singulis praerogativis, gratiis, privilegiis, indultis, immunitatibus, honoribus, gradibus, et praeeminentiis, qvibus alii Doctores et Magistri de iure, vel approbata consvetudine in qvovis Ordine, potiuntur et gaudent. Praesentes faciendas in signum mandavimus, easqve nostro sigillo obsignari iussimus, propriaeqve manus subscriptione munitas dedimus ad honorem Sanctissimae Trinitatis, Sanctae Romanae ecclesiae, religionis tuae et Seraphicae propagationem. Wiennae Austriae in residentia nostra die, et anno ut supra.

Camillus
Archi-Episcopus Capuanus.

locus
pendentis
sigilli
maioris

Petrus Petruccius N. A.
Cancellarius.

De conclusione pacis.

Nihil potest esse charius, qvam pax. Hanc et ipsi Sveci desideranter exspectabant Olomucii; de hac diu tractabatur in imperio inter Principes, tandem Deo disponente uno vespero conclusa fuit. Uno vespero circa occasum solis innumerabilis plane multitudo Ciconiarum advolavit Olomucium, et supra tecta omnium ecclesiarum, supra Curiam civitatis, et omnes

domos Canonicorum in praeurbio, et qvae erant altiores domus in civitate, ordine pulcherrimo se posuerunt, et compositae sederunt per totam noctem, et mane in ortu solis iterum avolarunt. Sveci omnes nunqvam visa tanta multitudine huius speciei avium, aspicientes aves mirabantur, imo consternati insomnem habuerunt noctem illam. Positis ubiqve fortioribus excubiis discursus varios habuerunt, et aliqvid novi denotare consuluerunt. Altera die tam in concilio qvam in bellicis postis divinarunt. Qvaestio facta inter reliqva, ex qva parte venerint, et qvorsum advolaverint? viderunt multi a parte occidentali advolasse, et ad partem septemtrionlem avolasse. Multi praesignarunt, si ex occidente ubi pax tractatur, et Sveciam versus advolarunt, certe pax conclusa in Imperio et nos post ciconias in Sveciam abituri. Et post qvatuordecim dies verificatum, qvando Commendans accepto exemplari tractationis pacis et conclusionis, quod illa die, qva advolaverant ciconiae, et ipso vespero pax conclusa fuit, et ut se paulatim cum suis praeparet pro discessu, Commendans admonitus est.

Promulgatio pacis.

Edoctus ex literis Commendans, Consilium bellicum advocavit, et qvid sint facturi, anteqvam veniet ulterior dispositio, consultabant. Per Officiales suis militibus laetum nuncium pacis promulgare mandavit. Item Consulem et Senatum, et per eos totam civitatem consolatus est, ut bono animo sint, libere omnia sua exercerent, confidentiam habeant ad Svecos et affectum sincerum, non iam ut hostes, sed amicos. Suis etiam Officialibus et militibus, ne amplius alicui ex civibus vel minimam faciant molestiam interdixit; si secus fecerint, severe punientur. Talis concordia, et unanimitas per Praeconem ex decreto consilii bellici in omnibus plateis promulgata et commendata fuit. Interea parabantur reqvisita pro triumpho, tormenta advehebantur ad medium forum, et similia.

Triumphus pacis solemnis.

A Generali Svecico dies gratiarum actionis assignata, in qva triumphum totius diei Olomucenses Sveci celebrarunt ad istum modum: in primis mane illa hora, qva pro Ave Maria,

seu salutatione Angelica, pulsatur, ex omnibus simul tormentis, qvae erant tam in propugnaculis, qvam etiam in civitate et vallis disposita terna vice datum Salve, intra ternum dictum Salve, musica cum tubis et tympanis in turribus distributa fiebat; post dictam salutationem omnia regimina suo ordine armis instructa, cum vexillis, tympanis ex suis locis progrediebantur, et in puncto tertio qvadrante ad horam septimam in foro comparuerunt. Ab hora illa iterum ex tormentis in locis omnibus cum alternata omnium militum (intermedia musica) fiebant explosiones usqve ad horam octavam. Ab illa hora campanis in turribus, ecclesiis, capellis, vel domibus, si reperiebantur, pulsabatur tota illa hora. A nona omnes Catholici (etiam Lutherani in suis ecclesiis) Te Deum laudamus incipientes in gratiarum actionibus devoti hora integra perseverarunt. A decima per plateas musica, et cantica spiritualia, et per domos tam apud Catholicos, qvam Svecos pro cuiuscunqve voluntate, vel devotione constituebantur. Ab hora undecima ad duodecimam silentium, et milites tamen in foro stantes, nec illa hora descenderunt a suo ordine. Post prandium qvoqve audito magnae campanae sonu in Cathedrali et Parochiali ecclesiis pro Ave Maria ex tormentis omnibus ut mane dabatur Salve. Hora 1ma pulsus campanarum. Hora 2da vesperae solennes, et hoc modo usqve ad finem diei, acsi festus aliqvis, dies in triumpho et magna laetitia terminatus fuit.

Laetitia in promulgatione pacis.

Nemo crederet, qvanta fuit laetitia in triumpho, seu publicatione pacis. Pulsus campanarum, et horologia omnia toto tempore a Svecis prope novem annis fuit interdictus, pro missa solum vix aliqvod signum campanae dabatur, nec tempore sepulturae alicuius demortui; pulsum campanarum ipsi Sveci sciebant causam, cur prohibuerint. Similem pulsum omnibus campanis, qvotqvot erant in civitate audientes, prae nimia laetitia populus flebat. Aliqvi ac si essent extra se, vel mente capti, pulsus si aliqvos deprehendit in plateis, in terram cadebant; aliqvi lachrymantes in coelum manus levabant, et Deum benedicebant.

Non solabatur aliqvos pax.

Svecicus miles, maxime foeminae, incredibiliter in illo triumpho flebant, nec ex pace conclusa, et publicata fuit eis consolatio. Et ego ex curiositate videns tantam lacrymarum effusionem Svecarum foeminarum causam inqvisivi, pro responso accepi: Si pax est, natus sum in bello, domum non habeo, patriam nescio, amici mei nulli, bellum totum meum bonum, hic et nunc qvorsum? militissae cum liberis ac si stultae per plateas incedentes lamentabantur: Sub Dio tota vita mea, inter milites fui, liberos habeo tot, et nullus maritus certus. Mater dicebat: Filii mei in tanta necessitate nec Matrem, nec Filios agnoscunt esse suos, qvid faciam? Ad petitionem aliqvarum Svecarum commiseratione aliqvi ducti cives, dono accipiebant filios, et filias.

Liberi incarcerati.

Olomucii, et in omnibus praesidiis, qvae Sveci tenebant in Moravia, si aliqvi tenebantur captivi cives vel milites Sveci, aut Caesariani ex carceribus dimittebantur, et libertate donabantur. Satisfactione tamen facta, prout potuit fieri, ibant, qvo volebant. Item si alicui militum in Moravia, Austria, Silesia remanere placuit, tempestive sibi providere de literis dimissorialibus, seu Abschiedt debuit; fuit ad placitum, sed cuiqve suas literas apud Officiales servare oportebat, et non citius, nisi postqvam venerint ex provinciis his, abituri, uti multi post exitum Sveci redierunt, et se in Moravia collocarunt.

De processionibus publicis.

Oportebat qvidem inter alia etiam simul de processione publica, ab ingressu Sveci anno 1644 in praeurbio Olomucii celebrata, aliqvid perscribere, sed ad aliam solemnitatem, qvae post publicationem pacis in ipso die Corporis Christi facta est, transferre visum fuit.

Anno igitur 1644 in favorem occultorum Catholicorum Officialium, et aedificationem acatholicorum Svecorum, qvi nunqvam viderunt devotionem Corporis Christi, solemnem processionem, resolvente se Patre Gvardiano ad S. Iacobum, et

imminente solemnitate Corporis Christi, celebrare voluit. Commendantem accessit, et consensum obtinuit.

De reqvisitis pro processione Corporis Christi.

Multa reqvirebantur pro hac solemnitate necessaria. Praeter alia arbores, seu rami virides de more solito in plateis pro ornamento Processionis ponendae. In illo statu miserrimo pro his acqvirendis difficultas magna. Cum consensu igitur Commendantis Pater Gvardianus assumptis aliqvibus civitatis pueris qvaesitum res huiusmodi extra muros civitatis perrexit, et ibi nihil ad propositum repertum est. Ultra prohibitionem excubiarum eqvestrium ad pagum Chwalkowitz properavit ad nemora proxima; vix intravit principia nemorum, qvinqve Walachi ex monte illos intrantes adverterunt, securibus et bombardis armati, eos ceperunt, et qvid velint, in sylvis inqvisiverunt.

Captus a Walachis Gvardianus.

Captus cum caeteris et ductus ad ecclesiolam in monte sitam, qvid sint facturi inter se? consultarunt. Intervenit interim primarius Walachus sylvanus, Gallus de nomine, et Patri Gvardiano bene notus, qvi post brevem discursum ad unam explosionem ex bombarda multos advocavit alios, cum qvibus ad partem consultando ad Gvardianum rediit, et ab eo, qvid agatur in civitate, intellexit, adiunxitqve: si non fuisses Pater notus, aliter insolentes isti tecum instituissent. Iussit igitur Gallus secari et ligari sufficientes arbores pro processione illa, et ne proderentur Walachi in montibus his, praecepit, et libere eos dimisit, qvi sat periculose arboribus acqvisitis eas domum attulerunt. In eqvestrium custodia ad Chwalkowitz, utrum viderint Walachos, diligenter inqvisitum est, et verbum promissum noto Gallo tenuerunt, et Walachos non prodidere.

Altaria pro processione posita.

Non publicam processionem in festo Corporis Christi per civitatem, sed in praeurbio tantum impetravit Pater Gvardianus. Fecit ergo qvatuor altaria extra ecclesiam S. Clarae. Primum: ad portam Carthusianorum. Secundum: ad portam B. M. V.

Tertium: ad portam Patrum Soc. Iesu. Qvartum: in porta hospitalis S. Spiritus; in illo districtu platea arboribus, gramine, et floribus sat pulchre exornata fuit. Pro illa processione Commendans, et alii Supremi invitati, et comparuerunt omnes. In civitate tunc erant alii duo sacerdotes, unus dominus Ioannes Woitius parochus Nebotinensis, secundus Pater: dominus Carolus parochus Odrensis; propter ranzionem centum Imperialium in parochia captus, et in carceribus arestatus, sed hac vice ad petitionem Patris Gvardiani dimissus, qvi ante missam illa die concionem fecit germanicam; postea isti duo Patri Qvardiano pro Diacono et Sub-Diacono in processione astiterunt, et pro Thuriferario Fr. Didacus, qvi remanserat Olomucii. Premisso itaqve solemni sacro cum tubis, et tympanis, concione Bohemica et germanica pulcherrime solemnitas Corporis Christi peracta est.

Distractio sub processione.

Recte sub statione secunda ultra duo millia militum adfuerunt in processione, et videns Commendans cum Superioribus Officialibus, qvod adhuc plures conveniant, timens, ne sub praetextu illius devotionis aliqvid mali eveniat, vel aliqva stratagemata fiant, explosione tormentorum mandavit strepitum, seu larmo, fieri; inde commoti milites, et Supremi cum Officialibus ad arma cito cucurrerunt ad postas, et hoc modo decepti dolebant maxime Catholici, qvod ad finem non continuaverint, sed reliqvus populus devotus usqve ad finem processionis perseveravit.

Processio maior in festo Corporis Christi.

Post publicationem pacis ante discessum Svecorum imminente festo Corporis Christi audiens Commendans de illa famosa et gloriosa processione, hanc cum suis Supremis cupiebat videre. Et in hoc debuit illis fieri satisfactio. Admoniti itaqve a Senatu omnium tribuum (qvi sunt qvingvaginta) Zech-Magistri, ut omnia sua pretiosa vexilla, qvae in diversis ecclesiis in suis cistulis sub fornicibus, ne putrefiant, appendi solent, deponant, et cum illis in publicum ipso festo prodeant. Processio ordinata de more solito, Ecclesiasticis necdum convenientibus tantum Pater Gvardianus ad S. Iacobum, Pater

Ioannes Woitius, qvi parochialia administrabat, duo Capucini sacerdotes et Frater Didacus, Bernardinorum laicus, illi soli ut mos antiqvus, finita solemni missa cum Venerabili ad forum maius, ubi erant altaria pro stationibus exornata, coelo sereno exiverunt.

Tempestas sub processione.

A mane illa die nulla sperabatur tempestas, et ultra spem exeuntibus ex ecclesia exorta parva nubecula perrepente coruscationes, fulgura, ac tonitrua, et mox insperata maxima pluvia; dum venitur ad stationem primam, cessavit pluvia; vix se moverunt ab altari, similis tempestas ad secundam usqve stationem, iterum sub Evangelio cessavit, finito Evangelio cum progredi opus, similiter pluvia in progressu; ad tertium altare optime, et post, uti ante; conseqventer per totum forum pessimum tempus, et sub Evangelio optima fuit serenitas. Populus, qvi comitabatur Venerabile, a partibus in domibus salvare se poterat, soli Ecclesiastici cum monstrantia licet se sub baldachino coniunctim servaverint, parum iuvit, toti madidi redierunt. Omnium Tribuum populus, viri maxime, qvi penes vexilla mansit, toties, qvoties tempestas in processione venit, relictis extra vexillis, ad partem aufugiebat. Revera in suis sumptuosis vexillis magnum eis fuit damnum factum.

Praeviderunt Sveci tempestatem.

Talis dispositio aëris illa die non sperabatur; a summo mane ad nonam usqve nullum signum apparebat tantae inopinatae tempestatis, uti finita processione tempus fuit serenissimum usqve ad vesperum. Bene praesagiverunt et ipsi Officiales Sveci, et suos praemonuerunt, ne in processione multum comparerent, constituerunt enim sibi loca et fenestras, ubi videntes hanc comoediam, suam ridiculosam haberent laetitiam, uti plus risus resonabat Svecorum, qvam musica illa solemnis; prout auditum fuit, et se Sveci laudarunt, qvod magia fecerit similem pluviam, ut se recrearent.

Nupsit Lictorissa Nobili.

Captus qvidam eqvestris Ordinis Nobilis (egregius miles Caesarianus) a Svecis de nomine et cognomine Adamus Wolsky

Bohemus, eqvis, armis, et rebus aliis privatus, in carceribus diu redemptionem expectavit. Cum nulla spes liberationis, vitam tantum servare volens, Lictorissae viduae fideliter servivit, et qvasi rustici labores exercuit. Vidua intuitu tantorum servitiorum prae omnibus captivis qvasi pro filio eum habuit; procus cum pro tempore factus, propriis sumptibus vidua pulchre illum vestivit, ranzionem Svecis, qvantum volebant, solvit, et ex civitate dimisit. Nemini innotuerat secretum, qvod voluerit Wolsky cum Lictorissa; factus enim liber memor beneficiorum ipsius perexit Brunam ad regium Tribunal, Indigenatum sibi in Moravia procuravit, et a Nuntio apostolico legitimitatem et dispensationem Wiennae, dein penes Prostannam coëmpto bono praedio, ultimo avocata Olomucio Lictorissa vidua, eam in uxorem accepit, vixitqve cum ea diu ut nobilis.

Revocationes Monialium ab exilio.

Exulaverant Moniales Ordinis S. Clarae, ut dictum supra, paucis domi remanentibus, primo se Brunam receperunt, inde in Silesia Oppaviam, et postea Koslam, ibiqve usqve ad revocationem remanserant; intra illud tempus una Brunae Francisca Polerin professa obierat, et duae Koslae, virgo nempe Catharina vicaria vitae piissimae, et alia virgo Elisabetha Schwabeckin. De remanentibus Olomucii, pace expectata, ne unica superstes fuit. Cum venerabilis Virgo Abbatissa Anna Opawska inter Svecos sola remaneret, perqvam necessarium fuit, unicam saltem pro socia bonae Matri ab exilio revocare Oppavia. Accessit qvidem domini Commendantis consensus, sed et ipse, qvomodo revocare deberet, multa proposuit dubia. Si in vestitu ut Monialis, propter excursiones tum Svecicas, tum Caesarianas periculosum, nisi esset salvus conductus, et copiosus magnis expensis. De his una, qvae ventura erat, Virgo Margaretha certior facta Oppaviae, ipsius erat cogitare, qvomodo perveniret. Peregrino igitur vestitu induta, et intus reservato religionis habitu, gibosam et turpem se formavit. Colligatis fasciculis lignorum venalibus cum socia ad civitatis portam veniens intromissa ab excubiariis recte ad Conventum ligna portavit, vendidit, et a Virgine Abbatissa non citius, qvam deposita veste peregina agnita, et suscepta est.

Alia licentiata Virgo ab exilio rediit ad S. Catharinam. Post exilium nempe Virginum ad S. Catharinam Olomucio propter conservationem monasterii etiam aliqvae remanserant; cum tempore tam peste, quam variis oppressionibus angustiatae, praeter unam ex Senioribus Virginem Cordulam, obierunt. Recte ad istum modum unicae et solitariae Virgini Cordulae Priorissa, Hradiscii sese cum aliis detinens, succurrere, et ei unam, Helenam professam, adiungere voluit. Consensum a Commendante habens, nominata Helena, aliena veste induta, portas, vel excubias in portis pertransiit, ad Conventum suum venit, sed miserculae non successit, si se ad portas, qvis esset? non manifestasset. Commendans in stella mala existens aliqvos ex compagnia ad Conventum ablegavit, qui pauperculam in habitu vix non semimortuam ad Commendantem adduxerunt. Postqvam Commendans cum Officialibus sufficienter eam vexaverit, domum remisit unicam solam; revera in reditu multos habuit spectatores.

Pace publicata revocatae Moniales ab exilio.

Post conclusionem pacis Sveci pellem lupinam in ovinam mutarunt, olim inimici, postea amici boni facti. Iam non multum pendebat a Svecis, sed unicuiqve exire, et redire pro suo arbitrio licebat. Non igitur authoritate Commendantis, adhuc Olomucii existentis, sed consensu Superiorum Ordinis tam Moniales ad S. Claram, qvam alterius monasterii ad S. Catharinam ad sua monasteria redierunt.

De Commissariis ad recipiendam civitatem.

In tractatione pacis, cui, vel qvibus iuxta praescripta, et conclusa a certo numero annorum qvondam, maxime Ecclesiasticis, iniuria illata et satisfactio non fuit, praesidia, monasteria, ecclesiae, hospitalia restituta sunt, uti in aliis qvibusvis locis, vel provinciis qvies, et tranqvillitas. Etiam ex praesidiis in Moravia Sveci erant amovendi, et abeundi. In huius modi finem ex statibus omnibus Moraviae loco Suae Caesareae Maiestatis Commissarii deputati, penes eos aliqvi Illustrissimi domini Comites, et Olomucii commorati sunt, qvi simul convenientes de sibi commissis ad recipiendam civitatem iniverunt consilia.

Revisio Praesidii Olomucensis.

Ex parte coronae Sveciae qvoqve Commissarii deputati: Illustrissimus dominus Generalis a Wittenberg; Commendans dominus Valentinus Winter, et qvinqve aliqvot Supremi. Illis praesentibus muros, propugnacula, valla, tota moenia, pulveres, globos, fomites, sclopetas, deniqve omnem munitionem, et alia, qvae ad defensionem spectant, Commissarii Caesarei lustrarunt. Fabricaverunt Sveci in timoribus sub obsidione sub fundamentis turrium, portarum, moeniorum insidiatorias minas, illisqve adiuncti pulveres, et illa sub Commissione non manifestarunt; ad lucem totum pervenit, sed se facile poterant oblivione excusare; absconditi et levati postea pulveres, sed putrefacti toti.

Tormenta restituuntur.

In occupatione civitatis nonaginta magna tormenta, et de minoribus nonnulla Olomucii Sveci invenerunt, etiam munitionem sufficientissimam; illa omnia cum munitione superflua hostis accepit; etiam de proventibus, farina, et aliis medietatem acceperunt, et residuum remansit. Etiam erant adhuc Svecis alia tormenta et mordaria, qvae Sveci ex suo metallo et campanis in Moravia spoliatis de novo fabricaverant; cogitaverant qvidem Caesarei Commissarii litem movere de his, nolentes autem ultimo excitare carbones, dissimularunt, imo ad instantiam Generalis de Wittemberg de munitione, globis etc. acceperunt, qvantum volebant, secum in Sveciam.

Petiit Serenissimus a Commendante calices.

Postqvam receperit hostis civitatem per accordo sibi traditam Svecicus Generalissimus eam cum plurimis Generalibus intraverat, et lustraverat. Inter Generales erat unus, dictus Milieczky, Patri Gvardiano Paulino olim notissimus, et Catholicus, cui nominatus Pater de thesauris S. Iacobi et S. Clarae ablatis conqvestus fuit. Dictus dominus Milieczky in reditu ad castra qvidqvid acqvirere adhuc potuit de argento, redemit, et Patri Paulino Gvardiano per duos tubicines remisit, et donavit. Erant ibi capita, et manus argenteae, in eis reliqviae Sanctorum inclusae, et aliqvi calices, Reliqviarium ecclesiae Cathedralis

Olomucensis; illa omnia per dominum Stanislaum Cžachoreczky, eiusdem ecclesiae Honoris Vicarium, (excepto Reliqviario gemmis et lapidibus spoliato, sed reliqviis intactis cum duobus leonibus argenteis) praesente tunc Admodum Reverendo Patre Magistro Cornelio Oytweiller restituit ecclesiae. Item recedente Generalissimo Durstensonio ex Moravia in Silesiam cum exercitu, unus mercator, seu markitan, ex spoliatis curribus emptos calices, et argenteas cruces ex castris Olomucium in domo Episcopali congregatis Ecclesiasticis venales tulerat. Cum ille ignota loqveretur lingva, erat enim Polonus, non habentibus pecuniam Ecclesiasticis, ab ipso ut Catholico calices decem, et cruces duas impetravit. Illa omnia spectabant ad cathedralem ecclesiam, et a Canonicis ibidem in sacristia reposita et conservata fuerunt. Item sub assaltu Caesarianorum ad decanatum, utrum a Caesarianis, vel Svecis cathedralis ecclesia spoliata fuerit, nescitur, sed qvae erant alicuius momenti: casulae, albae, mappae ablata, et alia per ecclesiam, et ambitum dispersa sunt. Et qvoniam porta ecclesiae, licet clausa, sed non de integro, nemo de spoliis illis scire potuit. Primo in audita pace pro Commissariis duo Capitanei Svecici, sed Catholici, cum Patre Paulino Qvardiano deputati, ut res suppellectilis ecclesiae colligerent, et conservarent. Inventa una qvoqve parvula clavicula deaurata, fuit a tabernaculo, ea Pater Paulinus tabernaculum aperuit, et in eo magnum ciborium hostiis consecratis plenum invenit, et consumptis particulis incorruptis dictum ciborium in sacristia cum aliis omnibus rebus composuit et ad S. Claram conservavit. Alia suppellex ecclesiae cathedralis tam de argento, et aliis a Sveco recuperata in sacristia deposita, cum tempore milites excubiarii, qvi semper penes, vel post ecclesiam remanserant, perfracto muro ex sacristia calices, et alia abstulerunt, proditi illi mercedem condignam acceperunt Et Commendans in executione qvidqvid a furibus post executionem acqvisivit ut sua propria sibi applicuit. Hoc non latebat Serenissimum archi-Ducem Austriae, qui qva episcopus Olomucensis de thesauris suis fuit spoliatus, et Commendanti, anteqvam discederet, de calicibus scripsit, et dominis Commissariis negotium commendavit.

Patri Paulino Gvardiano donati calices.

Acceptis literis Serenissimi Archi-Ducis episcopi Olomucensis dominus Commendans Olomucensis uno mane, facto bellico consilio, cui etiam Illustrissimus dominus Generalis de Wittemberg interfuit, misit pro Patre Paulino Qvardiano, qvo praesente, et assistentibus dominis consilii bellici Suae Serenitatis lectae fuerunt literae. Interim Commendans argentum seu calices adferri mandavit, et ait ad Patrem Gvardianum: ‚Ista recuperavi, et iudicio, et approbatione consilii bellici, et confirmatione Illustrissimi hic praesentis Generalis iuste ut mea propria teneo. Non episcopo Serenissimo, sed tibi Pater, qvi perseverasti fideliter nobiscum usqve huc, stantibus his testibus, Tibi praesento, ores pro me. Et qvod tibi dederim ista omnia, recepisse in scriptis praestes mihi.‘ Dedit ergo Pater Gvardianus in scripto domino Commendanti reversales, et sibi donata aliis conservatis ad S. Claram adiunxit, et ecclesiae Cathedrali suo tempore omnia restituit.

Visitavit ante discessum dominus Commendans dominos Canonicos.

Inaudita in imperio tractatione pacis Reverendissimus dominus Iacobus Mercurianus, iam securus de liberatione civitatis, contulerat se ad arcem seu praesidium Hochwaldiense, ad Capitulum Olomucensis cathedralis ecclesiae spectans, eo fine, ut qva Serenissimi Archi-Ducis episcopi administrator subditos Capituli iuvaret, et conservaret. Paulatim cum Commendante Olomucensi incepit aliqvalem habere correspondentiam, et qvandoqve ex venatione de ferina eidem praesentare solebat. Iam recte ante exitum Svecorum venit cum Reverendissimo domino Gobar (Gebar?) Olomucium; de adventu ipsorum Commendans informatus, qvos a multo tempore videre desiderabat, personaliter in hospitio visitavit. Post discursus varios praesente Patre Paulino Gvardiano interrogavit: qvid fiat huic Patri, qui hucusque in maioribus mortificationibus permansit. Pro responso a domino Mercuriano habuit: Praeter merita, qvae habet S. Religio S. Francisci intuitu fidelis perseverantiae, tales mercedem habent suam. Etiam proponente nostro Capitulo Illustrissimo domino Comite de Santilier meo antecessore Patrem hunc pro episcopo Titulari et Suffraganeo Olomucensi habere volumus. Habuit Pater

Paulinus et alias postea promotiones, promotione Illustrissimi domini Camilli Meltii archi-episcopi Capuani apud Caesarem a latere Nuntii apostolici episcopatum titularem. Item a Sacra Congregatione Missionariorum Apostolicam Praefecturam. Item a Celsissimo Principe Olesnicensi in eius dominiis Sternbergensibus prope Olomucium insignem, et ditissimam Schönwaldensem parochiam cum aliis adiacentibus circa Neostadium. Item in dominiis Illustrissimi domini Zastrizli qvoqve ditissimam parochiam in Boskowitz. Item decanatum Ostraviensem. Etiam ipse Serenissimus archidux qvamcunqve parochiam in Moravia, si voluisset, ipsi obtulit. Omnes promotiones vel resignavit, vel sibi minime applicuit. Omnia amore religionis, et provinciae Austriae sponte dimisit, certo supponendo, Patres Austriacae provinciae respectum, et discretionem sui habituros, ut absqve similibus honoribus ultra septuagenarius in multis, vel paucis adhuc vivat.

Currus congregati pro Svecis discessuris.

Fuit ordinatum per omnes Moraviae districtus currus pro evehendis Svecorum rebus, seu forspann, praeparari, eosqve ad praesidia, seu civitates occupatas a Svecis, dimitti; illos currus proportionaliter distribuebant deputati Commissarii; ubi erant plura vel fortiora regimina, etiam plures vecturae assignatae, et in qvo districtu fuit eiusdem praesidium ut in regia civitate Iglaviae, qvam Sveci tribus annis occupaverant, et possederant, districtus ille subministravit illi currus. Similiter Unczoviensibus consignati currus a Commendante pro ibidem Colonello Danckfort ex circumiacentibus montanis. Item Carnoviae domino Wiercz Commendanti ex districtu Carnoviensi. Olomucenses vero ut fortiores ex qvatuor districtibus: Olomucensi, Brunensi, Unczoviensi et Hradischicensi ultra unum mille curruum a Commissariis acceperunt. Illos currus oneraverunt, prout voluerunt. Ordinatum est, ne qvidem minima fieret resistentia, dummodo illos pacifice et qviete expedirent.

Convocati ex praesidiis Commendantes.

Aliqvot diebus ante discessum Svecorum ex praesidio Sternbergensi, ex praesidio Fulnecensi, ex praesidio Ailenbergensi Commendantes Olomucium venerunt; illa enim praesidia et

Commendantes praesidiorum a Commendante Olomucensi
qvam Superintendente dependebant, ut ipse, qvando volebat, re-
formabat tam Commendantes, qvam milites; iis convenient
omnibus in unum, talibus currus, seu fohrspann unicui
prout opus erat, distribuebantur.

Discessus Svecorum.

Die assignata pakasche, seu fohrspann cum curribus de
marchionatu Moraviae summo mane versus Silesiam cum ar-
gvardia militum expediuntur. Interea vocatis pro discessu regi-
minibus ad forum, eisqve cum vexillis, tympanis, et aliis reqvi-
sitis stantibus solus Generalis de Wittemberg in persona legem,
et modum se recipiendi Olomucio et expediendi dedit. Item
mandatum promulgatum in conspectu Caesarianorum Commissa-
riorum nomine Svecicae Coronae, qvod si aliqvi velint valedicere
militiae, vel manere in his partibus, postqvam exiverint, seqven-
tibus diebus se insinuare apud Generalem possunt, et licentia-
buntur.

Discesserunt Olomucio Sveci.

Post exitum Svecorum Olomucio a longe qvi aspiciebant,
cum curribus videbatur magnus exercitus, extendebant se enim
ad unum milliare per longitudinem, dicebant de milite eqvestri
et pedite fuisse ad millia decem. Iam eis absentibus non civitas
sola, non Moravia, sed aliae Suae Caesareae Maiestatis ditiones
laetari potuerunt, et ut qvondam Aegyptii hebraeis abeuntibus
psalm: 104. laetata est Aegyptus in profectione eorum, sunt et
iuste Olomucii illa die post exitum Svecorum Laudes Deo decan-
tatae; ita et Hymnus Sancti Ambrosii: Te Deum Laudamus.

Post evacuationem restituuntur calices etc.

Ordinatione Serenissimi episcopi Olomucensis non diffe-
rendo post exitum Sveci altera die deputati fuerunt ex gremio
Capituli Reverendissimus dominus Franciscus de Reqvesens,
Reverendissimus dominus Ioannes Gobar, Reverendissimus do-
minus Ioannes Chrysostomus Orlik Canonici Olomucenses; eis ad-
iunctus Reverendus dominus Thomas Felix, cathedralis ecclesiae
Sacrista et honoris Vicarius, qvi venientes ad Conventum
S. Clarae iuxta inventarium a Patre Paulino descriptum Calices,
et omnem suppellectilem suae ecclesiae munde compositam, et

conservatam ex Sacristia sanctae Clarae levarunt, ad currum posuerunt, nec gratias egerunt, et qvod maius est, nec dominam Abbatissam salutarunt. Fuit inter res illas conservatas una stola superflua, qvam petiit Pater Paulinus pro ecclesia S. Clarae, et tam rem exiguam ipsi denegarunt. O! ingratitudo.

Reconciliatio Ecclesiarum pollutarum.

Post Sveci exitum libertas pristina civitati Olomucenae est restituta, ita et ecclesiae Metropolitanae Cathedrali, et aliis pollutis, qvae ut in eis honor Divinus persolvatur, reconciliantur. Reverendissimo domino Sigismundo Minutini Olomucensi Suffraganeo mortuo sub Sveco, vacante igitur sede, procurante Serenissimo, Patri Paulino Zacžkowitz Gvardiano ad Stum Iacobum Roma a sede apostolica venit Authoritas, pollutas ecclesias reconciliandi. Die igitur pro reconcilianda ecclesia Cathedrali constituta et omnibus paratis requisitis Reverendissimi domini Canonici Cathedralis ecclesiae ante ecclesiam convenerunt, illisqve praesentibus, et multitudine populi magna congregata modo, et forma Pontificali praescripta, primo circa Cathedralem ecclesiam coemeterium, dein ipsam ecclesiam, et aliam penes ad S. Annam, expurgatis heri in eis militibus aliqvot sub assaltu trucidatis, et aliis immunditiis, una die reconciliavit. Te Deum Laudamus solemniter, et pulsu in omnibus ecclesiis campanarum absoluto, Pater Paulinus Missam de SSma Trinitate pro gratiarum actione ante altare Sancti Wenceslai celebravit. Una Missa tantum hac die in dicta ecclesia fuit. Deinceps iuxta consvetudinem antiqvam divinus cultus peragebatur ordinarie. Aliae vero ecclesiae pollutae seqventibus diebus reconciliatae sunt.

Finis. [1]

---

[1] In den meisten Handschriften findet sich zwischen den Aufsätzen ‚De patre quodam Franciscano captivo' und ‚De contributionibus ecclesiasticorum' eine Abhandlung des Chronisten P. Paulinus, ‚De apibus'. Beginnt ‚Anno 1643 12. mensis Maii Deus Omnipotens pro consolatione forte in variis tentationibus P. Paulino examen apum ad conventum S. Iacobi advolare dispensavit'. Ende ‚Fatigatus ergo iste rex, mortuus est, et aliae omnes apes mortuae sunt'. Die einzelnen Abtheilungen dieser Abhandlung sind ‚De benedictione in apibus anno 1648; De abundantia mellis Olomucii sub Sveco; De alveario seu apirio in horto S. Iacobi; De apibus

Ex Diario Rev^mi Patris Schönberger,

Rectoris Collegii Societatis Iesu Olomucii.

Annus 1642.

Iunius.

Die 20. Consultatio apud Dominum Administratorem de solvendo litro 12^m flo. numerati eqvi 80 gildtpfert Ecclesiasticorum. Collegium dedit pro 2¼ gildtpfert 337 fl. 30 k. Convictus 450 fl. dedi etiam mutuum depositum Domino Administratori 765 fl. 16 k. quibus adde nostram summam, fiunt 1102 flo. 46 k. Ex quibus debentur Domino Humpolezky 1097 flo. 8 k. Residuum ex meo dedi.

Die 24. Dominus Administrator iterum consultationem habuit cum Religiosis, ut ipsi Eqvitatui de pabulo providerent ita volente Commendante. Petiit autem Commendans de novo 6000 Imperialium. Responsum hodie: primam summam non solutam esse, impossibile novam dare. Venit hodie novus Commendans Paickel, Finlandus, absqve omnibus impedimentis, qvi absolute commendabit. Noster serius et Religiosorum serius inimicus. In dei manu tamen Cor Eius. Petiit a Senatu statim sustentationem honestam, saccos pro frumento ex Hradiss advehendo 500, et qvartiriorum dilatationem pro militibus.

Die 26. Sum vocatus mane et vesperi ad Dominum Administratorem cum aliis Religiosis, ratione Contributionis novae a Dorstenson indictae. Visitarunt nos duo Qvartirmaister.

Die 27. Vocatus sum mane et vesperi ad Consultationem habitam apud Dominum Administratorem ratione petitae ab hoste pecuniae.

Die 28. Iterum consultatum bis apud D. Administratorem mane et vesperi.

---

in fenestris; Apes a S. Catharina in patibulo‘. In einigen Manuscripten findet sich zu dieser Abhandlung noch eine längere ‚Instructio pro illis, qui delectantur apibus‘. Beginnt: ‚Multi timent apes‘. Ende ‚Ruta . . . cum sale recocta et in vino sumpta, stomachi dolores sedat. Haec pauca de apibus‘.

Die 29. Soluti 182 flo. portio ex 6000 Imperialium Commendanti ab Ecclesiasticis solvendorum, concernens bona Neotičinensia, qvae sunt sub potestate hostis.

Iulius.

Die 9na. Die Mercurii vexati a Militibus. Misit enim Maior Regimenti epistolam, se petere pro singulis eqvitibus 300 flor. et Magister eqvitum 100 fl., adeoque 400 fl.

Die 22. Die Martis iterum monitus sum wegen der Tractamentgelder pro 2 septimanis solvendis Commendanti. Petiit Commendans de novo a Civibus primo solutionem 4000 Imperialium. 2do pro singulis militibus per septimanam Imperialem, numeraruntqve milites 1800, cum vix sint amplius mille. 3° Medietatem vini, qvod est in Civitate. 4to Medietatem frumenti. 5° Solutionem pro operariis. Duo debebant archibusari propter adulterium, donatum utriqve, et conversa mors in Virgidemiam. (Dominus Obeslavius libros suos custodiendos tradidit 105.)

October.

Die 9na. Die Iovis fuit Consultatio apud D. Administratorem Ecclesiasticorum ob novam petitionem Commendantis, ratione 5500 Imperialium; ablegati ad eum P. Polinger et P. Procurator Carthusianorum. Ego debebam ire, sed excusavi me fortiter.

Die 10. Die Veneris responsum a Domino Commendante petere se contributionem ex omnibus bonis, qvae sunt in potestate etiam non sua, sed eorum, qvi Olomutii sunt, ubicunque iacerent. Consultatum iterum, et ablegati denuo priores. Responsum acceperunt crastina.

Die 11. Die Sabbathi Dominus Commendans respondit, se petere qvam citissime resolutionem; ni venerit, se combusturum Ecclesiasticorum bona omnia, usque Brunam, et his diebus exemplum statuturum in Comitis de Salmis bonis, ni statim se accommodet. Visitavi Dominum Administratorem. Discessi ego Radicam, et porro Czeikowicium hora qvinta.

December.

Die 18. Aliter cum Domino Administratore processum, ad qvem Dominus Decanus, e Decanatu insolenter deductus, applicatis saepius pistolis, in aresto est habitus. Impositi illis 40 Eqvites circa medium primae pomeridianae, coeperunt statim in ipso hypocausto Domini Administratoris insolenter cibum et potum petere, inde non exire, fidicines adducere, omnis generis insolentias strictis gladiis, et pistolarum explosione facere, duravit tota nocte, succedentibus novis ex civitate, qvando ebrii non poterant pergere. Dominum Administratorem nunqvam permiserunt ex hypocausto exire. Ebiberunt ultra 10. urnas vini, pro fidicinibus petiverunt ab eodem 9 fl. Qvater apposita fercula, et semper 10, fracta 80 vitra, effusum in terram vinum, effractae fenestrae et fornax. Ego haec omnia nesciebam, qvi caeteroquin statim sponte iuvissem.

Die 19. Die Veneris misit ad me Dominus Administrator significatum, quae tota nocte acta essent, ut ad Dominum Commendantem irem, et efficerem, ut tollat executionem, et concederet moram, se laboraturum, ut deponantur haec 9000 fl. et hebdomadaria contributio 100 Imperialium. Impetravi, et sustuli executionem, ut iuberentur omnes abire circa undecimam antemeridianam. Visitavi Dominum Administratorem, et D. Decanum simul. Ille dixit, si sibi daretur optio, an talem vexationem vellet iterum sustinere, vel caput amittere, qvod mallet secundum eligere.

Die 28. Die Dominico promulgatae Indulgentiae pro Festo Circumcisionis. Visitavi D. Administratorem circa 10^{mam} male valentem, et qvia prope desperatus videbatur, adhortatus sum, ut se disponat pro salute animae süae et securitate. Sed licet vix loqvi potuerit, minime pluribus talia dicentibus credidit. Ivi ad D. Decanum, eiqué significavi statum et rogavi, ut statim post prandium descenderet, tempus esse accipiendi omnium rerum informationem. Qvi licet promiserit se statim iturum, cunctatus tamen est usque ad 2dam, iamque paulo ante obiisse D. Administratorem reperit, catarrho suffocatum. Casu supervenit Lector Bernardinorum, qvi aegre persvasit una cum Doctore tempus confitendi esse. Vix tria locutus verba, qvae non intelligebantur, dans signa doloris, accepit absolu-

tionem, et expiravit cum sensu omnium. Hic effectus fuit executionis.

Die 31. Die Mercurii fuit conventus Ecclesiasticorum apud D. Decanum; ego tuli totam quotam tam Collegii, qvam Convictus dandam Commendanti, ne simus ulla in mora, ad D. Decanum. Commendans tamen ob mortem Administratoris distulit terminum solutionis usque ad xi^{mam}, vel xij^{mam} Ianuarii. Suggessi D. Decano 5 media, qvibus possit pecuniam pro solutione acqvirere pro Episcopatu. Fuerunt primae Vesperae. Ioannes redit re infecta, equi emanserunt, fuit disciplina et exhortatio.

Annus 1643.

Ianuarius.

Die 9. Die veneris habui consultationem, fui apud D. Decanum cum aliis Ecclesiasticis.

Die 10. Die Sabbathi fui apud D. Commendantem mane, impetravi licentiam D. Decano eundi Viennam, qvam tamen licentiam post prandium revocavit, perversus mox est a D. Hammerstain et Santhoff. Dedit tamen licentiam mittendi aliis et mihi, ut possem ire Czeicovicium.

Die 11. Die Dominico fui apud D. Decanum, dedi ei triplices literas, nomine status Ecclesiastici mittendas Viennam ad Serenissimum et Episcopum Viennensem, ad Serenissimum binas Germanicas et latinas.

Die 12. Die Lunae praesentibus Ecclesiasticis omnibus factae et revisae rationes, data assecuratio cum subscriptis testibus, mihi et P. Procuratori Carthusianorum. Fui apud D. Commendantem, praesentavi P. Priorem omnium Sanctorum et Vicarium Krautwurst, ituros cum literis Viennam, significavi post litanias me cras iturum Czeicowitium, et reliqui in Vice Rectorem P. Melchiorem Kaukal.

Die 13. Die Veneris fui iterum mane apud D. Commendantem, et D. Hammerstain, impetravi dilationem solutionis sex millium imperialium usqve in finem sequentis septimanae.

Die 19. Die Iovis fuit recreatio. Convenerunt omnes Ecclesiastici apud D. Decanum ratione petitae Contributionis.

Die 20. Dominus Commendans obtulit se soluturum interea tria millia centum quinquaginta florenos equitibus, cum reversalibus datis a statu Ecclesiasticorum, ut recipiat ab Eodem in bona moneta, cum isti ablegati Vienna venerint, scilicet, quando novem millia flor. deponentur simul integre.

Die 21. Commendans immutatus pecuniam noluit concedere, misit 25 musquetarios pro executione ad Collegium, totidem ad Carthusianos et Decanum, et nos omnino nihil in mora fuerimus, die iam 31. Decembr. nostram quotam deposuerimus. Voluit tamen extorquere hanc totam summam. Intra horam placatus et executio sublata est, concedente ipso tria millia centum et quinquaginta flor. Coactus sum Commendanti vendere quatuor boves 90 flor., potuissem habere pro iis iam 200 flor. Pater Patecius rediit Czeikovicium, D. Erthal tandem liberatus est, et permutati captivi.

Die 25. Die Mercurii adivi D. Decanum, et serio ei inculcavi negotium cum Commendante, ne omnes religiosos sua tarditate exponat periculo. Vulneratus noster famulus ab equite.

Die 27. Die Veneris fuit apud me heri et hodie P. Procurator Carthusianorum ratione negotii cum D. Commendante. Post prandium fuimus Ecclesiastici omnes congregati apud D. Decanum, egimusqve circa hoc punctum.

Martius.

Die 2ᵃ. Die Lunae convenerunt iterum Ecclesiastici. Congregata pecunia trium millium centum quinquaginta flor. Annuntiatum Commendanti, eam deponendam in moneta partim, partim in imperialibus et ducatis, sed Commendans distulit solutionem in octiduum, ut interea conquirantur pro hac summa meri ducati et Imperiales. Hoc negotium et promissionem fecit Decanus insciis aliis, et postea nihil praestitit aut parum.

Die 7ᵃ. Die Sabbathi Commendans ursit solutionem 9 millium flor. D. Decanus fuit in angustiis, nec sciebat se pacificare. Adivi eum mane, cum omnes Religiosi pridie discessissent cum indignatione, proposuique ei cum aliis Religiosis, an velit nobiscum tenere et ad solutionem concurrere, an non, antequam accedamus D. Commendantem. Inclinatus fuit, ut permitteret, egit cum testibus, ut ex haereditate Domini Administratoris acciperet, qvae inventa, cum D. Administrator

promiserit; interim ne pusillanimitate succumberet D. Decanus, debuerunt promittere Religiosi, qvod velint se obligare ad restitutionem illius depositi, cuius est, si Serenissimus non succurreret. Festum S. Thomae celebravit apud P. P. Dominicanos P. Crasius, et P. Regens.

Die 8ª. Reperimus Commendantem in bona stella. Ego cum P. Regente et P. Procuratore Carthusianorum, proposui illi primo, cras soluturos nos 3150 fl. daturos 500 ducatos, residuum in ducatis secuturum in Summa reliqva, interim acciperet monetam. 2do ut defalcaret ratione Bistricz combusti die Sabbathi 90 Imperiales, quos Wanik accepit. 3tio. Vt parceret monasterio Hradiss, nihilqve noceret amplius. 4to. Vt pro Summa reliqua 5850 fl. expectaret diutius. 5to. Vt pro menstrua contributione sineret vendi ex domibus Canonicorum, quae vendibilia. Ad omnia responsum benignum acceptum.

Ad 1mum respondit se fore contentum. Ad 2dum ostendere literas voluit, qvare combusserit, eo quod ex literis interceptis intellexerit, qvod Borry Generalis ad D. Comitem Rottal scripserit, quod in Bistricz ipse suum Hauptqvatir habiturus sit, et Holessau, qvod ipse ideo combusserit, qvod ara palis circumdata sit. Pago pepercisse, eo quod munitus non sit, suumque hostem si quaerere possit. Ad 3ium respondit, nec unicam domum accensum iri. Ad 4tum svasit, ut deponeretur summa residua hac septimana ad evitandam indignationem Officialium, qvi tam diu expectarant, posteaqvam tot terminis promissa solutio, et non praestita, et vere ita est. Ad 5tum respondit, ut fieret consignatio aliqva, se visurum, ut concedatur. Nam alias vi ad se trahere voluit.

Die 9na. Die Lunae Festum SS. Cyrilli et Methodii. Deponi debebat D. Commendanti pecunia 3150 f. Sed ob tarditatem D. Decani res iterum dilata in crastinum. Venit D. Decani curriculus ante Octiduum Prostannam missus pro rebus D. Commendantis, nomine D. Decani emendicante D. Commendante pecunia, equis et curriculo. Sic oportet captare benevolentiam, scilicet, ut patiantur innocentes, et liberetur unus ab onere, qvi id deberet portare, qvia cum D. Administratore promisit.

Die 14ta. Die Sabbathi P. Qvardianus Bernardinorum trium. Visitatus in exitu ex Vrbe cum curru, deposita pecunia Commendanti.

Die 16. Promisit D. Commendans, se nihil petiturum usque ad adventum sui Exercitus praeter hebdomadariam Contributionem, qvae ut colligi possit, rogatus est, ut permittat frumenti et vini partem vendi in hunc finem ex Canonicorum domibus. Qvod unicum medium debet apud eum fortiter urgeri, eo quod non supersit aliud.

Die 17ma. Die Martis D. Commendans adhuc me dimittere noluit, praetendens pecunias hebdomadarias nondum solutas. Visitavit me D. Decanus agens de variis et publicis et privatis. Accessi D. Commendantem, cum qvo locutus diu, reperi eum in bona stella cum D. Supremo Locum tenente Santhow, Maior Koller, et Maior Wilhelm. Qvitantiam dare promisit ad formam, qvam voluimus pro 6000 Imperialium solutis, et me cras dimissurum promisit.

Aprilis.

Die 20ma. Nihil occurrit. Commendans dixit ad P. Kaukal, illa 6000 Imperialium se nunquam petiturum fuisse, si Administrator ei bona verba, et hebdomadariam Contributionem dedisset. Venerunt Czeicowitio ad Collegium 18 caseoli, et 3 m. ovorum.

Die 30. Commendans ursit contributionem apud Decanum et Carthusianos, ad nos non misit.

Maius.

Die 9na. Commendans petiit 300 Imperiales ab Ecclesiasticis pro uno mense, reliqua expectare voluit ad adventum meum; misit ad Decanum et ad Collegium suum Buchhalterum.

Die 10. Fuit P. Kaukal apud Decanum et rogavit, ut in absentia mea contentaret Commendantem.

Die 11. Commendans ursit dictam Contributionem, Decanus more suo rem differebat, noluit totum Clerum convocare, sed tantum Carthusianum. Egit P. Kaukal cum P. P. Consultoribus, qvid facto opus, si executionem impedire non possemus, quae timebatur; conclusum, ut darentur isti 300 imperiales Commendanti, accepta quota monasteriorum, et reliquum interim suppleremus accepta mutuo pecunia. Impetrata tamen dilatio ad octiduum.

Fuit magnum frigus ita ut necesse fuerit calefacere cubiculum commune quatuor vel quinque diebus.

Die 13. Decanus in mea adhuc absentia misit ad P. Kaukal, ut provideremus, quod Commendans possit contentari, dixit, se ab hac Contributione esse exceptum. Respondit, ne sibi id persuaderet, sed ab incipienda executione rogavit, ut rem ipsemet componat in absentia R. P. Rectoris pro toto Clero in itinere laborantis. Tertio svasit, ut convocaret omnes, quos periculum concernit, peteret diminutionem et facultatem frumentum distrahendi.

Die 15. Fuit P. Kaukal apud Commendantem cum P. Carthusiano, iterum P. Carthusiae cum Vicario nil impetrarunt nisi dilationem ad septimanam.

Die 19. Die Martis fuit Conventus Ecclesiasticorum, ubi feci relationem expeditionis et quid agendum cum Commendante sit actu. Decretum nempe erat, dicendum ei, impossibile esse imposterum contribuere.

Die 20. Die Mercurii cum D. Decano adiimus omnes Commendantem; ostendi decretum Serenissimi, quo fuit Commendans offensus. In furia dixit, se hodie habere velle pro tribus mensibus solutionem, videlicet 900 imperiales. Statimque misit ad omnes executionem circa 9. matutinam, videlicet ad Collegium 20 milites cum Capitaneo et Locum tenente, ad D. Decanum totidem, totidem ad omnes Sanctos, Carthusiam, et S. Catharinam, prohibitumque fuit, ne me uspiam exire permitterent; brevi tamen mitigatum hoc imperium. Milites iussi comedere et bibere. Datum vinum, cerevisia alba, amara, carnes. Ad omnes Sanctos pro 9 florenis vinum adustum biberunt; mane, in Carthusia sex urnas amarae cerevisiae exhauserunt. Ad omnes Sanctos duo cultris confixi sunt milites, quorum unus mortuus statim, alter etiam incurabiliter Corporalis. Convocatus status Ecclesiasticus ad D. Decanum. Omnes comparuerunt, decretum, ut quandoquidem prohibuerat, ne ullus ad se veniat ex iis, qui fuerunt, Lector Franciscanorum iret, diceretque conditionate nos soluturos proximis diebus, modo sit possibile acquirere. Noluit. Tandem consentire debuit post biduum, quod solvere velimus 900 florenos; quod tamen biduum sedata furia Commendantis postea excrevit in octiduum. Interim mutati vesperi officiales successere novi milites totidem ut ante, quos duxerat insignis a facinoribus suis miles locum

tenens capitanei, qui ad vexandum aptus statim iussit, omnibus dari vinum et cerevisiam ac cibum, lustravitque ipse statim cellarium. Tres petiit praecipuos Patres, quibuscum volebat bibere. Sed Patre Rectore negante se facturum ante coenam, destitit, mitiorque paulatim factus, brevi audiit tollendam executionem, quod et factum est.

Die 21. Die Iovis Commendans solutionem in diem Lunae sustulit.

Die 22. Die Veneris convocati Ecclesiastici omnes. Facta quotárum distributio in omnes pro 1500 Imperialibus.

Die 23. Die Sabbathi iterum Conventus repetitus. Restiterunt valde Bernardini, donec informarentur. Visitavit me D. Decanus. Venit ad utrumque Buchalter.

Die 25. Die Lunae Buchalter ivit ad Commendantem rogatum, ut solutionem propter festa differret in diem Mercurii et Iovis. Concessit.

Die 27. Die Mercurii fuit Conventus Ecclesiasticorum. Monitus D. Decanus, ut vocet hodie Buchalterum pro solutione; neglexit, unde evenissent fere incommoda magna.

Die 28. Die Iovis P. Lector Bernardinorum fuit apud Commendantem, retulit in speciem bonum responsum, sed in re nihil fuit.

Die 29. Die Veneris numerati Buchaltero 800 floreni. Commendans pessime contentus, sub poena Executionis exegit in crastinum certo totam summam pro quinque mensibus; qui tamen primo elabentur die 2. Iunii. Fui apud D. Decanum.

Die 30. Die Sabbathi venit ad me D. Decanus cum Buchaltero, petitum mutuum a D. Hammerstein, qui concessit 900 florenos, ut reddantur ei in bona moneta quantum fieri poterit intra 4 septimanas; item mutuum concessum a D. Wanke, qui dedit sexcentos florenos, vterque ad 4 septimanas, expectat, ut solvatur eis ante 28. Maii. Data eis syngrapha a statu Ecclesiastico, et Buchaltero quaestori bibale 20 Imperiales.

Iunius.

Die 4. Die Iovis iterum novam contributionem indici curavit civitati et Ecclesiasticis Commendans, illi 1500, his 1200 Imperiales, solvendos ad festum S. Ioannis Bapt. absque replica. Preces 10 Horarum.

Die 5. Die Veneris venit ad me Buchalter; ego ivi ad Decanum.

Iulius.

Die 3. Die Veneris scriptum ad Generalem Dorstensohn ab Ecclesiasticis ratione Restantiae 7050 promissorum imperialium a Domino Administratore. Dobatschovium a Svecis per accordo occupatum; venerunt Legati Regis Daniae 2da huius ad castra Dorstensohniana.

Die 4. Secretarius Commendantis vocavit me et D. Decanum in crastinum pro hora octava.

Die 6. Die Lunae hora octava comparuimus. Indicavit nobis esse solvendum 2050 Imperiales vel eundum ad castra. Legit literas Dorstensohnii.

Die 7. Missa vesperi hora 6. executio, septuaginta circiter milites, ad Decanum 12, ad Carthusianos 15, quibus etiam aliquid contribuere debebat monasterium Omnium SS. exustum. Sustinuimus Executionem per totam noctem. Insolentes fuerunt inebriando se, et furto sublegendo, vagati per omnia loca Collegii. Circa vndecimam ivi cum D. Decano, qui nobiscum in Collegio pernoctavit, ad D. Commendantem. Significavi, nos velle solvere, quantumvis coacte, ista 7050 Imperiales, dummodo tollat executionem, et permittat nos exire ad D. Wittemberg, ut cum eodem circa terminos solutionis tractemus, concessit, et obtulit se etiam, quod velit dare mutuum quantum haberet. Interea scriptum Wittembergero de facta executione.

Die 9. Die Iovis dum nos quaereremus equos pro via, et Dominus Commendans offerret in crastinum, venit hora 4ta vesperi Supremus Dörflink cum supremo Locumtenente Regimentis Wittemberger Iunioris, afferuntque literas ad hodie solvendum, aut ad castra omnibus eundum; sic esse Dorstensohnii voluntatem; adhibitis modis omnibus nihil omnino actum. Itaque cum ante iam cogitatum esset de mediis, inquisitum de ulterioribus. Decanus promisit, se intra 4 septimanas restituturum 2000 Imperialium, Carthusianus mille, sed ipse nihil servavit, et alteri, ne faceret, persvasit.

Die 10. Die Veneris inventum subsidium apud duas Personas, apud Dominam Canpergerianam et Dominam Schmidin. D. Iudex Caesareus etiam obtulit se ad 300 florenos; Dörflink discessit vesperi hora 7ma, et Locumtenens mansit. Pecunia

numerata, in cista subsignata mansit in Collegio, donec redderetur obligatio.

Die 11. Die Sabbathi reddita obligatio, et ablata pecunia, ratione etiam Cremsiriensium mutuum.

Die 13. Die Lunae petitus a Commendante exitus ad castra cras; concessus conditionate, si solvatur menstrua pecunia sibi debita hodie, et pecunia pro calceis universim 400 Imperiales.

Die 14. Die Martis fui cum P. Carthusiano apud Commendantem, qui noluit expectare reditum ex castris, sed ante pecuniam habere. Sic tandem post prandium cum eo conventum, ut solverentur 200 Imperiales usque ad 14. Iulii, inchoando a 2. Iunii, quousque antea solutum est. Concessus exitus sic ad castra in crastinum; sed pecunia deponenda cras vel perendie, et quidem ex vendito Canonicorum frumento, quod concessit Commendans.

Die 15. Die Mercurii discessi ad castra cum D. Decano ad Generalem. Habui ea die brevem audientiam, quia perpetuo scribebat Generalis, a quo invitati statim sumus ad coenam. Invitati etiam sumus a Stalhans et egimus gratias, ivimusque ad D. Kopy, cui etiam condixeramus. Interea per Praefectum annonae impedita venditio frumenti, et pecunia idcirco etiam Commendanti non soluta. Restituta Dominae Canpergerianae sua et D. Topolansky, item res Congregationis P. Beker; vesperi P. Regens cum socio comedit in refectorio, tractati laute.

Die 16. Die Iovis allatus vervex ex Radica. Commendans distulit venditionem frumenti ad nostrum reditum. Vesperi post sextam transierunt quinque regimenta, ituri in Silesiam; habui audientiam longam apud Dorstensohnium, a quo invitatus fui ad prandium et mansi cum D. Decano.

Oblatus nobis primus locus post Palatinum, qui semper praecedit Dorstensohnium, licet tantum sit Magister equitum. Vocatus Commendans Olomutio in crastinum.

Die 27. Die Lunae D. Commendans vrsit 300 Imperiales, negavit medium solutionis ex frumento Canonicorum, quod ante concesserat. P. Pellinga cum socio missus ad castra ad Wrangel, ut conveniatur ratione lytri Cremsiriensium, et agatur ratione nostri discessus, vel mansionis absque contributione; Commendans iterum vrsit solutionem, ni fiat in crastinum, hora

octava, minatus executionem. Misi P. Regentem ad Decanum, qui Decanus nihilominus fecit.

Die 28. Die Martis P. Carthusianus cum Vicario uno ivit ad Commendantem; cumque non videret aliud medium, obtulit se, quod velit frumentum suum vendere, ut colligant 300 Imperiales; sic expectavit adhuc Commendans in crastinum. Mane edens signa odii contra statum ecclesiasticum, dicensque: aut vos debitis exire ex civitate aut ego.

Die 29. Die Mercurii distulit Commendans iterum usque in diem Sabbathi, factus pacatior.

Die 30. Die Iovis frumentum a D. Decano acceptum 200 modiorum et eius loco dati 200 Imper. ut miretur P. Carthusianus in deponenda pecunia 500 Imperialium. Vesperae primae.

Augustus.

Die 1. Die Sabbathi fuit apud me P. Carthusianus, concessi illi pecuniam.

Die 13. Die Iovis valediximus Dorstensohnio et decretum accepimus, ut ecclesiastici contribuerent adhuc 2 mensibus singulis omnes 500 Imperiales, 200 Imperiales pro Commendante, postea si qui vellent libere discederent; redii domum feliciter.

Die 19. Die Mercurii auditum, Dorstensohnium misisse in montes 2000 milites etiam, qui omnia dominia spoliarent. Neotitschinensibus pagis etiam pecora abstulerunt, et Freibergam exusserunt.

Die 26. Die Mercurii fui apud D. Commendantem, et mpetravi, ut expectaret cum solutione 500 Imper. usque ad finem mensis.

September.

Die 4. Minatus executionem Commendans.

Die 5. Die Sabbathi minatus iterum executionem Commendans ob Decani tarditatem, qui iterum ducentos Imperiales menstruos, quos heri deponere debebat, nondum deposuit; petiit simul 500 Imperiales menstruos sibi deponi. Fui apud Decanum cum P. Regente et Carthusiano, et reduxi in viam bonam. Misit eodem die D. Decanus duos Vicarios ad D. Commendantem.

Die 7. Die Lunae fuit Conventus Ecclesiasticorum apud D. Decanum, nihil factum pro more, sed omnia derivata in nos, ut solvamus pro omnibus. Post prandium misit D. Commendans, ut satisfiat pro quingentis, quod alias velit hodie mittere 50 Musquetarios. Adii D. Commendantem cum P. Carthusiano et P. Regente, deduxi eo, ut mittat ad Decanum, quod nos velimus iuxta ipsius divisionem solvere; dixit se missurum, et postea communicaturum responsum.

Die 17. Die Iovis adivimus D. Commendantem, quod status Ecclesiasticus velit solvere sequenti septimana pro praesidio 500 Imperiales, et 200 pro ipso, et ita valedicere et abire.

October.

Die 3. Die Sabbathi P. Kaukal ivit Radikam. Commendans petiit ab omnibus, quantum velint dare menstrue. Decanus promisit 80 Imperiales cum suis. Monasterium Omnium SS. 10 Imperiales, S. Catharina septem, S. Clara 5. Nos nihil aliud cum P. Carthusiano quam 32 Imp. Si velit esse contentus, manebimus, sin minus, abibimus.

Finis.